BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

LEONIS XIII PONT. MAXIMI

PRAESIDE CARD. ALFONSO CAPECELATRO

ARCHIEP. CAPVANO

S. R. E. BIBLIOTHECARIO.

CODICES VATICANI LATINI

RECENSVERVNT

MARCVS VATTASSO ET PIVS FRANCHI DE' CAVALIERI

BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE SCRIPTORES

TOMVS I.

Codices 1-678.

ROMAE
TYPIS VATICANIS

MDCCCCII.

LEONI XIII

PONTIFICATVS ANNVM VIGESIMVM QVINTVM

INTEGRA AETATE CELEBRANTI

FELICITER.

PRAEFATIO

Vulgaturis nobis hoc primum volumen Indicis codicum manu scriptorum Latinorum, qui Vaticani sine adiunctis nuncupantur, commentatio historica de illorum origine et vicibus ex nostro instituto et communi consuetudine praemittenda esse videbatur. Verum, cum huiusmodi tractatio longe amplior sit quam quae paucis chartis comprehendi possit, consilium cepimus eam non hic in angustias compellere, sed propriis voluminibus reservare.

Quae de Sedis apostolicae bibliotheca et scrinio ab originibus ad saeculi tertii decimi exordium e rarissimis iisdemque levioribus vestigiis erui poterant, ea Io. Baptista de Rossi diligentissime, ut solebat, exploravit collegit composuit [1]. De bibliotheca vero quae, post antiquioris illius interitum, iussu Bonifacii VIII recensita, Perusiam et Asisium migravit, deque illa quae Avenione instituta est a Romanis pontificibus ibi degentibus, cum documenta suppetant uberrima et indices librorum recensione satis accurata notabiles, Fr. Ehrle praeses noster commentarium plenissimum dictavit duo complectentem volumina, quorum alterum in lucem

[1] De origine historia indicibus scrinii et bibliothecae apostolicae, Romae 1886.

prodiit duodecim ante annis [1], alterum brevi se editurum vir doctissimus pollicetur. Nobis igitur nihil aliud relinquitur nisi ut codicum Vaticanorum historiam a Martini V et Eugenii IV pontificatibus, cum bibliotheca apostolica Romae instaurari coepta est, ad haec usque tempora deducamus: de qua tamen aetate documenta et codicum recensiones adeo redundant, ut ad ea typis describenda atque inlustranda volumina requirantur sane complura.

Itaque, plena rei tractatione in locum opportuniorem reiecta, satis habuimus in singulorum codicum recensione accurate adnotare quae de illorum origine et vicibus docent tesserae gentiliciae foliis adpictae aut integumentis impressae, possessorum nominà, librariorum subscriptiones, notulae hic illic adpositae.

Simili ratione pictae imagines et ornatus, quibus complurium codicum membranae renitent, leviter transeunda duximus ac tantummodo perstringenda, accuratiorem descriptionem proprio volumini reservantes. Res enim his temporibus summo studio exculta amplior evasit subtiliorque quam quae cum scriptorum recensione commode coniungi possit. Praeterea tunc demum illam pro dignitate tractare licebit, cum librorum picturae et ornamenta phototypice expressa numero multo copiosiore nobis erunt in promptu, quod brevi nos praestituros spondemus in opere inscripto *Collezione paleografica Vaticana*.

Sequitur ut leges, ad quas codices recensuimus, in apricum proferamus, eaque nonnihil vindicemus, in quibus a ceteris fere omnibus, qui catalogis librorum manu scriptorum instruendis operam dederunt, recessimus. Nam plerique hoc sibi praestituerunt, ut primum scripta, quae in codice exstant, recenserent, deinde libri frontem exponerent. A qua lege ita deflectendum existimavimus, ut

[1] Historia bibliothecae Romanorum pontificum tum Bonifatianae tum Avenionensis, Romae 1890.

in prima descriptionis parte ea quae de singulis codicibus potissimum perspicienda sunt proferremus, aetatem materiam amplitudinem; in secunda auctores et opera recenseremus; in tertiam vero reliqua de libri facie congereremus, quae levioris momenti sunt. Molestum enim nobis videbatur in longiore codicis descriptione ad calcem relegata ea operose expiscari, quae, cum de codice aliquo aestimandum est, a primo obtutu perspecta habere quisque desiderat.

Erunt forsitan qui nos plus postulasse putent quam integre possit praestari, lege illa qua praescribimus, ut quae opera impressa exstent et quo loco accuratissime notetur. Profecto non infitiamur nos huic legi observandae maximos labores impendisse, atque in hac multo saepius quam in ceteris legibus peccasse nos et peccaturos nemini sane magis persuasum est quam nobis. Quid? Iuxta vulgare illud, 'in arduis voluisse sat est': deinde vix erit qui non plane sentiat quot quantaque ea sola lege viris doctis, qui volumen nostrum evolvent, comparata sint studiorum subsidia. Unum igitur petimus et impetrare non desperamus, ne qui quae inscite praetermisimus iure arguent [1], ea quae multo labore congessimus iniquo premant silentio. Denique ea sola lege frequentissimum illud in codicibus recensendis vitium effugi posse arbitramur, quo de compluribus scriptis nullis titulis inter se distinctis unum et idem fit. Ceterum legem non temere nobis constituimus. Et nobis enim plane erat perspectum unius viri ingenium non tam late patere, ut omnium disciplinarum opera et manu scripta et typis impressa mentis oculis subiecta unus tenere posset sibique vano conatu arrogare disciplinarum omnium libros qua ratione statuimus recensendos. Ea de re codices ita inter nos distribuendos cura-

[1] Cum Index hic noster abhinc duos annos prelo dari coeptus sit, mirum non est si in priorum codicum descriptione opera recentius vulgata praetereuntur.

vimus, ut sibi quisque provinciam arctioribus finibus conclusam deligeret, libros earum disciplinarum tantum describere adgrediens, in quibus diutius versatus est.

Haec pauca monitos viros doctos voluimus de legibus, quas integre hoc loco vulgamus.

Leges quas curatores bibliothecae Vaticanae in codicibus Latinis recensendis sibi constituerunt.

Singulorum codicum descriptionem in tres partes dividimus, quarum prima de externo libri habitu praecipua docet, altera auctores et opera recenset, tertia codicis faciem et cultum distinctius exponit.

I. In prima parte, quam, numero excepto, litteris minoris moduli imprimimus, haec tantum de codice proferuntur: nota, aetas, materia, amplitudo, foliorum numerus.

1. Lineae initio typis crassioribus exscriptum numerum Arabicum collocamus, quo codex in praesens signatus cernitur; antiquiores notas, cum usus venit, adscribimus uncis lunatis inclusas, pone adverbium ‘olim’; alioquin ultimae descriptionis parti, utpote loco opportuniori, reservamus.

2. Sequitur nota temporis numero Romano, cui praefigimus litteras ‘saec.’, id est ‘saeculi’. Ubi codicis aetatem finibus angustioribus est circumscribere, vocum illarum ‘ineuntis’, ‘medii’, ‘exeuntis’ compendia subicimus ‘in.’ ‘med.’, ‘ex.’ Cum volumen occurrit labente saeculo vel proximo ineunte exaratum, aetatem definimus lineola (-) inter duos saeculorum numeros inserta; e. g. ‘saec. XIV-XV’; codicum vero, qui notationem annorum prae se ferunt, annos, saeculi loco, afferimus, numero Arabico expressos, secundum litteras ‘an.’, scil. ‘anni’, atque inter uncos f(olii) numerum subnectimus, in quo notam librarius adposuit; e. g. ‘an. 1478 (cf. f. 126)’.

3. Ad materiam indicandam adiectivis utimur ‘membranaceus’ (contracto ‘membran.’), ‘chartaceus’ (‘chart.’). Cum liber partim in membrana, partim in charta exaratus est, signamus materiam qua pleraque folia

constant, notas numerales plagularum ex altera materia inter uncos lunatos subiungentes; e. g. ' membran. (ff. 1. 40-50. 75 chart.) '.

4. Libri amplitudinem per longum et latum millimetris damus, altitudinis mensuram constanter praemittentes; e. g. ' mm. 200 × 175 '.

5. Foliorum (ff.) praeviorum numerum prodimus nota Romana, cui puncto seiunctum adscribimus notis Arabicis foliorum numerum in codice signatorum; e. g. ' ff. V. 148 '.

6. Notas Arabicas, plerumque ubi textus desinit intermissas, foliis vacuis sequentibus ad finem usque adponimus.

7. Si quae folia medio codice occurrunt sine numero, signamus nota folii praecedentis, adicientes dextrorsum superius litterulas a, b, c etc.; in recensione autem adscribimus signo + uncisque includimus, adiectis verbis ' librarii oscitatione neglectis '. Similiter folia bis numerata notamus. Numeros vero a librario omissos uncis comprehensos addimus pone signum —, notam ' librarii etc. ' subiungentes. E. g. ' ff. 150 (+ f. 24ª librarii oscitatione neglecto) '; ' ff. 170 (+ ff. 20. 30. 35 bis numeratis) '; ' ff. 120 (— f. 21 librarii neglegentia omisso) '.

8. Plagulas vacuas ab eo qui seriore plerumque aetate codicem compegit adiectas praeterimus.

II. Auctorum et operum recensio.

1. Auctorum recensioni praemittimus titulum, verbis quantum fieri potest brevissimis conceptum, qui summam codicis declaret; e. g. ' S. Augustini opera complura ', ' SS. Augustini et Hieronymi epistulae '.

2. Singulos auctores numeris ordinalibus crassioris formae signatos ad novam lineam reducimus, nisi eos titulus generalis complectatur (ut e. g. in codicibus biblicis), vel eorum sermones et epistulae iaceant in codice confusa ac permixta.

3. Si codex plures auctores continet, singula eorum opera nova linea recensenda non ducimus, sed brevibus interiectis spatiis discernenda notulisque numeralibus supra lineam adscriptis signanda.

4. Quotiens codicem offendimus complura unius auctoris opera exhibentem, scriptura quidem utimur continuata, sed opera singula spatiis vacuis distinguimus et numeris crassioribus notamus.

5. Opuscula quae vulgo in alterius auctoris operibus adnumerantur (ut e. g. Luciani et Celerini epistulae, quae inter Cyprianicas leguntur) nova linea non recensemus, sed tantum litteris diductis exscribimus.

6. Auctorum nomina plerumque typis crassioribus imprimimus, exceptis tamen nominibus sanctarum litterarum scriptorum, quae notis diductis prodere opportunius visum est.

7. Titulos (vel saltem eorundem verba praecipua) quibus sine auctore opera inscribuntur litteris damus diductis.

8. Auctorum nomina operumque inscriptiones, quotienscumque in codice omissa sunt, uncis angulatis <> comprehendimus.

9. Singulis auctorum nominibus pone numerum ordinalem praefigimus, uncis lunatis inclusam, notam numeralem, f(olium) in quo eorum opera incipiunt, indicantem, e. g. ‘ **1** (f. 1). Tertulliani Apologeticus. **2** (f. 50). S. Cypriani De mortalitate ’. Numerus nullo addito signo folium rectum significat; litterula v iuxta apicem ultimae numeri notae adiecta folium versum indicat.

10. Si codex duabus est columnis perscriptus, compendio ‘ col. 1 ’ columnam sinistram, ‘ col. 2 ’ dexteram significamus.

11. Prolegomena, praefationes, dedicationes post titulum recensemus, et, cum operis initium et finis dantur post finem.

12. Quae ex codice sumimus verba litteris inclinatis scribimus, vocabulorum compendia solventes, scripturae vitia et orthographiam servantes; quae addimus ipsi litteris rectis prodimus.

13. Opera singula iis inscribuntur titulis, quibus vulgo circumferuntur. Quotiens vero titulus quem codex exhibet omnino a vulgato dissentit, integrum adscribimus secundum verba ‘ in ms. ’ (i. e. ‘ in manu scripto codice ’) atque uncis includimus lunatis. Quod si pauca tantum vocabula a titulo vulgato differunt, haec referre satis ducimus, praemittentes aut subicientes, verborum communium loco, tria puncta. Ubi vero vocabula discrepantia medio stant titulo, ea tantum producimus, praeponentes tria puncta primamque vocis subsequentis litteram subnectentes; e. g. ‘ S. Ambrosii De apologia prophetae David (in ms.... *sancti patris D.*) ’. Discrimina parvi momenti titulo vulgato inserimus litteris inclinatis.

14. Titulos quibus operum partes inscribuntur, ut e. g. argumenta,

praefationes, prologi in divinarum litterarum codicibus, damus prout leguntur in libro manu scripto, litteris tamen rectis.

15. Capitum quae impressa non exstant initia proferimus primi et ultimi, cui, si fieri potest, ordinis quoque numerum anteponimus.

16. Prologorum argumentorumque in Bibliis sacris passim occurrentium prima vocabula titulo subicienda putamus (duplici puncto distincta), ut lector de quibus scriptis agatur prima fronte agnoscat.

17. Versuum numeros, quos stichometrias vocant, notamus.

18. Scholiorum, quae tantum exstant manu scripta, cum operae pretium videtur, prima et ultimum describimus.

19. Quae saepenumero in spatiis vacuis ab alia manu adiecta sunt, aut in custodiae foliis ex aliis codicibus avulsis leguntur, ea contentorum recensioni subiungimus nullo praefixo numero, at illorum titulos nova linea litterisque diductis prodimus.

20. Editiones ad solam fidem nostrorum codicum exactas semper memoramus.

21. In operibus satis notis divulgatisque recensendis initium et finem numquam damus, sed unam alteramve editionem omnibus perviam signamus.

22. Operum haud satis cognitorum editionem laudamus principem aut quae ad leges artis criticae exacta sit.

23. Cum vero opus recensendum parum innotescit et editiones rariores haud facile adeundae sunt, prima verba et extrema describimus, editionem illam laudantes, quam ob oculos habere potuimus.

24. Fragmentorum operum quae typis impressa exstant prima verba et ultima afferimus, editionis paginas lineasque uncis circumscriptas apponentes.

25. Fragmenta operum quae tantum manu scripta exstant designamus exscribendo titulos et initia primi et ultimi capituli integre servatorum.

26. Numeros librorum et libellorum, in quos opera saepe dispertita sunt, notis Romanis exprimimus; numeros vero epistularum notis Arabicis.

27. Numeros, quibus singulae epistulae indicantur, virgula distinguimus, numeros librorum, quibus opera constant, puncto et virgula lineolaque; e. g. ‘ S. Cypriani epistulae [1] (f. 15) 43, [2] (f. 16) 44, [3] (f. 17) 45 ’; ‘ (f. 20) Tertulliani De cultu feminarum lib. I; - (f. 25) lib. II. ’.

III. Tertia descriptionis pars minutioribus litteris impressa de codicis facie et cultu, ut supra diximus, distinctius agit, ea omnia continens quae in prima consulto neglеximus.

1. Ibi *a*) stemmata, imagines et ornamenta, quae litteras initiales foliorumque margines saepe distinguunt, brevibus verbis perstringimus; *b*) plagulas indicamus initio, medio codice et fine vacuas relictas; *c*) foliorum seriem interdum turbatam restituimus; *d*) notas transcribimus librariorum, possessorum etc.; *e*) opuscula, libellos etc., in quibus de codice agitur, quotiens satis prodesse videtur, pariter atque observationes philologicas et historicas auctores et opera spectantes, referimus; *f*) aetatem denique declaramus, qua codex compactus est, nisi illa e scutis in tegumento plerumque impressis eruatur.

2. Si qui codex e plurium codicum reliquiis constat, descriptionem ad singulas partes seu reliquias pertinentem subiungimus, uti litterae minoris moduli docebunt.

Restat ut, secundum ea quae de laboris nostri distributione paulô ante diximus, quos quisque nostrum in hoc volumine codices descripserit indicemus.

Marcus Vattasso, qui operis pondus suis humeris fere totum sustinuit, idemque indices litterarum ordine digessit, codices recensuit 1-118, 308-320, 336-382, 440-486, 587, 590-592, 596-600, 615, 617-678; praeterea, Stanislai Le Grelle opera adiutus, codd. 486-573;

Pius Franchi de' Cavalieri codd. 119-307, 400-439, 600-614, 616;

Iohannes Mercati codd. 321-335, 383-399, 574-586, 588, 589, 593, 594.

Subicimus praecipua scribendi compendia, quibus, in indicandis quos adhibuimus et laudavimus libris impressis, passim usi sumus.

M. – Migne, Patrologia Latina.

M. P. G. – Migne, Patrologia Graeca.

M. G. H. – Monumenta Germaniae historica.

Thomas. *vel* Tomasi – Thomasii opera genuina ed. Vezzosi. Romae 1747-54.

Bibl. cum glossa – Biblia sacra cum glossis interlineari et ordinaria. Venetiis 1588.

Tischendorf – Biblia sacra Latina Veteris Testamenti, edd. Heyse-Tischendorf. Lipsiae 1873.

Wordsworth – Novum Testamentum D. N. Iesu Christi Latine. Oxonii 1889-1898.

CODICES VATICANI LATINI

1. An. 1454 (cf. ff. 483v. 520), membran., mm. 372 × 260, ff. II chart. 521 (+ f. 132a librarii oscitatione neglecto).

Biblia sacra Veteris ac Novi Testamenti ex versione vulgata * praefationibus, prologis, argumentis s. Hieronymi et aliorum locupletata atque interpretationibus hebraicorum nominum instructa.

V. T. 1 (f. 5). Pentateuchus cum (f. 1) s. Hieronymi epistula ad Paulinum de studio Scripturarum: *Frater Ambrosius* (M. 22, 540-549) et (f. 4) eiusdem prologo: *Desiderii mei* (M. 28, 177-184). 2 (f. 80v). Liber Iosue cum s. Hier. praefatione: *Tandem finito pentateuco* (M. ibid., 503-506). 3 (f. 89v). Liber Iudicum. 4 (f. 99). Liber Ruth. 5 (f. 101). Libri I-IV Regum, praevio (f. 100) s. Hier. prologo: *Viginti et duas esse litteras* (M. ibid., 593-604). 6 (f. 146v). Libri I-II Paralipomenon cum (f. 145v) s. Hier. prologo: *Sed si septuaginta interpretum* (M. ibid., 1389-1394), cui pauca praetexuntur: *Tantus ac talis est liber iste - explicantur euangelij questiones*, et altero eiusdem prologo: *Quomodo grecorum studia* (M. 29, 423-426). 7 (f. 170). Libri I-III Ezrae, praefixo (f. 169v) s. Hier. prologo: *Utrum difficilius* (M. 28, 1471-1474). Libro II expleto (f. 185v), oratio Manassae. 8 (f. 186). Liber Psalmorum, praevia s. Hier. praefatione: *Psalterium rome dudum* (M. 29, 121-124). 9 (f. 209). Liber Tobiae, praefixo s. Hier. prologo: *Mirari non desino* (M. ibid., 23-26). 10 (f. 213). Liber Iudith, praevio (f. 212v) s. Hier. prologo: *Apud hebreos* (M. ibid., 39-42). 11 (f. 218). Liber Esther cum s. Hier. prologo: *Librum hester uarijs translatoribus* (M. 28, 1503-1506), cui subtexitur additamentum: *Rursum in libro hester* (M. ibid., 1505, nota 2). 12 (f. 224). Liber Iob cum (f. 223) duobus s. Hier. prologis: *Cogor per singulos* (M. ibid., 1137-1142); *Si autem fiscellam* (M. 29, 63-64). 13 (f. 234v). Liber Proverbiorum cum tribus s. Hier. prologis, quorum

* Ceteri divinarum litterarum codices eandem referunt versionem.

primus: *Iungat epistola* (M. 28, 1305-1308); secundus ⟨excerptus ex eiusdem commentario in Ecclesiasten⟩ inde a v. *Tribus nominibus* usque ad v. *regem que omnia referuntur ad christum* (M. 23, 1063, A, 2-1065, A, 5); tertius: *Tres libros salomonis* (M. 29, 425-428). **14** (f. 243v). Liber Ecclesiastes, praevio s. Hier. prologo: *Memini me* (M. 23, 1061-1062). **15** (f. 246v). Canticum canticorum. **16** (f. 248). Liber Sapientiae. **17** (f. 254). Liber Ecclesiastici, praefixo s. Hier. prologo: *Multorum nobis* (M. 29, 445-446). **18** (f. 270v). Prophetia Isaiae cum s. Hier. prologo: *Nemo cum prophetas* (M. 28, 825-828), cui subtexitur ⟨locus ex s. Epiphanii libro de vitis prophetarum excerptus⟩ inde a v. *Ysaias in ierusalem* usque ad v. *obstruxerat puluere* (M. 113, 1231, B, 1-5). **19.** Ieremiae (f. 290) prophetia cum (f. 289v) s. Hier. prologo: *Ieremias propheta* (M. 28, 903-904) et argumento (in ms. *de ortu uel obitu ieremie prophete*): *Ieremias anathothites* (M. 114, 9); - (f. 311v) lamentationes; - (f. 314) oratio. **20** (f. 314). Prophetia Baruch, praevia praefatione: *Liber iste* (M. ibid., 63). **21** (f. 317). Prophetia Ezechielis, praefixo s. Hier. prologo: *Ezechiel propheta* (M. 28, 993-996). **22** (f. 337). Prophetia Danielis cum (f. 336) s. Hier. prologo: *Danielem prophetam* (M. ibid., 1357-1360) et (f. 336v) praefatione ⟨ex glossa ordinaria desumpta⟩, quae inc. *Daniel interpretatur iuditium dei* et des. *predicatione annotat* (Bibl. cum glossa, 4, f. 294, B, 28-37). **23** (f. 345). Prophetia Osee. Praeeunt: [1] (f. 344v) s. Hier. prologus in duodecim prophetas: *Non idem ordo* (M. 28, 1071-1072). [2] (ibid.) prologus in Oseam, qui inc. *Temporibus ozie et ioate* et des. *templum dei purgasse . ac purificasse monstratur* (Bibl. cit., 4, f. 332-332v). [3] (f. 345) alter prologus bipartitus, qui inc. *Regule sunt hee* et des. *cetera sunt conscripta* (loc. cit., f. 332; cf. Tischendorf, p. LXVIII). [4] (ibid.) argumentum ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum excerptum⟩: *Osee crebro nominat* (M. 28, 174, 7-9 ab imo). **24** (f. 348). Prophetia Ioel, praeviis tribus prologis, quorum primus: *Ioel filius fatuel* (Tischendorf, p. LXVIII); secundus: *Ioel interpretatur dominus deus - quando et micheas* (cf. M. 83, 170, n. 64), quibus verbis subtexitur ⟨locus ex s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum excerptus⟩ (M. ibid., 144, c. 42); tertius: *Secundus* (lege sanctus) *ioel apud hebreos - auribus percipe terram* (Bibl. cit., 4, f. 350v-351). **25** (f. 349v). Prophetia Amos, praemissis duobus prologis, quorum prior: *Ozias rex cum domini religionem - ad subuersionem earumdem ciuitatum processuram, uoluit demonstrare* (loc. cit., f. 357v-358); et posterior: *Amos pastor et rusticus* (Tischendorf, p. LXVIII). **26** (f. 352). Prophetia Abdiae cum duobus prologis, quorum prior: *Iacob patriarcha - in nostro sonat eloquio* (Bibl. cit., 4, f. 370-370v) et posterior ⟨ex s. Hier. epist. laudata excerptus⟩: *Abdias qui interpretatur* (M. 28, 175, 6-7). **27** (f. 352v). Prophetia Ionae cum prologo: *Ionam sanctum hebrei affrimant* (!) - *quo a fatie tua*

fugiam (Bibl. cit., 4, f. 372^{v}-373) et argumento ⟨ex s. Hier. epist. laudata deprompto⟩: *Ionas interpretatus columba* (M. 28, 175, 8-9). **28** (f. 353^{r}). Prophetia Michaeae cum duobus prologis, quorum prior *s. ieronimi* (?): *Temporibus iotham et achaz - interitum adfuturum denuntiat* (Bibl. cit., 4, f. 376^{v}-377) et posterior ⟨ex s. Hier. epist. laudata desumptus⟩: *Michaeas de morasthi* (M. 28, 175, 10-11). **29** (f. 355^{r}). Prophetia Nahum cum prologo ex duobus conflato, quorum prior: *Naum propheta ante aduentum regis - libri huius demonstrabitur* (Bibl. cit., 4, f. 385) et alter: *Sciendum antem - futurus est dominus* (loc. cit., f. 385), et argumento ⟨ex s. Hier. epist. laudata desumpto⟩: *Naum consolator* (M. 28, 175, 12-13). **30.** Habacuc (f. 356^{v}) prophetia cum prologo ⟨ex glossa ordinaria excerpto⟩, qui inc. *Abachuc propheta amplexans* et des. *dulce . et nominare et predicare* (Bibl. cit., 4, f. 390), et argumento ⟨ex s. Hier. epist. laudata desumpto⟩: *Abachuc luctator* (M. 28, 175, 14-16); - (f. 357) oratio. **31** (f. 357^{v}). Prophetia Sophoniae cum prologo ⟨ex s. Hier. commentariis in Sophoniam excerpto⟩ a v. *Tradunt hebrei* ad v. *elati sunt oculi mei* (M. 25, 1402, C, 3 - 1403, B, 14) et argumento ⟨ex s. Hier. epist. laudata deprompto⟩: *Sophonias speculator* (M. 28, 175, 17-19). **32** (f. 359). Prophetia Aggaei cum (f. 358^{v}) prologo: *Ieremias propheta ob causam periurij - interitum regnorum gentium exterarum significant* (Bibl. cit., 4, f. 401^{v}-402) et argumento ⟨ex s. Hier. epist. laudata desumpto⟩: *Aggeus festiuus* (M. 28, 176, 20-22). **33** (f. 360). Prophetia Zachariae cum (f. 359^{v}) prologo: *Secundo anno darij regis - per noctem prophete est reuelata* (Bibl. cit., 4, f. 405^{v}-406) et argumento ⟨ex s. Hier. epist. laudata deprompto⟩: *Zacharias memor domini* (M. 28, 175, 23-27). **34** (f. 363^{v}). Prophetia Malachiae cum prologo: *Deus per moysen - quod deos alienos coluerint significant* (Bibl. cit., 4, f. 422^{v}-423) et argumento ⟨ex glossa ordinaria desumpto⟩: *Malachias latine interpretatur angelus domini - quando et aggeus* (loc. cit., f. 423^{v}, 1-5). **35.** (f. 364^{v}). Libri I-II Machabaeorum. Praemittuntur: [1]) prologus ⟨ex s. Isidori Hisp. prooemiis in lib. V. et N. T. depromptus⟩: *Machabeorum libri licet* (M. 83, 174-175, n. 85); [2]) alter prologus: *Machabeorum libri duo prenotant* (Thomas., 1, p. 276); [3]) argumentum: *Machabei septem fratres* (M. 83, 148, nota 105).

N. T. 1 (f. 385^{r}). Evangelium s. Matthaei. Praeeunt: [1] (f. 384) s. Hier. *epistola ad Damasum in libro quattuor euangeliorum: Nouum opus me facere cogis* (M. 29, 557-562); [2] (f. 384^{v}) prologus eiusdem in commentaria evangelii s. Matthaei: *Plures fuisse qui euangelia scripserunt* (M. 26, 15-20, B, 1 usque ad v. *canendas*); [3] (f. 385) argumentum: *Matheus ex iudea* (M. 103, 273-274). **2** (f. 397). Evangelium s. Marci cum (f. 396^{v}) prologo: *Marcus eu⟨an⟩gelista dei electus* (M. ibid., 279-280) et praefatione: *Marcus qui est colobodactilus est nominatus - ut omnes*

sectatores christi ad suum cogeret imitari exemplum. **3** (f. 404^{v}). Evangelium s. Lucae, praevio prologo: *Lucas sirus antiocensis* (M. ibid., 285-286). **4** (f. 417^{v}). Evangelium s. Ioannis, praemisso prologo: *Hic est iohannes euangelista* (M. 92, 633-636). **5**. S. Pauli epistulae, praefixo (f. 427) ⟨Rabani Mauri⟩ (in ms. *s. ieronimi*) prologo: *Primum queritur quare post euangelia* (M. 111, 1275-1278). [1] (f. 428). Ad Romanos, praeviis tribus argumentis, quorum primum *beati ieronimi* (?): *Romani ex iudeis gentibus - ad pacem et misericordiam coortatur* (Bibl. cit., 6, f. 2-2^{v}); secundum: *Romani sunt in partes* (M. 114, 469); tertium: *Romanos nondum uiderat apostolus - ut aliquid impertiar in uobis gratie specialis. ad confirmandos uos.* [2] (f. 433^{v}). Ad Corinthios I cum prologo: *Epistola prima ad corintios - habent licet proprias tamen paruuluas* (!) *actiones* (Bibl. cit., 6, f. 33) et argumento: *Corinthij sunt achai* (M. ibid., 519). [3] (f. 438^{v}). Ad Corinthios II, praevio argumento: *Post actam penitentiam* (M. ibid., 551). [4] (f. 442). Ad Galatas, praefixo argumento: *Galathe sunt greci* (M. ibid., 569). [5] f. 443^{v}). Ad Ephesios, praevio argumento: *Ephesij sunt asiani* (M. ibid., 587). [6] (f. 445^{v}). Ad Philippenses, praefixo argumento: *Filippenses sunt macedones* (M. ibid., 601). [7] (f. 446^{v}). Ad Colossenses, praevio argumento: *Colossenses et hi* (M. ibid., 609). [8] (f. 448). Ad Laodicenses (M. 153, 565-568). [9] (f. 448^{v}). Ad Thessalonicenses I, praefixo argumento: *Thesalonicenses sunt macedones* (M. 114, 615). [10] (f. 449^{v}). Ad Thessalonicenses II, praevio argumento: *Ad thessalonicenses secundam* (M. ibid., 619). [11] (f. 450). Ad Timotheum I, praemisso argumento: *Timotheum instruit* (M. ibid., 623). [12] (f. 451^{v}). Ad Timotheum II, praefixo argumento: *Item timotheo* (M. ibid., 633). [13] (f. 452^{v}). Ad Titum, praevio argumento: *Titum commonefacit* (M. ibid., 637). [14] (f. 453^{v}). Ad Philemonem, praemisso argumento: *Philemoni* (M. ibid., 641). [15] (f. 454). Ad Hebraeos cum argumento: *In primis* (M. ibid., 643), cui quaedam praetexuntur: *Hebrei primo gentis sue uocabulo - interim apud ecclesias orientis apostolice doctrine auctoritas habetur.* **6** (f. 457^{v}). Actus Apostolorum cum prologo *s. ieronimi* (?): *Lucas antiocensis natione sirus - sed etiam animarum eius proficeret medicina* (Bibl. cit., 6, f. 163). **7** (f. 471^{v}). S. Iacobi epistula. Praemittuntur: [1] (f. 471) s. Hier. prologus in epistulas catholicas: *Non ita ordo est* (M. 29, 863-874); [2] ((f. 471^{v}) argumentum: *Iacobus apostolus* (M. 114, 671). **8**. S. Petri (f. 473) epistula I cum (f. 472^{v}) argumento ⟨ex lib. s. Hier. de vir. inlustr. deprompto⟩: *Simon petrus* (Richardson, p. 6, 22-23 usque ad v. *apostoli*); - (f. 474^{v}) II. **9**. S. Ioannis (f. 475^{v}) epistula I, praevio argumento: *Rationem uerbi* (M. 114, 693); - (f. 476^{v}) II, praevio argumento: *Ad sanctam feminam* (M. ibid., 703); - (f. 477) III, praevio argumento: *Gaium pietatis* (M. ibid., 705). **10** (f. 477). S. Iudae epistula, praevio argumento: *Iudas apostolus* (M. ibid., 705-706). **11** (f. 478). S. Ioannis

Apocalypsis cum (f. 477^{v}) *s. ieronimi* (?) prologo: *Iohannes apostolus et euangelista* (M. ibid., 709) et argumento <ex s. Hier. epistula ad Paulinum excerpto>: *Apokalipsis iohannis* (M. 28, 178, 10-11; 114, 709-710).

F. 484. <**Remigii Autissiodorensis**> interpretationes hebraicorum nominum. Inc. *Aaz apprehendens uel apprehensio.* Des. *Zuzim . consiliantes eos . uel consiliatores eorem* (Bedae opp., ed. Coloniae Agrippinae 1688, 3, col. 371-480).

Codicem binis et a f. 484 ad f. 520^{v} ternis columnis diligenter exaratum commendant ornamenta quattuor marginibus foliorum 1. 5 appicta, litterae maximae auro coloribus figuris fulgentes, et litterae maiores auro illitae et coloribus excultae. Tituli rubri; primae litterae singulorum librorum auro distinctae. Pentateuchus, libri Iosue, Iudicum, Regum I-II, Paralipomenon et Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum titulis quoque hebraicis instructa.

Ff. 520^{v}. 521 vacua. III-IV index Clementis XI aetate conscriptus, ut ex eiusdem scuto eruitur. In margine inferiore f. 1^{r} librarii initiales A et V. 483^{v} in fine Apocalypsis: *Explicit liber iste biblie sacram omnem scriptura*<m> *continens. Quam ego Alexander Valerio quondam domini natalis de confinio sancti raphaelis. sub anno domini nostri ihesu christi M̊. quadringentessimo quinquagessimo quarto vigessimo sexto iunij. Ad laudem sancte et indiuidue trinitatis utilitatemque legentium . et causa bene dispensandi tempus meum fideli stilo quantum ualui manu propria conpleui totam et roboravi . et cetera. Amen.* F. 520, opere absoluto, legitur: *Deo gratias amen. Anno domini M . CCCC . LIIII°. die vigessimo augusti.* Marginum resectio enumerationem veterem saepissime abscidit.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii exhibentur.

2-7 olim in pluteo 2° bibliothecae magnae secretae, ut eruitur ex notula in singulis voluminibus praeter secundum occurrente, nunc autem cum signo *Membran. I. 7-12* inter membranaceos libros impressos translati, **Biblia polyglotta** continent edita in *Complutensi universitate, de mandato et sumptibus Franc. Ximenes... industria et solertia Arnaldi Guillelmi De Brocario annis 1514-1517*.

8-16 nunc cum signo *Membran. S. 1-9* inter libros membranaceos impressos translati continent **Biblia sacra** *hebraice, chaldaice, graece et latine* edita *Filippi II Reg. catholici pietate et studio ad sacrosanctae Ecclesiae usum,* cura et studio Benedicti Ariae Montani Antverp. annis 1569-1571.

17. Saec. XIV ex., membran., mm. 469×281, ff. II chart., 436 (− f. 221 omisso, + ff. 407. 420-429 librarii oscitatione bis numeratis).

Biblia sacra utriusque Testamenti iisdem, nisi aliter notetur, praefationibus, prologis, argumentis, quae in cod. 1 occurrunt, iisdemque interpretationibus hebraicorum nominum instructa.

V. T. : **1** (f. 3^{r}). Pentateuchus. **2** (f. 62^{r}). Liber Iosue. **3** (f. 70). Liber Iudicum. **4** (f. 77^{r}). Liber Ruth. **5** (f. 79^{v}). Libri I-IV Regum.

6 (f. 122). Libri I-II Paralipomenon, posteriore prologo omisso. Libro II expleto (f. 143^v), oratio Manassae. **7** (f. 144). Libri I-III Ezrae. **8** (f. 157). Liber Tobiae. **9** (f. 160^v). Liber Iudith. **10** (f. 165). Liber Esther. **11** (f. 170). Liber Iob, addito tertio prologo: *In terra quidem* (M. 113, 747). **12** (f. 179). Liber Psalmorum, addito s. Hier. prologo: *Scio quosdam putare psalterium* (M. 28, 1183-1188). **13** (f. 199^v). Liber Proverbiorum. **14** (f. 206). Liber Ecclesiastes. **15** (f. 208^v). Canticum canticorum. **16** (f. 209^v). Liber Sapientiae, praevio prologo: *Liber sapientie* (M. 113, 1167). **17** (f. 214^v). Liber Ecclesiastici. Subsequitur (f. 227^v) Salomonis oratio (Tischendorf, p. LV). **18** (f. 228). Prophetia Isaiae, omisso s. Epiphanii loco. **19.** Ieremiae (f. 243) prophetia; - (f. 260) lamentationes: - (f. 261^v) oratio. **20** (ibid.). Prophetia Baruch. **21** (f. 264). Prophetia Ezechielis. **22** (f. 280^v). Prophetia Danielis, omissa praefatione: "Daniel interpretatur". **23** (f. 287^v). Prophetia Osee. **24** (f. 290). Prophetia Ioel cum duobus tantum prologis, quorum prior inc. *Sanctus iohel* (v. cod. 1), alter inc. *Iohel filius phatuel* et mutilus des. *ocius arriperent penitentiam* (Tischendorf, p. LXVIII). **25** (f. 291). Prophetia Amos. **26** (f. 293). Prophetia Abdiae, posteriore prologo omisso. **27** (f. 293^v). Prophetia Ionae, omisso argumento. **28** (f. 294^v). Prophetia Michaeae. **29** (f. 296). Prophetia Nahum, altero prologo et argumento omissis. **30.** Habacuc (f. 297) prophetia, alio suffecto prologo ⟨ex s. Hier. prologo et commentariis in Habacuc desumpto⟩: *Quatuor proptete in XII prophetarum uolumine sunt - tribulationem et miseriam inuenire desideret* (M. 25, 1335, A, 14 - 1337, D, 4); - (f. 297^v) oratio. **31** (f. 298). Prophetia Sophoniae, alio suffecto prologo: *Tradunt hebrei - textu lectionis denuntiauit* (Bibl. cum glossa, 4, f. 396-397). **32** (f. 299). Prophetia Aggaei. **33** (f. 299^v). Prophetia Zachariae. **34** (f. 302^v). Prophetia Malachiae, alio suffecto argumento ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum deprompto⟩: *Malachias aperte* (M. 28, 175, 28-31). **35** (f. 303^v). Libri I-II Machabaeorum.

N. T. **1** (f. 322^v). Evangelium s. Matthaei. **2** (f. 333^v). Evangelium s. Marci, omissa praefatione. **3** (f. 340^v). Evangelium s. Lucae. **4** (f. 353). Evangelium s. Ioannis. **5.** S. Pauli epistulae, addito (f. 362^v) altero *s. ieronimi* (?) prologo: *Primum intelligere nos oportet* (M. 68, 613-617). [1] (f. 363^v). Ad Romanos, suffecto in locum tertii argumenti argumento: *Romani qui in urbe roma - scribens ab athenis.* [2] (f. 368). Ad Corinthios I. [3] (f. 372^v). Ad Corinthios II cum prologo: *In secunda ad corinthios epistola - pecuniaria queque sectantes* (Bibl. cum glossa, 6, f. 61^v). [4] (f. 375^v). Ad Galatas. [5] (f. 377). ad Ephesios. [6] (f. 378^v). Ad Philippenses. [7] (f. 379^v). Ad Colossenses. [8] (f. 380^v). Ad Thessalonicenses I. [9] (f. 381^v). Ad Thessaloni-

censes II. [10] (f. 382). Ad Timotheum I. [11] (f. 383). Ad Timotheum II. [12] (f. 384). Ad Titum. [13] (f. 384v). Ad Philemonem. [14] (f. 385). Ad Hebraeos, omissis argumento praemissis. **6** (f. 388v). Actus Apostolorum, additis duobus aliis prologis, quorum prior: *Canit psalmista - anime languentis esse medicinam* (Bibl. cit., 6, f. 162r) et alter: *Lucas euangelista apostolorum actus - nolo mortem morientis tantum ut conuertatur et uiuat.* **7** (f. 400v). S. Iacobi epistula, addito in epistulas catholicas argumento ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum deprompto⟩: *Iacobus petrus* (M. 28, 178, 7-9). **8.** S. Petri (f. 401v) epistula I; - (f. 403) II. **9.** S. Ioannis (f. 403v) epistula I; - (f. 405) II; - (ibid.) III. **10** (f. 405). S. Iudae epistula. **11** (f. 405v). S. Ioannis Apocalypsis.

F. 410. ⟨**Remigii Autissiodorensis**⟩ interpretationes hebraicorum nominum.

Codex binis et a f. 410 usque ad f. 435v ternis columnis perbelle exaratus litteris maximis splendet auro coloribus figuris mira arte depictis atque litteris maioribus rubro et caeruleo colore distinctis. Singulae columnae insigne ornamentum praebent lineolis rubris et caeruleis intextum, psalterio atque interpretationibus hebraicorum nominum exceptis. Tituli rubri. Exodus, Leviticus, Deuteronomium titulis quoque hebraicis instructa.

Diversae lectiones ipsius librarii manu in marginibus passim occurrunt. Ff. I-II indicem Clementis XI aetate conscriptum continent. 62v *Explicit addabanin* (!), *quod grece dicitur deuteronomium habet uersus . M . M . DC.* 436v alteri membranae adglutinatum, vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

18. Saec. XIV ex., membran., mm. 364 × 259, ff. II chart. 422.

Biblia sacra utriusque Testamenti iisdem, nisi aliter notetur, praefationibus, prologis, argumentis, quae in cod. 1 occurrunt, iisdemque interpretationibus hebraicorum nominum instructa.

V. T. **1** (f. 3r). Pentateuchus. **2** (f. 62). Liber Iosue, omissa praefatione. **3** (f. 69v). Liber Iudicum. **4** (f. 77r). Liber Ruth. **5** (f. 79v). Libri I-IV Regum. Adduntur librorum II-IV capitula. Primum libri II capitulum inc. (f. 90) *Dauid occidit uirum qui nuntiauit mortem saul* et ultimum inc. *Iubetur populus numerari et dauid peccatum cognoscit.* Primum libri III capitulum inc. (f. 98v) *De senectute dauid et regno salomonis* et ultimum inc. *Moritur iosaphat rex iuda et ioram filium suum relinquit successorem.* Primum libri IV capitulum inc. (f. 109) *Ochozias belzebud ignis de celo mittitur* et ultimum inc. *Quomodo captiuatus sit sedechias.* **6** (f. 118v). Libri I-II Paralipomenon, omisso altero prologo. **7** (f. 137). Libri I-III Ezrae. **8** (f. 151). Liber Tobiae. **9** (f. 154). Liber Iudith. **10** (f. 157r). Liber Esther. **11** (f. 161r). Liber Iob, addito prologo ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum desumpto⟩: *Iob exemplar patientie*

(M. 28, 174, 24-30) et argumento eidem prologo subnexo: *In terra habitasse* (M. 113, 747). **12** (f. 169). Liber Psalmorum. Psalmis succedunt cantica: [1] (f. 187). *Confitebor tibi domine.* [2] (ibid.). *Ego dixi in medio dierum meorum.* [3] (f. 187ᵛ). *Exultauit cor meum.* [4] (ibid.). *Cantemus domino.* [5] (ibid.). *Domine audiui.* [6] (f. 188). *Audite celi que loquor.* [7] (ibid.). *Benedicite.* [8] (f. 188ᵛ). *Benedictus.* [9] (ibid.). *Magnificat.* [10] (ibid.) *Nunc dimittis.* **13** (f. 189). Liber Proverbiorum. **14** (f. 195). Liber Ecclesiastes, omisso prologo. **15** (f. 197). Canticum canticorum. **16** (f. 198). Liber Sapientiae, praemisso prologo: *Liber sapientie* (M. 113, 1167). **17** (f. 203). Liber Ecclesiastici, additis capitulis (Sabatier, 2, p. 421-422) et altero prologo ⟨ex Rabani Mauri praefatione deprompto⟩: *Librum Iesu filii syrach - commenta sit* (!) (M. 109, 763, B, 14-764, A, 14). **18** (f. 213ᵛ). Prophetia Isaiae, omisso s. Epiphanii loco. **19** (f. 227ᵛ). Ieremiae prophetia, addito altero prologo: *Ioachim filius iosie - Sed domini uoluntatis* (Bibl. cum glossa, 4, f. 110). **20** (f. 245ᵛ). Prophetia Baruch. **21**. Ieremiae (f. 248) lamentationes; - (f. 249ᵛ) oratio. **22** (f. 250). Prophetia Ezechielis. **23** (f. 269ᵛ). Prophetia Danielis, omissa praefatione: " Daniel interpretatur „. **24** (f. 277). Prophetia Osee, praevio tantum s. Hier. prologo in XII prophetas: *Non idem ordo* (M. 28, 1071-1072). **25** (f. 280). Prophetia Ioel, praevio tantum prologo sub fine mutilo: *Iohel filius fatuhel* (!) *- et ipse se* (!) *prophetauit* (Tischendorf, p. LXVIII) et argumento ⟨excerpto ex s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum⟩ et prologo interiecto: *Iohel de tribu ruben* (M. 83, 144, c. 42). **26** (f. 281ᵛ). Prophetia Amos, addito prologo: *Hic amos propheta - Sepultusque est cum patribus suis* (Bibl. cit., 4, f. 358-358ᵛ). **27** (f. 283ᵛ). Prophetia Abdiae. **28** (f. 284). Prophetia Ionae, addito alio prologo ⟨ex s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum excerpto⟩: *Iona columba et dolens* (M. 83, 144-145, c. 45). **29** (f. 285). Prophetia Michaeae. **30** (f. 287). Prophetia Nahum. **31**. Habacuc (f. 287ᵛ) prophetia; - (ibid.) oratio. **32** (f. 288ᵛ). Prophetia Sophoniae. **33** (f. 290). Prophetia Aggaei. **34** (f. 291). Prophetia Zachariae. **35** (f. 294). Prophetia Malachiae. **36** (f. 295). Libri I-II Machabaeorum, omisso argumento.

N. T. 1 (f. 317). Evangelium s. Matthaei, omisso prologo: " Plures fuisse „ et addita Eusebii epistula in canones evangeliorum: *Ammonius quidam* (M. 29, 562-563). **2** (f. 328). Evangelium s. Marci, omissa praefatione: " Marcus qui est colobodactilus „. **3** (f. 336). Evangelium s. Lucae, additis capitulis (N. T. ed. Wordsworth, part. 3, p. 274 col. 2-306). **4** (f. 347ᵛ). Evangelium s. Ioannis, additis capitulis (N. T. ed. cit., part. 4, p. 492, col. 2-504). **5**. S. Pauli epistulae. [1] (f. 356ᵛ). Ad Romanos, omisso tertio argumento. [2] (f. 361). Ad Corinthios I. [3] (f. 365). Ad Corinthios II, addito prologo:

In secunda ad corinthios epistola - lucra peccuniaria (!) *sectantes* (Bibl. cum glossa, 6, f. 61^{v}). [4] (f. 368). Ad Galatas, praevio prologo: *Galathas susceptionem euangelii quidam ad obseruationem legis ueteris - a gratia excidistis qui in lege iustificamini.* [5] (f. 369^{v}). Ad Ephesios. [6] (f. 371). Ad Philippenses, praemisso prologo: *Phylippus macedonie ciuitas - talibus eos uelit fructibus habundare.* [7] (f. 372). Ad Colossenses. [8] (f. 372^{v}). Ad Thessalonicenses I. [9] (f. 373^{v}). Ad Thessalonicenses II. [10] (f. 374). Ad Timotheum I. [11] (f. 375). Ad Timotheum II. [12] (f. 376). Ad Titum. [13] (f. 376^{v}). Ad Philemonem. [14] (ibid.). Ad Hebraeos, omissis verbis argumento praemissis. **6** (f. 379^{v}). Actus Apostolorum, addito argumento: *Actus apostolorum* ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum deprompto⟩ (M. 28, 178, 4-6). **7** (f. 390). S. Iacobi epistula, omisso argumento. Praemittitur argumentum in epistulas catholicas ⟨ex s. Hier. epist. laudata desumptum⟩: *Iacobus . petrus* (M. ibid., 178, 7-9). **8** (f. 391). S. Petri epistula I, omisso argumento; - (f. 392) II. **9** (f. 392). S. Ioannis epistula I; - (f. 394) II; - (ibid.) III, omissis argumentis. **10** (f. 394). S. Iudae epistula, omisso argumento alioque suffecto ⟨ex glossa ordinaria excerpto⟩: *Iudas qui et thadeus - castitatis gratia, eos retrahant* (Bibl. cit., 6, f. 237, B, 10-14). **11** (f. 394^{v}). S. Ioannis Apocalypsis.

F. 401. ⟨**Remigii Autissiodorensis**⟩ interpretationes nominum hebraicorum.

Codex binis et a f. 401 usque ad f. 421^{r} ternis columnis nitide scriptus titulos habet rubros, et litteras maiores pariter ac maximas rubro atque caeruleo colore depictas. Ff. 316^{v}. 399^{v}. 400. 421^{v}. 422 vacua. Folia I-II indicem exhibent Clementis XI aetate conscriptum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

19. Saec. XIV, membran., mm. 376×249, ff. III (II. III chart.). 446.

Biblia sacra utriusque Testamenti iisdem, nisi aliter notetur, praefationibus, prologis, argumentis, quae in cod. 1 occurrunt, locupletata iisdemque interpretationibus hebraicorum nominum instructa.

V. T. **1** (f. 3^{v}). Pentateuchus. **2** (f. 68). Liber Iosue. **3** (f. 76). Liber Iudicum. **4** (f. 83^{v}). Liber Ruth. **5** (f. 85). Libri I-IV Regum. **6** (f. 125). Libri I-II Paralipomenon, omissis verbis priori prologo praetextis. **7** (f. 146). Libri I-III Ezrae. **8** (f. 159). Liber Tobiae. **9** (f. 162^{v}). Liber Iudith. **10** (f. 167). Liber Esther. **11** (f. 172). Liber Iob. **12** (f. 181). Liber Psalmorum, omissa s. Hier. praefatione. **13** (f. 202). Liber Proverbiorum, omissis duobus ultimis prologis. **14** (f. 209^{v}). Liber Ecclesiastes. **15** (f. 212). Canticum canticorum. **16** (f. 213^{v}). Liber Sapientiae, praevio prologo: *Liber sapientie* (M. 113, 1167). **17** (f. 219). Liber Ecclesia-

stici. **18** (f. 233^{v}). Prophetia Isaiae. **19.** Ieremiae (f. 250^{v}) prophetia, omisso argumento; - (f. 269^{v}) lamentationes; - (f. 271) oratio. **20** (ibid.). Prophetia Baruch. **21** (f. 273^{v}). Prophetia Ezechielis. **22** (f. 292). Prophetia Danielis, omissa praefatione: " Daniel interpretatur „. **23** (f. 298). Prophetia Osee, omisso tertio prologo. **24** (f. 301). Prophetia Ioel, omisso secundo prologo. **25** (f. 302). Prophetia Amos, addito tertio prologo: *Hic amos propheta non fuit pater ysaie - sepultusque est cum patribus suis* (Bibl. cum glossa, 4, f. 358-358^{v}). **26** (f. 304). Prophetia Abdiae, omisso altero prologo. **27** (f. 304^{v}). Prophetia Ionae, omisso argumento additoque altero prologo: *Ionas columba* ⟨ex lib. s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum excerpto⟩ (M. 83, 144-145, c. 45). **28** (f. 305). Prophetia Michaeae, posteriore prologo omisso. **29** (f. 306^{v}). Prophetia Nahum, altero prologo et argumento omissis. **30** (f. 307^{v}). Prophetia Habacuc, omisso argumento suffectoque in locum prologi alio prologo ⟨ex s. Hier. prologo et commentariis in Habacuc deprompto⟩: *Quatuor prophete - inuenire desiderat* (M. 25, 1335, A, 14-1337, D, 4); - (f. 308) oratio. **31** (f. 308^{v}). Prophetia Sophoniae, omisso argumento suffectoque in locum prologi alio prologo: *Tradunt hebrei cuiuscumque prophete - tectu* (!) *lectionis denunciauit* (Bibl. cit., 4, f. 396-397). **32** (f. 309^{v}). Prophetia Aggaei. **33** (f. 310). Prophetia Zachariae, omisso argumento. **34** (f. 313). Prophetia Malachiae, omisso argumento additoque altero prologo: *Malachias aperte* ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum desumpto⟩ (M. 28, 175, 28-31). **35** (f. 314). Libri I-II Machabaeorum, priore prologo et argumento omissis, additisque duobus Rabani Mauri prologis, quorum alter: *Cum sim promptus;* et alter: *Memini me in palatio* (M. 109, 1125-1128).

N. T. 1 (f. 333). Evangelium s. Matthaei, epistula s. Hier. et eiusdem prologo omissis, additoque alio prologo: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65). **2** (f. 344). Evangelium s. Marci, omissa praefatione: " Marcus qui est colobodactilus „. **3** (f. 351). Evangelium s. Lucae. **4** (f. 363). Evangelium s. Ioannis. **5.** S. Pauli epistulae, omisso Rabani Mauri prologo. [1] (f. 371^{v}). Ad Romanos, primo et tertio argumento omissis. [2] (f. 376). Ad Corinthios I, nullo prologo praemisso. [3] (f. 380). Ad Corinthios II. [4] (f. 383). Ad Galatas. [5] (f. 384^{v}). Ad Ephesios. [6] (f. 386). Ad Philippenses. [7] (f. 387). Ad Colossenses. [8] (f. 388). Ad Thessalonicenses I. [9] (f. 389). Ad Thessalonicenses II. [10] (f. 389^{v}). Ad Timotheum I. [11] (f. 390^{v}). Ad Timotheum II. [12] (f. 391^{v}). Ad Titum. [13] (f. 392). Ad Philemonem. [14] (f. 392^{v}). Ad Hebraeos, omissis verbis argumento praemissis. **6** (f. 396). Actus Apostolorum. **7** (f. 408). S. Iacobi epistula, omisso argumento. **8** (f. 409). S. Petri epistula I, nullo praemisso argumento; - (f. 410) II. **9** (f. 411). S. Ioannis epistula I; - (f. 412) II; - (f. 412^{v}) III, argumentis omissis. **10** (ibid.).

S. Iudae epistula sine argumento. **11** (f. 412^{v}). S. Ioannis Apocalypsis, praevia tantum praefatione: *Omnes qui pie uolunt uiuere - parabole salomonis* (Bibl. cum glossa, 6, f. 239^{v}-240^{r}).

F. 419. ⟨**Remigii Autissiodorensis**⟩ interpretationes nominum hebraicorum.

F. I^{r}. Duo fragmenta ⟨de contemptu mundi et amore Dei⟩ manu saec. XV exarata, quorum prius loco tituli refert *Grisostomus de incomprensibili natura dei*, inc. *Homo qui in dei amore tepidus es* et des. *Ve uobis qui hic habetis consolatio uestra. Hec ille;* posterius autem auctoritatem refert *Ugho de sancto uictore*, inc. ⟨S⟩*equere miles bone ducem christum et despice mundum istum* et des. *nec qui torquetur aliquando moritur. Hec ille.*

Codicem binis et a f. 419 usque ad f. 445^{v} ternis columnis descriptum exornant litterae maximae auro coloribus figuris mediocri arte depictae, atque litterae maiores rubro et caeruleo colore distinctae. Tituli rubri. Exodus, Numeri, Deuteronomium titulos hebraicos una cum latinis referunt. Ff. 332^{v}. 446^{v} vacua. I^{v} possessoris nota turpiter erasa, dein stemma L⟨udovici de Torres⟩ et subscriptio *L. Archiepisc. Montisregal.* II-III index Clementis XI aetate conscriptus. 446 pauca penitus abrasa.

Integumenti tabulae insignia praebent Ludovici de Torres, et in dorso recens refecto tesseras gentilicias Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

20. Saec. XV in., membran., mm. 434 × 280, ff. IV chart., 421 (+ f. 291 bis numerato).

Biblia sacra utriusque Testamenti iisdem, nisi aliter notetur, praefationibus, prologis, argumentis, quae in cod. 1 occurrunt, iisdemque interpretationibus hebraicorum nominum instructa.

V. T. 1 (f. 3^{v}). Pentateuchus. **2** (f. 60). Liber Iosue. **3** (f. 67). Liber Iudicum. **4** (f. 74^{v}). Liber Ruth. **5** (f. 76). Libri I-IV Regum. **6** (f. 115). Libri I-II Paralipomenon. **7** (f. 136). Libri I-III Ezrae. **8** (f. 149). Liber Tobiae. **9** (f. 152^{v}). Liber Iudith. **10** (f. 157). Liber Esther. **11** (f. 161^{v}). Liber Iob, addito argumento: *In terra quidem* (M. 113, 747). **12** (f. 170^{v}). Liber Psalmorum, addito s. Hier. prologo: *Scio quosdam putare psalterium* (M. 28, 1183-1188). Psalmos subsequuntur cantica: [1] (f. 191^{v}). *Confitebor tibi domine.* [2] (ibid.). *Ego dixi in dimidio dierum meorum* usque ad v. *sperabam usque mane quasi leo.* **13** (f. 193). Liber Proverbiorum. Secundus prologus bis occurrit et altera vice tertio prologo subnectitur. **14** (f. 199^{v}). Liber Ecclesiastes, omissa s. Hier. praefatione suffectoque alio eiusdem prologo: *Tribus nominibus - que omnia referuntur ad christum* ⟨ex commentario in Ecclesiasten excerpto⟩ (M. 23, 1063, A, 2-1065, A, 11). **15** (f. 202). Canticum canticorum. **16** (f. 203). Liber Sapientiae, praevio prologo: *Libe*⟨r⟩ *sapientie* (M. 113, 1167). **17** (f. 208). Liber Ecclesiastici. Subsequitur (f. 220^{v}) oratio Salomonis (Tischendorf,

p. LV). **18** (f. 220^{v}). Prophetia Isaiae. **19.** Ieremiae (f. 235^{v}) prophetia, omisso argumento additisque duobus aliis prologis, quorum prior: *Ieremias propheta ob causam periurij sedechie - et interitum regnorum gentium exterarum significant,* et posterior: *Ieremias propheta qui interpretatus* (!) ⟨ex s. Isidori Hisp. prooemiis in libros V. et N. T. excerptus⟩ (M. 83, 167-168, n. 48-52); - (f. 252) lamentationes; - (f. 253^{v}) oratio. **20** (ibid.). Prophetia Baruch. **21** (f. 256). Prophetia Ezechielis, addito altero prologo: *Ezechiel qui in latinum uertitur fortitudo dei - in chaldea exulans, prophetauit, ibique uaticinium consummauit.* **22** (f. 272). Prophetia Danielis. **23** (f. 278). Prophetia Osee, omisso secundo prologo. **24** (f. 280^{v}). Prophetia Ioel cum primo prologo tripertito et ordine turbato: secundus prologus deest. **25** (f. 281^{v}). Prophetia Amos, addito tertio prologo: *Hic amos propheta non fuit pater ysaie - sepultusque est cum patribus suis* (Bibl. cum glossa, 4, f. 358-358^{v}). **26** (f. 283^{v}). Prophetia Abdiae. **27** (f. 284). Prophetia Ionae, addito ⟨loco ex lib. s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum excerpto⟩, qui argumento (in ms. *prologo*) subtexitur (M. 83, 144-145, c. 45). **28** (f. 284^{v}). Prophetia Michaeae. **29** (f. 286). Prophetia Nahum. **30.** Habacuc (f. 286^{v}) prophetia; - (f. 287) oratio. **31** (f. 287^{v}). Prophetia Sophoniae. **32** (f. 288^{v}). Prophetia Aggaei. **33** (f. 289). Prophetia Zachariae. **34** (f. 291). Prophetia Malachiae, omisso argumento additoque altero prologo: *Malachias aperte* ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum desumpto⟩ (M. 28, 175, 28-31). **35** (f. 291^{v}). Libri I-II Machabaeorum, omisso argumento.

V. T. 1 (f. 3). Pentateuchus. **2** (f. 66). Liber Iosue. **3** (f. 75). Liber Iudicum, praeeuntibus brevibus (M. 28, 549-550), quibus subtexitur ⟨compendium cc. 19-21 de abusa muliere et de bello adversum tribum Beniamin indicto⟩: *Leuita rediens cum uxore sua - et sic restituitur tribus beniamin.* **4** (f. 83ᵛ). Liber Ruth, praeviis capitibus nullo modo distinctis, quorum primum inc. *Elimelech peregrinatur in terra moabitidem* et ultimum inc. *Booz ducit ruth in uxorem et ex ea suscipit obed.* **5** (f. 85). Libri I-IV Regum. Praemittuntur libro II (f. 96ᵛ) capitula nullo modo inter se distincta, quorum primum inc. *Dauid occidit uirum qui annuntiauit mortem saul* et ultimum inc. *Iubetur postea numerari et dauid peccatum agnoscit.* **6** (f. 125ᵛ). Libri I-II Paralipomenon, omissis prologo praemissis. **7** (f. 145ᵛ). Libri I-III Ezrae. **8** (f. 155ᵛ). Liber Tobiae, qui una cum prologo repetitur ff. 159-162. **9** (f. 158ᵛ). Liber Iudith usque ad v. (4, 5) *contra esdrelon, que est.* Integer liber una cum prologo invenitur ff. 162-166ᵛ. **10** (f. 166ᵛ). Liber Esther. **11** (f. 171). Liber Iob, posteriori prologo omisso. **12** (f. 179ᵛ). Liber Proverbiorum. Additamento tertius ⟨prologus⟩ subnectitur: *Ideo greco* (M. 29, 427, nota 4). **13** (f. 185ᵛ). Liber Ecclesiastes. **14** (f. 188). Canticum canticorum. **15** (f. 189). Liber Sapientiae, praeeunte prologo: *Liber sapientie* (M. 113, 1167). **16** (f. 194). Liber Ecclesiastici, addito altero prologo ⟨ex Rabani Mauri praefatione in commentaria in Ecclesiasticum excerpto⟩ a v. *Librum*

ihesu filij sirach dicit se ieronimus ad v. *ut ipse sibi commeata* (l. commentarius) *sit* (M. 109, 763, B, 14-764, A, 14). Libro expleto (f. 206^{v}) subnectitur ⟨oratio Salomonis⟩ (Tischendorf, p. LV). **17** (f. 207). Prophetia Isaiae. **18.** Ieremiae (f. 223) prophetia, argumento omisso; - (f. 241) lamentationes; - (f. 242^{v}) oratio. **19** (f. 243). Prophetia Baruch. **20** (f. 245). Prophetia Ezechielis, addito argumento ⟨ex c. 39 s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum deprompto⟩: *Ezechiel sacerdos* (M. 83, 143). **21** (f. 261^{v}). Prophetia Danielis, omissa praefatione: " Daniel interpretatur. „ **22** (f. 268). Prophetia Osee, tertio prologo omisso. **23** (f. 270^{v}). Prophetia Ioel, secundo prologo omisso. **24** (f. 271^{v}). Prophetia Amos. **25** (f. 273^{v}). Prophetia Abdiae. **26** (f. 274). Prophetia Ionae, addito altero prologo ⟨ex c. 45 s. Isidori Hisp. lib. cit. excerpto⟩: *Ionas columba* (M. 83, 144-145). **27** (f. 274^{v}). Prophetia Micheae. **28** (f. 276). Prophetia Nahum, posteriori prologo omisso. **29.** Habacuc (f. 277^{v}) prophetia, addito altero prologo ex s. Hier. ⟨prologo et commentariis in Habacuc deprompto⟩ a v. *Quatuor prophete* ad v. *miseriam uenire desiderat*(M. 25, 1335, A, 14-1337, D, 4); - (f. 278) oratio. **30** (f. 278^{v}). Prophetia Sophoniae, subnexo priori prologo additamento: *Iosiam regem iude - textu lectionis denuntiauit* (Bibl. cum glossa, 4, f. 396^{v}-397). **31** (f. 279^{v}). Prophetia Aggaei. **32** (f. 280). Prophetia Zachariae. **33** (f. 283). Prophetia Malachiae, addito altero prologo ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum excerpto⟩: *Malachias* (M. 28, 175, 28-31). **34** (f. 284). Libri I-II Machabaeorum, praeeunte tantum secundo prologo: *Machabeorum libri duo prenotant.*

N. T. 1 (f. 301^{v}). Evangelium s. Matthaei, s. Hier. epistula et eiusdem prologo omissis suffectoque alio prologo: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65). **2** (f. 311^{v}). Evangelium s. Marci, omissa praefatione: " Marcus qui est colobodactilus „. **3** (f. 318). Evangelium s. Lucae. **4** (f. 328). Evangelium s. Ioannis. **5.** S. Pauli epistulae. [1] (f. 335^{v}). Ad Romanos, praevio tantum argumento: *Romani sunt in partibus.* [2] (f. 339^{v}). Ad Corinthios I, omisso prologo. [3] (f. 343). Ad Corinthios II. [4] (f. 345^{v}). Ad Galatas. [5] (f. 347). Ad Ephesios, addito ⟨loco excerpto ex glossa ordinaria⟩: *Sciendum sane - ad laudicenos attitulant* eidem argumento subnexo (Bibl. cit., 6, f. 89^{v}; Bibl. casin., 1; flor., p. 290). [6] (f. 348). Ad Philippenses. [7] (f. 349). Ad Colossenses. [8] (f. 350). Ad Thessalonicenses I. [9] (f. 350^{v}). Ad Thessalonicenses II. [10] (f. 351^{v}). Ad Timotheum I. [11] (f. 352). Ad Timotheum II. [12] (f. 353). Ad Titum. [13] (f. 353^{v}). Ad Philemonem. [14] (ibid.). Ad Hebraeos, omissis argumento praemissis. **6** (f. 356^{v}). Actus Apostolorum, addito altero prologo ⟨ex s. Hier. epist. laudata excerpto⟩: *Nudam quidem* (M. 28, 178, 4-6). **7** (f. 366^{v}). S. Iacobi epistula, addito

prologo in epistulas catholicas ⟨ex s. Hier. epist. laudata deprompto⟩: *Iacobus petrus* (M. ibid., 7-9). **8.** S. Petri (f. 367ᵛ) epistula I, in locum argumenti suffecto prologo: *Discipulus* (M. 114, 679); - (f. 368ᵛ) II, praefixo prologo: *Per fidem* (M. ibid., 689). **9.** S. Ioannis (f. 369ᵛ) epistula I; - (f. 370ʳ) II; - (ibid.) III. **10** (f. 370ᵛ). S. Iudae epistula. **11** (f. 371ʳ). S. Ioannis Apocalypsis.

F. 376. ⟨Quaedam de investigatione veritatis⟩. Inc. *Cum omnis ambiguitas abigatur notitia ueritatis. studium querentis et humani scintilla ingenij ad eam inueniendam totaliter se conuertat.* Des. *nec participatur quemadmodum species a multis indiuiduis illius aut genus a multis speciebus. que uniuntur similitudine nostre et rationis eius. non una indistincta ydemptitate substantie. in se ipsis secundum se ipsas quemadmodum est in diuinis ubi est unitas una tribus qui sunt deus unus sicut est deitas una.*

F. 380. ⟨**Remigii Autissiodorensis**⟩ interpretationes nominum hebraicorum.

F. 408ᵛ-409. ⟨Medica praecepta⟩ manu saec. XV. F. 410-412ʳ. ⟨Index quorundam nominum cum eorum interpretatione alphabetico ordine dispositorum⟩ eadem saec. XV manu exaratus. Inc. *Abba. pater syrum est. Abra. ancilla liberta.* Des. *Xancticus secundum macedones aprilis.*

Codex binis columnis minuto ac nitido charactere exaratus. Litterae maiores aeque ac maximae rubro et caeruleo colore distinctae, tituli minio scripti. Genesis, Exodus, Leviticus, libri Iudicum, Proverbiorum, Ecclesiastes titulis quoque hebraicis instructi. Ff. I. IIʳ. 377-379. 409ᵛ. 412ᵛ. 413ᵛ vacua. IIᵛ manu saec. XIV-XV excerpta quaedam ex sacra scriptura adnotationesque memoriae causa scripta et manu saec. XV modus conficiendi medicinam. 408ʳ opere absoluto *Laus tibi sit christe: quoniam liber explicit iste.* 213ʳ in frustulo membranae adglutinato quaedam nullius momenti.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

38. Saec. XIII, membran., mm. 321 × 221, ff. II. 152.

Novum Testamentum prologis et argumentis instructum.

1 (f. 1). Evangelium S. Matthaei. **2** (f. 19ᵛ). Evangelium s. Marci, praevio ⟨argumento⟩: *Marcus ewangelista dei et petri in baptismate filius* (M. 103, 279-280). **3** (f. 32). Evangelium s. Lucae. **4** (f. 52). Evangelium s. Ioannis. **5.** S. Pauli epistulae, praefixo ⟨Rabani Mauri⟩ prologo: *Primum queritur quare post euuangelia* (M. 111, 1275-1278). ¹ (f. 68ᵛ). Ad Romanos. Praemittuntur: ᵃ) prologus, qui inc. *Romani sunt qui ex iudeis gentilibus* et des. *ad pacem et concordiam cohartatur* (!) (Bibl. cum glossa, 6, f. 2-2ᵛ); ᵇ) ⟨argumentum⟩: *Romani sunt* (M. 114, 469); ᶜ) ⟨prologi fragmentum⟩ inde a v. *Epistole ad romanos causa hec est* usque ad v. *ab omni uite prauitate reuocare* (Bibl. casin., 1; flor., p. 290, 10-21). ² (f. 76ᵛ). Ad Corinthios I, praefixo argumento: *Corinthii*

sunt achaici (M. 114, 519). [3] (f. 84). Ad Corinthios II. [4] (f. 88v). Ad Galatas. [5] (f. 91). Ad Ephesios. [6] (f. 93). Ad Philippenses, praemisso ⟨prologo⟩, qui inc. *Philippus machedonie ciuitas est in qua apostolus post uisionem que ei ostensa fuerat* et des. *non ob hoc quia ipse aliquid acciperet. sed quia talibus uelit eos fructibus habundare.* [7] (f. 95v). Ad Colossenses. [8] (f. 97). Ad Thessalonicenses I. [9] (f. 98v). Ad Thessalonicenses II. [10] (f. 99v). Ad Timotheum I. [11] (f. 101v). Ad Timotheum II. [12] (f. 103). Ad Titum. [13] (f. 104). Ad Philemonem. [14] (f. 104v). Ad Hebraeos. **6** (f. 110v). Actus Apostolorum. Praeeunt: [1]) *s. Ieronimi* (?) prologus: *Çanit psalmista ambulabunt a uirtute in uirtutibus - anime languentis medicina esse* (Bibl. cit., 6, f. 162v); [2]) *eiusdem* (?) praefatio: *Lucas natione syrus cuius laus in ewangelio canitur - non solum corporibus sed etiam animabus eius proficeret medicina* (loc. cit., f. 163). **7** (f. 132). S. Iacobi epistula. **8.** S. Petri (f. 134) epistula I; - (f. 136) II. **9.** S. Ioannis (f. 137v). epistula I; - (f. 139v) II; - (ibid.) III. **10** (f. 140). S. Iudae epistula. **11** (f. 141v). S. Ioannis Apocalypsis, praeeunte prologo *s. Ieronimi* (?): *Iohannes apostolus et euangelista* (M. 114, 709).

Ff. I. II. 151. 152 (mm. 299 × 217) ex alio codice avulsa nonnullas continent theologicas quaestiones manu saec. XIV exaratas, quae adeo abrasae sunt aut evanidae ut lectio sit valde difficilis aliquando autem desperata. Secunda quaestio est: *Utrum deus singularia cognoscat.*

Codex binis columnis scriptus. Litterae maximae rubro et caeruleo colore, maiores autem alterutro colore alterna vice depictae. Idem librarius, ut videtur, correctiones interlineares et marginales adiunxit, alter vero saec. XV evangeliorum lectiones per anni circulum legendas notavit. IIv saec. XVI notula: *Inferius in pluteo 2°, bibliothecae magnae secretae Bibliothecę apostolicę,* 150v manus saec. XIV-XV hanc notam apposuit: *Ista biblia scripsit hemanuel uastarchi.* 151r eadem manus, quae f. IIv, scripsit: *secunda pars Bibliae.* Columnae singulorum librorum in priori foliorum pagina numeratae.

Integumenti tabulae saec. XVI rubro corio obductae. Fibulae ceciderunt.

39. Saec. XIII, membran., mm. 195 × 136, ff. III. 173.

Novum Testamentum cum prologis et argumentis.

1 (f. 4v). Evangelium s. Matthaei, praevio ⟨argumento⟩: *Matheus sicut in ordine* (M. 103, 273-274). **2** (f. 26). Evangelium s. Marci, praefixo ⟨argumento⟩: *Marcus euangelista* (M. ibid., 279-280). **3** (f. 41). Evangelium s. Lucae, praemisso (f. 40v) ⟨argumento⟩: *Lucas natione sirus:* (M. ibid., 285-286). **4** (f. 67v). Evangelium s. Ioannis, praevia ⟨eiusdem commendatione, Beda auctore⟩: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636). **5** (f. 84v). Actus Apostolorum cum prologo: *Lucas natione syrus - ut non solum corporibus. Sed etiam animarum*

eius proficeret medicina (Bibl. cum glossa, 6, f. 163). **6.** S. Pauli epistulae. [1] (f. 106). Ad Romanos, praevio ⟨argumento⟩: *Romani sunt* (M. 114, 469). [2] (f. 113^v). Ad Corinthios I, praevio prologo: *Corinthi sunt achaici* (M. ibid., 519). [3] (f. 120^v). Ad Corinthios II, praefixo prologo: *Post actam* (M. ibid., 551). [4] (f. 125^v). Ad Galatas cum ⟨argumento⟩: *Galathe sunt greci* (M. ibid., 569). [5] (f. 128). Ad Ephesios, praemisso prologo: *Ephesi sunt asiani* (M. ibid., 587). [6] (f. 130^v). Ad Philippenses, praevio ⟨argumento⟩: *Filipenses sunt macedones* (M. ibid., 601). [7] (f. 132^v). Ad Colossenses. [8] (f. 134). Ad Thessalonicenses I. [9] (f. 135^v). Ad Thessalonicenses II. [10] (f. 136). Ad Timotheum I. [11] (f. 138). Ad Timotheum II. [12] (f. 139^v). Ad Titum. [13] (f. 140^v). Ad Philemonem. [14] (ibid.). Ad Hebraeos. **7** (f. 146^v). S. Iacobi epistula, praevio ⟨s. Hier. prologo in epistulas catholicas⟩: *Non ita ordo est* (M. 29, 863-874). **8.** S. Petri (f. 148^v) epistula I; - (f. 150^v) II. **9.** S. Ioannis (f. 152) epistula I; - (154^v) II; - (ibid.) III. **10** (f. 154^v). S. Iudae epistula. **11** (f. 156). S. Ioannis Apocalypsis, praevio (f. 155^v) prologo ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum deprompto⟩: *Apocalipsis iohannis* (M. 28, 178, 10-11; 114, 709-710).

F. III^r. Kalendarii fragmentum Ianuarium et Februarium continens. Ff. 1-3. Kalendarium liturgicum rubro ac nigro colore exscriptum. Inter nomina minio exarata: *Faustini et iouite; Deposicio s. Zenonis, Translatio s. Zenonis; Quirici et iolite; firmi et rustici; Galli. abbatis; Zenoni episcopi et confessoris.*

Codex innumeris imaginibus ornatus, auro, argento variisque coloribus splendet. Litterae maximae auro illitae diversis coloribus, frondibus, interdum et imaginibus conspicuae, maiores caeruleo ac rubro colore distinctae. Folia complura paululum lacera acu filoque serico consuta. Ff. I. II. III^r. 170^v. 171^r. 172^v vacua. III^v quaedam penitus abrasa et litt. capitalibus *testamentum novum pictum.* 173^r pauca anno 1373 exscripta atque adeo erasa ut enucleare non potuerim. 173^v quaedam nullius momenti. Quod ad imagines pertinet cf. Beissel, *Vaticanische Miniaturen, Freiburg im Breisgau* 1893, p. 36-38; tab. XIX A; XX C.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

40. An. 1469 (cf. f. 189^v), chart., mm. 335 × 227, ff. II. 189.

Novum Testamentum, prologis, capitulis, argumentis locupletatum. Epistulae ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses desiderantur.

1 (f. 1). Evangelium s. Matthaei. **2** (f. 26^v). Evangelium s. Marci. Praeeunt: [1] (f. 25) prologus: *Marcus ihesu christi dilectus* (M. 103, 279-280); [2] (f. 25^v) capitula (Wordsworth, p. 174, col. 3-186). **3** (f. 43). Evangelium

s. Lucae. Praemittuntur: [1] (f. 41^{v}) praefatio: *Lucas syrus antiocensis* (Wordsworth, p. 271-272); [2] (f. 42) capitula (Wordsworth, p. 274, col. 3-304). **4** (f. 69^{v}). Evangelium s. Ioannis. Praeeunt: [1] (f. 68^{v}) praefatio: *Iohannes euangelista* (M. 92, 633-636); [2] (f. 69) capitula (Wordsworth, p. 492, col. 2-504). **5.** (f. 90^{v}). Actus Apostolorum. Praemittuntur: [1] (f. 89) prologus *s. Ieronimi* (?): *Lucas natione syrus - animarum proficeret medicinam* (Bibl. cum glossa, 6, f. 193); [2] (ibid.) capitula (Thomasius, 1, p. 356-359); [3] (f. 90^{r}) argumentum ex ⟨s. Hier. epistula ad Paulinum depromptum⟩: *Actus apostolorum* (M. 28, 178, 4-6). **6** (f. 117^{r}). S. Iacobi epistula. Praemittuntur: [1] (f. 116^{v}) argumentum: *Iacobus apostolus* (M. 114, 671); [2] (ibid.) ⟨s. Hier.⟩ prologus ⟨in epistulas catholicas⟩: *Non ita ordo est* (M. 29, 863-874); [3] (f. 117) capitula (Thomas., ibid., 372-373). **7.** S. Petri (f. 120^{r}) epistula I cum argumento ⟨ex lib. s. Hier. de viris inlustr. excerpto⟩: *Simon Petrus* (Richardson, p. 6, 22-23 usque ad v. *apostoli*) et capitulis (Thomas., ibid., p. 374-375); - (f. 123) II cum argumento: *Per fidem* (M. 114, 689) et capitulis (Thomas., ibid., p. 376). **8** (f. 125). S. Ioannis epistula I cum argumento: *Rationem uerbi* (M. ibid., 693) et capitulis (Thomas., ibid., p. 377-378); - (f. 128) II, praevio argumento: ⟨U⟩*sque adeo* (M. ibid., 703) et capitulis (Thomas., ibid., p. 379); - (f. 129) III cum argumento: *Gaium* (M. ibid., 705) et capitulis (Thomas., ibid., p. 379). **9** (f. 129^{r}). S. Iudae epistula, praevio argumento: *Iudas apostolus* (M. ibid., 705-706) et capitulis (Thomas., ibid., p. 380). **10** (f. 131^{v}). S. Ioannis Apocalypsis. Praemittuntur: [1] (f. 130^{r}) prologus: *Iohannes Apostolus et Euangelista* (M. ibid., 709); [2] (ibid.) capitula (Thomas., ibid., p. 471-472); [3] (f. 131^{r}) argumentum ⟨ex s. Hier. epist. laudata excerptum⟩: *Apocalipsis iohannis* (M. 28, 178, 10-11; 114, 709-710). **11.** S. Pauli epistulae nonnullae, praevio (f. 143^{v}) ⟨Rabani Mauri⟩ prologo: *Primum queritur quare quemadmodum post euangelia* (M. 111, 1275-1278). [1] (f. 147). Ad Romanos. Praemittuntur: [a] (f. 143) praefatio: ⟨E⟩*pistole Pauli ad Romanos causa hec est - melior factus est* (cf. Biblioth. Casin., 1; flor., p. 289-290); [b] (f. 144^{v}) argumentum: *Romani sunt qui ex iudeis gentibus - ad pacem et concordiam cohortatur* (Bibl. cum glossa, 6, f. 2-2^{v}); [c] (f. 145^{v}) capitula (Thomas., 1, p. 388-391); [d] (f. 147) argumentum: *Romani sunt* (M. 114, 469). [2] (f. 158). Ad Corinthios I cum (f. 156^{v}) capitulis (Thomas., ibid., p. 442-445) et (f. 158) argumento: *Corinthii sunt* (M. ibid., 519). [3] (f. 169). Ad Corinthios II cum (f. 168^{v}) capitulis (Thomas., ibid., p. 448-449) et (f. 169) argumento: *Post actam* (M. ibid., 551). [4] (f. 176^{v}). Ad Galatas usque ad v. (1, 5) *cui est gloria*. Praeeunt: [a] (f. 175^{v}) argumentum: *Galathe sunt greci* (M. ibid., 569); [b] (ibid.) capitula (Thomas., ibid., p. 451-453). [5] (f. 176^{v}). Ad Timotheum I inde a v. (5, 13) *que non oportet*. [6] (f. 178^{v}). Ad Timotheum II cum (f. 177^{v}) capitulis (Thomas., ibid., p. 438) et argu-

mento: *Item timotheo* (M. ibid., 633). [7] (f. 180). Ad Titum cum (f. 179^v^) prologo: *Titum commonefacit* (M. ibid., 637) et capitulis (Thomas., ibid., p. 439). [8] (f. 181). Ad Philemonem cum prologo: *Filemoni* (M. ibid., 641) et capitulis (Thomas., ibid., p. 440). [9] (f. 182). Ad Hebraeos cum (f. 181^r^) argumento: *In primis dicendum* (M. ibid., 643) et capitulis (Thomas., ibid, p. 440).

Codex litteris currentibus exscriptus mendis scatet. Litterae initiales maximae ac maiores, praeter unam, omissae sunt, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis. Ff. I-II vacua. In margine inferiore folii 1^r^ scutum nescio cuius gentis (pelecanus in pagina caerulea femur suum vulnerans cum pullis ipsius sanguinem bibentibus argento illitis). 189^v^, opere absoluto, notula litteris capitalibus: *Explicit epistola ad Hebreos. Sixto ydus octubris 1469. completum fuit opus istud per me Paulum Iohannis de Tarano: etc.*

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

41. Saec. VIII-IX, membran., mm. 347×233, ff. 177.

Quattuor evangelia.

1 (f. 1). Evangelium s. Matthaei usque ad v. (28, 6) *Uenite. et uidete locum.* **2** (f. 50). Evangelium s. Marci. **3** (f. 85). Evangelium s. Lucae usque ad v. (24, 37) *Conturbati uero et conterriti.* **4** (f. 139). Evangelium s. Ioannis.

Codex binis columnis perbelle exscriptus est, servata versiculorum distinctione ab editis tamen diversa. Ff. 1^r^. 50^r^. 85^r^ 139^r^ exhibent in priori columna litteras maximas romanas auro aut variis coloribus conspicuas, atque in altera columna litteras unciales et capitales eleganter exaratas. Initiales autem versiculorum uno aut duobus coloribus distinctae sunt.

In marginibus idem, ni fallor, librarius concordantiam evangeliorum numeris indicavit. Complura folia madore pessumdata. Ff. 54-59 media parte lacera, sed nihil deest. F. 60 manus saec. XII, ut videtur, supplevit. F. 177 duobus frustulis resartum. Sub fine operis capitalibus rubris *Explicit* | *numerus IIII* | *evangeliorum* | *Mathei. Marci*; quae sequebantur nomina cum membrana perierunt. 176^v^ summo marg. manu saec. XIV *Ego bernardus Monasterii sancti laurentii;* et paulo superius, si codicem vertas, iterum leges *Ego bernardus.*

F. 177 *In nomine domini dei saluatoris nostri ihesu christi anno ab Incarnatione eiusdem Millesimo Centesimo octuagesimo primo:* dein alia manu, cautionis instrumentum, lectu difficile ac fere evanidum: *Anno domini M.CC.XXXXII mensis nouembris die III fidem iuss*⟨it⟩ *florentinus qui habitat ad colosseum pro Riccardo mansionario dicte Regionis* (?) *abba Sancti Laurentij pro ipso monasterio et suis successoribus. et promisit. quod si idem Riccardus per suam negligentiam aliquid de bonis monasterii perdiderit. uel non seruierit fideliter usque ad unum annum uel aliquid de dictis bonis per se uel quocumque modo sua neg*⟨li⟩*gentia fraudaberit* (?) *dictus florentinus teneatur de omnibus his nomine bone plejarie prephato domino abbati uel suis successoribus ip*⟨ius⟩ *monasterii in integrum restaurare omni occasione remota. In presentia petri scri*⟨ptoris⟩ ⟨a⟩*ngeli camerarii. dompni andree. dompni sigismundi dompni jacobi ... petri .. morarij jacobi scriptoris;* subsequuntur denique alia pauca, quae referre non iuvat.

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

42. Saec. XV, membran., mm. 423 × 276, ff. 116.

Quattuor evangelia, prologis, praefationibus, argumentis, capitulis locupletata.

1 (f. 9). Evangelium s. Matthaei. Praemittuntur: [1] (f. 1) canones evangeliorum (M. 29, 563-574); [2] (f. 3) s. Hier. praefatio in quattuor evangelia: *Nouum opus facere me cogis* (M. ibid., 557-562); [3] (f. 4) prologus ⟨eiusdem in commentaria evangelii s. Matthaei⟩: *Plures fuisse qui euangelia scripserunt* (M. 26, 15-20, B, 1 usque ad v. *canendas*); [4] (f. 5^{v}) *Eusebii Cesariensis* praefatio *de quatuor euangeliis*, ⟨Hier. interprete⟩: *Ammonius quidam* (M. 29, 562-563); [5] (f. 6) argumentum: *Matheus sicut in ordine primus* (M. 103, 273-274); [6] (f. 6^{v}) capitula (Wordsworth, p. 18, col. 2-38). **2** (f. 39). Evangelium s. Marci cum (f. 37^{v}) argumento: *Marcus euangelista dei et petri in baptismate filius* (M. 103, 279-280) et (f. 38) capitulis (Wordsworth, p. 174, col. 2-186). **3** (f. 60). Evangelium s. Lucae. Praeeunt: [1] (f. 56^{v}) prologus: *Lucas syrus antiochensis arte medicus* (M. 103, 285-286); [2] (f. 57) capitula usque ad v. *petro dicit quod eum esset negaturus ac moriturus* (Thomas., 1, p. 334-339, 11; cf. Wordsworth, p. 274, col. 2-304). **4** (f. 92). Evangelium s. Ioannis cum (f. 90^{v}) prologo: *Hic est iohannes euangelista* (M. 92, 633-636) et (f. 91) capitulis (Wordsworth, p. 492, col. 2-504).

F. 116 avulsum ex codice binis columnis saec. XIII-XIV exarato, continet ⟨fragmentum commentarii **Innocentii IV** in I decretalium⟩ (cf. ed. Venetiis 1578, f. 46-52^{v}).

Codicem characterem saec. XII perbelle imitantem et binis scriptum columnis commendant litterae maximae auro et coloribus mira arte depictae maioresque rubro aut caeruleo aut auro conspicuae. Tituli auropicti. Ff. 8^{v}. 59^{v}. 115^{v} vacua. 1^{r} in margine inferiore stemma *L*⟨udovici de Torres⟩ *Archiepisc. Montis regal.* F. 115 consulto abscissum, postea membrana resartum. 116^{v}, quod olim operculo adglutinatum fuit, perevanidum.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

43. Saec. IX, membran., mm. 235 × 165, ff. 211 (— f. 148 librarii neglegentia omisso).

Quattuor evangelia, capitulari, lectionibus, canonibus evangeliorum instructa, et prologis, argumentis, capitulis, singulis evangeliis praeeuntibus, locupletata.

1 (f. 30^{v}). ⟨Evangelium s. Matthaei⟩. Praemittuntur: [1] (f. 1) capitulare evangeliorum de anni circulo et de diversis causis cum romanis stationibus, initio mutilum. Inc. *Ebdomada II post teophaniam* (cf. Thomas., 5, p. 436 seqq.); [2] (f. 15^{v}) s. Hier. praefatio in quattuor evangelia: *Nouum opus facere me*

cogis (M. 29, 557-562); [3] (f. 17^{v}) ⟨eiusdem⟩ prologus *quattuor euangeliorum*: *Plures fuisse qui euangelia scripserunt* (M. 26, 15-20, B, 1 usque ad v. *canendas*); [4] (f. 19^{v}) argumentum *eiusdem* (?): *Matheus sicut in ordine primus* (M. 103, 273-274); [5] (f. 20) breviarium *eiusdem* (Wordsworth, p. 18, col. 2-38); [6] (f. 23) canones evangeliorum, primo omisso (M. 29, 565-573). **2** (f. 82). Evangelium s. Marci. Praeeunt: [1] (f. 79^{v}) prologus: *Marcus euangelista dei electus* (M. 103, 279-280); [2] (f. 80) breviarium (Wordsworth, p. 174, col. 3-186). **3** (f. 119). Evangelium s. Lucae. Praemittuntur: [1] (f. 113) argumentum: *Lucas syrus antiocensis* (M. 103, 285-286); [2] (f. 114) capitula (Wordsworth, p. 274, col. 2-306). **4** (f. 174). Evangelium s. Ioannis. Praeeunt: [1] (f. 172) argumentum: *Hic est iohannes euangelista* (M. 92, 633-636); [2] (f. 172^{v}) capitula (Wordsworth, p. 492, col. 2-504).

F. 211^{v}. SS. Trinitatis praefationis fragmentum ab usitato diversum ac mendosissime alia manu exscriptum. Inc. *cum unigenito filio tuo spiritu sancto unus est dominus.* Des. *et in mayestate adoretur ecalitas quam laudant angeli.* Subsequuntur: [1]) hymnus: *Veni redemptor gentium;* [2]) fragmentum alterius hymni: *Christe redemptor* (Chevalier, n. 21234. 2960).

Codex splendide scriptus initiales librorum exhibet variis coloribus depictas. Initiales capitum primaque verba evangeliorum auri, quo illita fuerunt, vestigia tantum retinent. Ff. 1-13 litteras initiales praebent una cum titulis minio distinctas, et ff. 23-28 columellas cum arcubus superimpositis auri vestigia tantum deferentes atque coloribus exornatas. Ff. 22^{v}. 30^{r} vacua. Folia complura laciniis refecta. In marginibus evangeliorum concordantiae numeris expressae, ipsius, ut videtur, librarii manu exaratae.

In priore integumenti tabula stemma Gregorii XIII.

44. Saec. XII, membran., mm. 319×215, ff. 198.

Quattuor evangelia, capitulari canonibusque evangeliorum locupletata, et prologis, capitulis, argumentis instructa.

1 (f. 27). Evangelium s. Matthaei. Praemittuntur: [1] (f. 1^{v}) *capitula lectionum euangelii anni circuli ad missas* (cf. Thomas., 5, p. 431 seqq.); [2] (f. 15) ⟨s. Hieronymi⟩ prologus: *Plures fuisse qui euangelia scripserunt* (M. 26, 15-20, B, 1 usque ad v. *canendas*); [3] (f. 16^{v}) eiusdem ⟨praefatio in quattuor evangelia⟩: *Nouum opus facere me cogis* (M. 29, 557-562); [4] (f. 18^{v}) prologus: *Matheus ex iudea* (M. 103, 273-274); [5] (f. 19) capitula (Wordsworth, p. 18, col. 2-38); [6] (f. 21^{v}) canones evangeliorum (M. 29, 563-574). **2** (f. 76). Evangelium s. Marci cum (f. 74) argumento: *Marcus euangelista Dei electus* (M. 103, 273-274) et (f. 74^{v}) capitulis (Wordsworth, p. 174, col. 3-186). **3** (f. 111^{v}). Evangelium s. Lucae cum (f. 106) argumento: *Lucas syrus anthiocensis* (Wordsworth, p. 271-272) et (f. 106^{v}) breviario (Wordsworth, p. 274, col. 2-306). **4** (f. 161^{v}). Evangelium

s. Ioannis cum (f. 160) praefatione: *Hic est Iohannes euangelista* (M. 92, 633-636) et (f. 160^{r}) breviario (Wordsworth, p. 492, col. 2-504).

F. 73. ⟨Narratiuncula de imagine s. Mariae a cingulo⟩ alia manu saec. XII exarata. Inc. *Tempore quo greci terram promissionis inhabitabant fuit apud damascum quedam venerabilis matrona.* Des. *Sunt autem CCC. et plus anni impleti quod primum reuelata est ista yconia gloriosa Amen.* Subsequitur notula: *Require miracula post finem Marci. latini.*

Tituli, litterae initiales librorum et capitum, et saepissime aliae etiam litterae capitali charactere, minio depicta sunt. In marginibus ipsius forsitan librarii manu concordantiae evangeliorum numeris expressae; et manu saec. XIV hic et illic lemmata. Ff. 26^{v}. 105^{v} (partim consulto abscissum et postea membrana refectum) vacua. In foliis 21^{v}-26^{r} rubro colore columnae, quibus arcus superimponuntur. 1^{r} quaedam nullius pretii et alia nonnulla plumbo exscripta, quae referre non iuvat. 198^{v} calami probationes et inter nonnulla erasa: *Explicit expliciat ludere.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

45. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 402 × 270, ff. 354 (— f. 160, + f. 276^{a} librarii oscitatione omissis).

⟨**Sacrorum librorum concordantiae** litterarum ordine dispositae⟩, praevia notula: *Cuilibet uolenti requirere...* ut in cod. 61 Bibliothecae Casinensis, v. 2, p. 158. Inc. *A. A. a. Ier. I. a. domine deus ecce nescio loqui. XVIII. b. prophete dicunt eis.* Des. *Zelpha. Gen. XXX. b senciens lya quod parere desisset z*⟨elph⟩*am ancillam ma*⟨rito⟩ *tradidit* (cf. Biblioth. Casin., loc. cit.).

Codex ternis columnis exscriptus. Initialis prima singularum alphabeti litterarum auro et coloribus distincta, litterae maiores rubro caeruloque colore alterne depictae. Prima codicis littera Virginis imaginem in gremio puerum tenentis exhibet. 354^{v} *Iste liber concordantiarum emptus fuit namnetis per cardinalem de Estouteuilla. apostolice sedis legatum. pro precio quadraginta scutorum veterum. die vltima marcij anno domini millesimo. CCCC^{mo} LII. pontificatus s. d. n. Nicholai pape V.^{ti} anno VI.^{to}*

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

46. Saec. XIV, membran., mm. 390 × 247, ff. II. 422.

⟨**Sacrorum librorum concordantiae** ordine alphabetico digestae⟩ omnino ut in cod. praecedenti.

F. I, eo quod operculo adglutinatum fuit, priori in pagina perevanidum, continet in altera pagina duo grammaticae capita saec. XIV-XV exarata, quorum prius inc. *Accentus est modus pronunciandi aliquam dicionem. Accentus sunt tres. scilicet. acutus. grauis et circumflexus. Acutus est qui acuit siue eleuat sillabam. Grauis est qui deprimit siue deponit sillabam,* et des. *que similiter acuitur in fine;* posterius inc. *ritmus est paritas sillabarum consonans et debet constare ex duabus distincionibus ad maius et ex V ad plus. Distincio debet constare ex*

IIII sillabis ad minus et ex sedecim ad plus, et des. *Serpentini sunt quando III^a et IIII^ta distinctio concordant similiter.* F. II^r nonnulla continet ⟨de rhetoricae partibus eiusque coloribus⟩ eadem manu saec. XIV-XV perscripta, quae inc. ⟨R⟩*ectorica est ornata loquutio. partes rethorice sunt V^e uidelicet inuencio disposicio eloquucio memoria et pronunciacio,* et des. *Et nota quod omnes predicti colores sunt proprij colores desunt autem alij qui inueniuntur reducentes ad istos.*

Codicem ternis scriptum columnis litterae maximae commendant auro et coloribus excultae. Primae litterae inest cuiusdam monachi imago. Ff. II^v. 200^v-222 vacua. In summo margine folii II^r pauca penitus erasa.

Integumenti dorsum Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii stemmata praebet.

47. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 354 × 246, ff. 445 (— f. 190 librarii neglegentia omisso).

⟨**Sacrorum librorum concordantiae** litterarum ordine dispositae⟩ omnino ut in cod. 45.

Codex ternis columnis exaratus. Duplex est foliorum enumeratio; antiquior in imis foliorum marginibus, recentior autem in summis angulis exterioribus. Ordo foliorum turbatus, uti etiam eruitur ex notulis foliorum 184^v. 196^v, sic restituendus: 184. 186-196. 185. 197. F. 444^v, opere absoluto: *Expliciunt concordancie. Si male quid feci ueniam peto.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

48. 49. Saec. XIV, membran.

Biblia sacra utriusque Testamenti ex duobus voluminibus constantia, iisdemque in Vetere Testamento, nisi aliter notetur, praefationibus, prologis, argumentis, quae in cod. 1 occurrunt, locupletata.

I (**48**) mm. 445 × 313, ff. 324.

V. T. 1 (f. 5^v). Pentateuchus. 2 (f. 121). Liber Iosue. 3 (f. 136^v). Liber Iudicum. 4 (f. 152^v). Liber Ruth. 5 (f. 156). Libri I-IV Regum. Libro II (f. 176) praemittuntur capitula, quorum primum: *Dauid occidit uirum qui nunciauit mortem saulis et planxit uehementer,* et ultimum inc. *Iubetur populus numerari. et dauid peccatum agnoscit;* itemque (f. 207) libro IV, quorum primum inc. *Echozias beelzebud consulit ignis de celo mittitur. helyas transfertur. spiritus eius requiescit super helyseum,* et ultimum inc. *Quomodo captiuatus sit sedechias.* 6 (f. 223^v). Libri I-II Paralipomenon, omissis verbis priori prologo praemissis. 7 (f. 258^v). Libri I-II Ezrae, additis ⟨capitibus 60. 61 s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum⟩ (M. 83, 146-147) atque prologo: *Frustra autem ut ait quidam niti neque aliud faticando nisi odium querere extreme demencie est - hebion quidam fuit hereticus negans dominum ihesum christum suscepisse corpus. cuius sequaces isti tres interpretes sunt.* In margine foliorum 258^v-259 oratio Manas-

sae. **8** (f. 272). Liber Tobiae. **9** (f. 277^v). Liber Iudith sine ultimo versiculo. **10** (f. 286^v). Liber Esther. **11** (f. 292^v). Libri I-II Machabaeorum, priore prologo et argumento omissis suffectisque (f. 323) duobus Rabani Mauri prologis, quorum prior: *Cum sim promptus* (M. 109, 1125-1128) et alter: *Memini me in palatio* (M. ibid., 1127-1128).

Codex binis columnis exaratus. Litterae maximae auro, coloribus, imaginibus conspicuae, maiores autem auro coloribusque depictae. Tituli rubri. Inter lineas et in marginibus correctiones aut additamenta plerumque ipsius librarii manu, atque notulae, currenti charactere alia manu paulo recentiore conscriptae, passim occurrunt. F. 324 vacuum. 323^v *Expliciunt libri machabeorum per Natalem de uilla asperi scripti.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

II (49) mm. 457 × 311, ff. 400.

12 (f. 1). Liber Psalmorum, omissa praefatione. **13** (f. 37^v). Liber Proverbiorum, tribus prologis omissis. **14** (f. 50^v). Liber Ecclesiastes. **15** (f. 55). Canticum canticorum. **16** (f. 57^v). Liber Sapientiae, praefixo prologo: *Liber sapiencie* (M. 113, 1167). **17** (f. 67). Liber Ecclesiastici. Opere expleto, in margine folii 91^v legitur ⟨oratio Salomonis⟩ (Tischendorf, p. LV). **18** (f. 92). Prophetia Isaiae, omisso Epiphanii loco. **19.** Ieremiae (f. 122^v) prophetia, omisso argumento; - (f. 159) lamentationes; - (f. 161^v) oratio. **20** (f. 162). Prophetia Baruch. **21** (f. 167). Prophetia Ezechielis. **22** (f. 199^v). Prophetia Danielis. **23** (f. 212^v). Prophetia Osee, addita interpretatione nominum XII prophetarum minorum. **24** (f. 217^v). Prophetia Ioel. **25** (f. 219^v). Prophetia Amos, addito alio ⟨prologo⟩: *Hic amos propheta non fuit pater ysaie - sepultus est cum patribus suis* (Bibl. cum glossa, 4, f. 358-358^v). **26** (f. 223^v). Prophetia Abdiae. **27** (f. 224^v). Prophetia Ionae, addito ⟨loco ex lib. s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum excerpto⟩: *Ionas columba* (M. 83, 144-145, c. 45). **28** (f. 226). Prophetia Micheae. **29** (f. 229). Prophetia Nahum. **30.** Habacuc (f. 231) prophetia, addito (f. 230) prologo ex ⟨s. Hier. prologo et commentariis in Habacuc deprompto⟩ a v. *Quatuor prophete* ad v. *miseriam uenire desiderat* (M. 25, 1335, A, 14-1337, D, 4); - (f. 232) oratio. **31** (f. 233). Prophetia Sophoniae, addito prologo: *Iosiam regem - textu lectionis denunciauit* (Bibl. cit., 4, f. 396^v-397). **32** (f. 234^v). Prophetia Aggaei. **33** (f. 236). Prophetia Zachariae. **34** (f. 341). Prophetia Malachiae, prologo et argumento omisssis. **35** (f. 242^v). Liber Iob, additis duobus prologis, quorum prior: *Iob in terra hus habitasse legitur in finibus ydumee et arabie - legat philonem iosephum. originem. cesariensem. eusebium et eorum testimonio hec uera esse comprobabit;* et alter ⟨ex s. Hier. epist. laudata desumptus⟩: *Iob quoque exemplar* (M. 28, 174, 24-30). Uterque s. Hier. prologus libro Iob subtexitur.

N. T. **1** (f. 257). Evangelium s. Matthaei. **2** (f. 273). Evangelium

s. Marci. **3** (f. 285). Evangelium s. Lucae. **4** (f. 304v). Evangelium s. Ioannis, praevio prologo: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636). **5** (f. 320). Actus Apostolorum, praefixo (f. 319v) prologo ut in cod. cit. **6** (f. 341). S. Iacobi epistula. Praeeunt: [1] (f. 340v) prologus ⟨s. Hier. in epistulas catholicas⟩: *Non ita est* ⟨ordo⟩ (M. 29, 863-874); [2] (f. 241) alter prologus ⟨in easdem ex s. Hier. epist. laudata desumptus⟩: *Iacobus. petrus.* (M. 28, 178, 7-9). **7.** S. Petri (f. 343) epistula I; - (f. 345v) II. **8.** S. Ioannis (f. 346v) epistula I; - (f. 348v) II; - (f. 349) III. **9** (f. 349v). S. Iacobi epistula. **10.** S. Pauli epistulae cum (f. 350v) ⟨Rabani Mauri prologo⟩: *Primum quidem queritur, quare post euangelia* (M. 111, 1275-1278) atque argumento (in ms. *prologo*) ut in cod. cit. singulis octo postremis epistulis praefixo. [1] (f. 352). Ad Romanos. Praemittuntur: [a] (f. 350) ⟨prologus in omnes s. Pauli epistulas⟩: *Epistole pauli ad romanos causa hec est - qui emendatus melior factus est* (Thomas., 1, p. 383-384; cf. Bibl. casin., 1; flor., p. 289-290); [b] (f. 351v) ⟨prologus in epistulam ad Romanos⟩: *Romani sunt qui ex iudeis gentibus - ad pacem et concordiam cohortatur* (Bibl. cit., 6, f. 2-2v). [2] (f. 359v). Ad Corinthios I, praeviis duobus prologis, quorum prior: *Corinthij sunt achaici denominati a corintho que est metropolis ciuitas - reuocans eos ad ueram et euangelicam sapientiam* (cf. M. 114, 519) et alter: *Corinthus ciuitas est grecie populosa - de resurrectione instituit illos et de multis rebus.* [3] (f. 365v). Ad Corinthios II, praevio prologo: *Postquam beatus apostolus paulus cognouit corinthios penitenciam egisse - sed emendatos ostendit* (cf. M. ibid., 551). [4] (f. 370v). Ad Galatas, praemisso prologo: *Galathe sunt greci a candore corporis sic appellati - reuocans eos ad fidem ueritatis et gratiam euangelij.* [5] (f. 372v). Ad Ephesios, praefixo prologo: *Ephesus ciuitas est asie et grecie - epistolam misit eis... per tithicum dyaconem.* (cf. M. ibid., 587). [6] (f. 375). Ad Philippenses. [7] (f. 377). Ad Colossenses. [8] (f. 378v). Ad Thessalonicenses I. [9] (f. 380). Ad Thessalonicenses II. [10] (f. 380v). Ad Timotheum I. [11] (f. 384v). Ad Timotheum II. [12] (f. 384). Ad Titum. [13] (f. 385). Ad Philemonem. [14] (f. 391). Ad Hebraeos.

Ff. 1v-3v exhibent in marginibus ⟨**Nicolai Lyrani** postillam allegoricam in psalmos 1-9⟩ (Bibl. cit., 3, f. 87-99, 17 usque ad v. *multitudo muscarum*). F. 399v. Quinque versus de decem plagis Aegypti (Valentinelli, Bibliotheca manuscripta ad s. Marci Venetiarum, Venetiis 1868, 1, p. 214-215, cod. 30), dein alii tres versus de iisdem plagis: *Unda rubens rane. cynifes omnimoda musca.* | *Mors iumentorum. uesice grando locusta.* | *Nona fuit tenebre post mors primogenitorum.* Succedunt sex versus ⟨de epistulis s. Pauli⟩, quorum primus: *Romani prima due post hanc uenere corinthym* et ultimus: *Inde philemonem post*

paulus scribit hebreis. F. 400. ⟨Index s. Pauli epistularum memoriae causa rýthmice dispositarum⟩. Subsequitur ⟨praefatio in Apocalypsim⟩: *Omnes qui pie uolunt uiuere - parabole salomonis* (Bibl. cit., 6, f. 239ᵛ-240ᵛ).

Codex binis columnis exaratus. Litterae maximae auro coloribus imaginibus distinctae et maiores auro coloribusque insignes. Tituli minio depicti. Initiales singulorum versiculorum psalterii rubro caeruloque colore conspicuae. Additamenta aut notulae ipsius librarii manu atque alterius eiusdem aetatis hic illic occurrunt. F. 400ᵛ sub fine operis *Explicit per manum Natalis de uilla asperi leonensis dyocesis.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

50. 51. Saec. XIV ex., membran.

Biblia sacra utriusque Testamenti ex duobus voluminibus constantia, praefationibus, prologis, argumentis s. Hieronymi et aliorum locupletata atque interpretationibus nominum hebraicorum postillisque Nicolai de Lyra et anonymi instructa.

I (**50**) mm. 484 × 324, ff. 398.

V. T. 1 (f. 5ᵛ). Pentateuchus cum (f. 1) ⟨s. Hieronymi epistula ad Paulinum de studio Scripturarum⟩: *Frater Ambrosius* (M. 22, 540-549) et (f. 4ᵛ) eiusdem prologo: *Desiderij mei* (M. 28, 177-184). **2** (f. 122ᵛ). Liber Iosue cum (f. 121ᵛ) s. Hier. prologo: *Tandem finito penthatheuco* (M. ibid., 503-506) et ⟨loco excerpto ex s. Hier. epistula ad Paulinum⟩: *Ihesus filius naue* (M. ibid., 174, 31-34). **3** (f. 133ᵛ). Liber Iudicum. **4** (f. 145). Liber Ruth, praevio eodem brevissimo prologo, qui in cod. 28 occurrit. **5** (f. 148). Libri I-IV Regum cum (f. 147) ⟨s. Hier.⟩ prologo: *Viginti et duas litteras* (M. ibid., 593-604) et expositione marginali in eandem, quae inc. *Liber Regum in quatuor uoluminibus distinguitur* et mutila des. *bre. sit. quod sonat in principio. sicut enim in.* **6** (f. 194ᵛ). Libri I-II Paralipomenon, praeviis duobus s. Hier. prologis, quorum prior: *Quomodo grecorum hystorias* (M. 29, 423-426) et alter: *Si septuaginta interpretum* (M. 28, 1389-1394). Libro II (f. 213) subtexitur ⟨oratio Manassae⟩. **7** (f. 214). Libri I-III Ezrae cum (f. 213ᵛ) s. Hier. prologo: *Utrum difficilius* (M. ibid., 1471-1474. **8** (f. 227ᵛ). Liber Tobiae, praevio s. Hier. prologo: *Mirari non desino* (M. 29, 23-26). **9** (f. 231). Liber Iudith, praefixo ⟨s. Hier.⟩ prologo: *Apud hebreos liber iudith* (M. ibid., 39-42). **10** (f. 235). Liber Esther cum ⟨s. Hier.⟩ prologo: *Librum hester* (M. 28, 1503-1506) et additamento eidem subnexo: *Rursum in libro hester* (M. ibid., 1505, nota 2). **11** (f. 240). Liber Iob. Praemittuntur: [1] (f. 239ᵛ) ⟨s. Hier.⟩ prologus: *Cogor per singulos* (M. ibid., 1137-1142); [2] (f. 240) ⟨eiusdem praefatio⟩: *Si aut fiscellam* (M. 29, 63-64); [3] (ibid) ⟨argumentum⟩: *In terra quidem habitasse job* (M. 113, 747). **12** (f. 264ᵛ). Liber Psalmorum. Praeeunt: [1]) s. Hier. prologus: *Scio quosdam* (M. 28,

1183-1188); [2] (f. 263^{v} in margine) ⟨de institutione et auctore ac cantoribus, numero titulisque psalmorum⟩: *Dauid filius yesse* (M. 142, 46-48, nota 118); [3] (ibid.) ⟨Nicolai de Lyra praefatio in postillam super psalterium⟩. Inc. *Propheta magnus surrexit in nobis. luce. VII. quamuis liber psalmorum.* Mutila des. *inter psalmos computatur ut infra dicetur* (Bibl. cum glossa, 3, f. 83^{v}-84^{v}, G, 18). F. 316, psalterio absoluto, inveniuntur in margine ⟨dicta s. Augustini in prologo psalterii et aliorum de virtutibus psalmorum⟩ (M. 142, 46). **13** (f. 317). Liber Proverbiorum. Praemittuntur: [1] (f. 316^{v}) s. Hier. prologus: *Jungat epistola* (M. 28, 1305-1308); [2] (ibid.) ⟨locus ex eiusdem commentario in Ecclesiasten excerptus⟩ a v. *Tribus nominibus* ad v. *nescit esse se regem* (M. 23, 1063, A, 2 - 1065, A, 11); [3] (f. 317) ⟨eiusdem praefatio⟩: *Tres libros salomonis* (M. 29, 425-428). **14** (f. 328^{v}). Liber Ecclesiastes, praevia ⟨s. Hier. praefatione⟩: *Memini me* (M. 23, 1061-1062). **15** (f. 332^{v}). Canticum canticorum. **16** (f. 337^{v}). Liber Sapientiae cum prologo: *Liber sapientiē apud hebreos* (M. 113, 1167). **17** (f. 345^{v}). Liber Ecclesiastici, praevio ⟨s. Hier.⟩ prologō: *Multorum enim et magnorum* (M. 29, 445-446). Additur in margine (f. 368) ⟨oratio Salomonis⟩ (Tischendorf, p. LV).

F. 369. ⟨**Remigii Autissiodorensis**⟩ interpretationes hebraicorum nominum. Inc. *Aaz apprehendens uel apprehensio.* Des. *Zuzim consiliantes eos uel consiliatores eorum* (Bedae opp. ed. Coloniae Agrippinae, 1688, 3, col. 371-480). Marginibus insunt sequentia. **1** (f. 1). ⟨**Hugonis de s. Charo** prologus in Genesim⟩: *Principium uerborum tuorum ueritas* (Hugonis de s. Charo opera, Lugduni 1645, 1, f. IX). **2** (ibid.). ⟨Eiusdem expositio in s. Hier. epistulam ad Paulinum et in eiusdem praefationem⟩ (ed. cit., 1, f. X-XIV). **3** (f. 5^{v}). ⟨Eiusdem⟩ postilla in Genesim (ed. cit., 1, f. XIV^{v}-74^{v}). **4** (f. 32^{v}). ⟨Eiusdem prologus in Exodum⟩: *Erunt quinque ciuitates* (ed. cit., f. 75). **5** (f. 33^{v}). ⟨eiusdem⟩ postilla in 1-6, 6 aliquantisper ab editis diversa. Inc. *Hec sunt nomina. non nominantur nisi undecim filij iacob.* Des. *specialiter ad litteram. ergastulo.* (cf. ed. cit, 1, f. 75^{v}-79). **6** (f. 36^{v}, lin. 9 ab imo). **Nicolai de Lyra** postilla (Bibl. cum glossa, 1, f. 136, a - vol. 3, f. 439^{v}).

Codicem nitide ac diligenter binis columnis exaratum commendant litterae maximae auro coloribus imaginibus distinctae ac litterae maiores auro et coloribus depictae. Tituli minio scripti. Ff. 368^{v}. 398 vacua. F. 1 in ornamento perbelle adpicto sunt tesserae gentiliciae gentis Berry atque Clementis VII (antipapae). Ff. 386-398 madore aliquantulum maculata. F. 397^{v} notula: *Ceste bible est au duc de Berry et dauuergne conte de poitou. Jehan.*

In tegumenti dorso stemma Angeli M. Quirini card. bibliothecarii.

II (**51**) mm. 384 × 324, ff. 437 (— f. 114 librarii oscitatione omisso).

18 (f. 1^{v}). Prophetia Isaiae, praefixo ⟨s. Hieronymi⟩ prologo: *Nemo cum*

prophetas (M. 28, 825-828). **19.** Ieremiae (f. 46) prophetia; - (f. 80^v) lamentationes; - (f. 93^v) oratio. Praemittuntur: [1] (f. 45^v) ⟨s. Hier.⟩ prologus: *Ieremias propheta cui hic prologus* (M. ibid., 903-904); [2] (ibid.) ⟨alter prologus⟩: *Ioachym filius iosie cuius tertio decimo anno prophetare orsus ieremias est - non aduersariorum fortitudinis fuisse uictoriam sed domini uoluntatis* (Bibl. cit., 4, f. 110); [3] (f. 46) ⟨argumentum⟩: *Ieremias anathothites* (M. 114, 9). **20** (f. 95). Prophetia Baruch cum (f. 94^v) prologo: *Liber iste* (M. ibid., 63). **21** (f. 100). Prophetia Ezechielis cum (f. 99^v) ⟨s. Hier. praefatione⟩ Baruch prophetiae subnexa: *Ezechiel propheta* (M. 28, 993-996). **22** (f. 142). Prophetia Danielis cum (f. 141) ⟨s. Hier.⟩ prologo: *Danielem prophetam iuxta. LXX. interpretes* (M. ibid., 1357-1360). **23** (f. 154^v). Prophetia Osee, iisdem prologis et argumento praefixis, quae in cod. 1 occurrunt. **24** (f. 161^v). Prophetia Ioel, praeviis tribus prologis, quorum primus (f. 160^v) inc. *Sanctus iohel apud hebreos* et des. *auribus percipe terra* (Bibl. cit., 4, f. 350^v-351); secundus (f. 161) inc. *Iohel phatuel filius* et mutilus des. *et ipse prophetauit* (Tischendorf, p. LXVIII); tertius ⟨ex s. Isidori Hisp. prooemiis in lib. V. et N. T. excerptus⟩ inc. *Ioel propheta* (M. 83, 170, n. 64). **25** (f. 164). Prophetia Amos, iisdem prologis atque in cod. cit. praemissis. **26** (f. 168). Prophetia Abdiae, praeviis iisdem prologis, qui in cod. cit. occurrunt. **27** (f. 169). Prophetia Ionae cum (f. 168^v) prologo et (f. 109) argumento ut in cod. cit. et altero prologo ⟨ex s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum deprompto⟩: *Ionas columba* (M, 83, 144-145, c. 45). **28** (f. 170^v). Prophetia Michaeae, praeviis iisdem prologis, qui in cod. cit. leguntur. **29** (f. 173^v). Prophetia Nahum cum prologo et argumento. atque in cod. cit. **30.** Habacuc (f. 175^v) prophetia; - (f. 176^v) oratio. Praeeunt: [1] (f. 174^v) prologus ⟨ex s. Hier. prologo et commentariis in Habacuc excerptus⟩ a v. *Quatuor prophete in XII prophetarum uolumine sunt* ad v. *tribulationem et miseriam inuenire desiderat* (M. 25, 1335, A, 14-1137, D, 4); [2] (f. 175) alter prologus ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum depromptus⟩: *Habacuc amplexans* (M. 28, 175, 14-16). **31** (f. 177^v). Prophetia Sophoniae cum eodem prologo et argumento atque in cod. cit. et altero prologo adiecto: *Iosiam regem - textu lectionis denunciauit* (Bibl. cit., 4, f. 396^v-397). **32** (f. 179^v). Prophetia Aggaei, praeviis iisdem codicis cit. prologo atque argumento. **33** (f. 181). Prophetia Zachariae, iisdem codicis cit. prologo et argumento praefixis. **34** (f. 187^v). Prophetia Malachiae, praeeunte eodem codicis cit. prologo additoque altero prologo ⟨ex s. Hier. epist. laudata desumpto⟩: *Malachias aperte* (M. 28, 175, 23-27). **35** (f. 190^v). Libri I-II Machabaeorum. Praemittuntur: [1] (f. 189^v) Rabani Mauri prologus: *Cum sim promptus* (M. 109, 1125-1128); [2] (ibid.) alter eiusdem prologus: *Memini me in palatio* (M. ibid., 1127-1128); [3] (f. 190) alius prologus: *Machabeorum libri duo prenotant* (Tho-

mas., 1, p. 276); [4] (ibid.) quartus prologus ⟨ex s. Isidori Hisp. prooemiis in lib. V. et N. T. excerptus⟩: *Machabeorum libri* (M. 83, 174-175, n. 85), cui subtexitur ⟨brevis notitia de ortu et obitu eorum⟩ (M. ibid., 148, nota 105).

N. T. **1** (f. 214^{v}). Evangelium s. Matthaei. Praeeunt: [1] (f. 212) s. Hier. prologus in quattuor evangelia: *Nouum opus me facere cogis* (M. 29, 557-562); [2] (f. 212^{v}) alter ⟨eiusdem⟩ prologus ⟨in commentaria evangelii s. Matthaei⟩: *Plures fuisse qui euangelia scripserunt* (M. 26, 15-20, B, usque ad v. *canendas*); [3] (f. 213) prologus: *Matheus ex iudea* (M. 103, 273-274), cui subtexitur (f. 213^{b}, lin. 31) ⟨additamentum s. Hier. praefationi ab aliquo scriptore recentiore consutum⟩ (M. 29, 561-562, nota 1); [4] (f. 213^{v}) prologus: *Matheus cum primo predicasset euangelium* (M. 114, 63-65); [5] (ibid.) capitula (Wordsworth, p. 17, col. 2-38). **2** (f. 248^{v}). Evangelium s. Marci, praevio (f. 247^{v}) prologo: *Matheus* (corrige Marcus) *euangelista dei electus* (M. 103, 279-280). **3** (f. 258^{v}). Evangelium s. Lucae, praefixo prologo: *Lucas syrus natione* (M. ibid., 285-286). **4** (f. 284). Evangelium s. Ioannis cum (f. 283^{v}) ⟨Bedae⟩ prologo: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636). **5.** S. Pauli epistulae cum (f. 302^{v}) ⟨Rabani Mauri⟩ prologo: *Primum queritur* et iisdem argumentis, praeter tertium in epistulam ad Romanos, quae in cod. cit. occurrunt, singulis praefixis. [1] (f. 303^{v}). Ad Romanos. [2] (f. 318). Ad Corinthios I. [3] (f. 331^{v}). Ad Corinthios II, praevio prologo: *In secunda ad corinthios epistola - peculiaria queque sectantes* (Bibl. cit., 6, f. 61^{v}). Argumentum prologo subtexitur et abrumpitur v. *quidem eos* (M. 114, 551). [4] (f. 340). Ad Galatas. [5] (f. 544^{v}). Ad Ephesios. [6] (f. 348^{v}). Ad Philippenses. [7] (f. 352). Ad Colossenses. [8] (f. 354). Ad Thessalonicenses I. [9] (f. 356). Ad Thessalonicenses II. [10] (f. 357^{v}). Ad Timotheum I. [11] (f. 360^{v}). Ad Timotheum II. [12] (f. 362^{v}). Ad Titum. [13] (f. 363^{v}). Ad Philemonem. [14] (f. 364). Ad Hebraeos. **6** (f. 372). Actus Apostolorum cum (f. 371^{v}) prologo ut in cod. cit. et (f. 372) altero prologo: *Lucas euangelista apostolorum actus sic euangelia ad theophilum quendam condiscipulum suum scribens - nolo mortem morientis tantum ut conuertatur et uiuat.* **7** (f. 394). S. Iacobi epistula, praevio ⟨s. Hier.⟩ prologo in epistulas catholicas: *Non ita est ordo* (M. 29, 863-874). **8.** S. Petri (f. 399) epistula I; - (f. 403^{v}) II. **9.** S. Ioannis (f. 406^{v}) epistula I; - (f. 412) II, praevio (f. 411^{v}) argumento: *Usque adeo* (M. 114, 703); - (f. 412^{v}) III. **10** (f. 413). S. Iudae epistula. **11** (f. 415). S. Ioannis Apocalypsis, praeviis tribus prologis, quorum primus (f. 414^{v}) inc. *Omnes qui pie uolunt uiuere* et des. *parabole salomonis he sunt* (Bibl. cit., 6, f. 239^{v}-240^{v}); secundus (f. 415) inc. *Iohannes apostolus et euangelista* (M. ibid., 709); et tertius ⟨ex s. Hier. epist. laudata desumptus⟩ inc. *Apocalypsis iohannis* (M. 28, 178, 10-11; 114, 709-710).

Marginibus amplis insunt <Nicolai de Lyra postillae>, praeter Isaiam, Ieremiam et Evangelia <postillis Hugonis de s. Charo ab anonymo quodam abbreviatis> instructa. **1** (f. 1). Expositio prologi s. Hier. in Isaiam, quae inc. *Nemo. In prima parte huius prologi* et des. *quem. christum. peregrine. catholice et hebraice.* **2** (f. 1^{v}). Postilla in Isaiam. Inc. *Visio ysaie. titulus est libri ubi ostenditur quis et quando prophetauit.* Des. *et sunt uerba haymi exponentis predictum uerbum tripliciter.* **3** (f. 45). Expositio prologi s. Hier. in Ieremiam, quae inc. *Accipe sanctum gladium... In hijs uerbis patet qualis auctor. que eius materia quis modus* et des. *ad compendium mali idest ad uitandum malum. non cum rectus ad consequendum bonum.* **4** (f. 45^{v}). Postilla in Ieremiam. Inc. *Verba Ieremie. liber iste diuiditur in prohemium sine* (!) *titulum liber ubi dicitur nomen auctoris. et genus. et patria.* Des. *irascitur quando reuocat peccantem unde ysaias LXIIII. ne irascaris domino satis.* **5.** **<Hugonis de s. Charo>** [1] (f. 95) prologus in postillam super Baruch. Inc. *Ieremie XXVII, benedictus uir.* Des. *loco suo proponit dicens* (Hugonis ed. cit., 4, f. 308^{v}); [2] (ibid.) expositio in Baruch prologum (ed. cit., loc. cit.). **6** (ibid.). <Fragmentum prophetiae Baruch> a v. *et principes* - ad v. *patribus suis* (1,9 - 2,6). **7** (f. 95). **<Nicolai de Lyra>** postillae in omnes prophetas, praeter Isaiam et Ieremiam, atque in libros Machabaeorum (Bibl. cit., 4, f. 212-479). **8** (f. 212). Prologus in postillam super quattuor evangelistas. Inc. *Quatuor circulos aureos pones super quatuor arche.* Des. *secundo ostendit modum scribendi.* **9** (f. 212^{v}). Expositio s. Hier. praefationis in quattuor evangelia. Inc. *Duorum et cetera tangit utilitatem scripti.* Des. *que omnia continentur in euangelio. uidebimus nunc.* **10** (f. 214^{v}). Postilla in s. Matthaei evangelium. Inc. *Liber generationis. In prima parte huius libri describit Matheus humanam generationem christi.* Des. *obsecro ut obliuiscaris fratrum tuorum scelerum et peccati atque malitie quam exercuerunt in te.* **11** (f. 247^{v}). Expositio argumenti evangelii s. Marci. Inc. *Marchus quem pre manibus habemus petri discipulus.* Des. *set dei ipsam conferentius est minister.* **12** (f. 248^{v}). Postilla in s. Marci evangelium. Inc. *Inicium euangelii etc. liber iste totaliter diuiditur in duas partes.* Des. *que sunt in dextera dei. si quid ibi minus est expositum require Matthei XXVIII.* **13** (f. 257^{v}). <Commentarium> in 8, 22-23 Ieremiae. Inc. *Numquid resina... Resina euangelica doctrina que de ore dei processit.* Des. *huic igitur libro Ieronimus premittit prologum in quo sunt. IIII. partes quia primo describit auctorem ibi.* **14** (f. 258). Expositio argumenti evangelii s. Lucae. Inc. *Lucas syrus. etc. S. O. materia ostendit circa quam uersatur intentio auctoris ibi.* Des. *aliqui libri habent prodidisse idest manifestasse.* **15** (f. 258^{v}). Postilla in s. Lucae evangelium. Inc. *Quoniam quidem multi. bene hoc euangelium quod lucas scribit qui per figuram uituli describitur.* Des. *iter quo*

ostendam illi salutare dei. **16** (f. 283ᵛ). Expositio prologi in evangelium s. Ioannis. Inc. *Numquid. ad preceptum tuum eleuabitur aquila. etc. dominus ad Iob. XXXIX. scilicet aquila dicitur iohannes propter arduos uolatus contemplationis.* Des. *ideo a nobis etc. expone ut prius. amen.* **17** (f. 284). Postilla in s. Ioannis evangelium. Inc. *In principio erat verbum. etc. hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima agitur de uerbi eternitate. et eiusdem incarnationis.* Des. *que sunt nobis irreprehensibilia propter eorum excellentiam et intellectus nostri.* **18** (f. 303ᵛ). Tabula concordantiarum evangeliorum, notula praefixa, quae inc. *Quidam doctores antiqui circa euangelia studiosi. quorum primus est ammonius* et des. *locus per litteram alphabeti. sicut in concordantiis communiter significatur.* **19** (f. 306). ⟨**Nicolai de Lyra**⟩ postillae in s. Pauli epistulas, in Actus Apostolorum, in epistulas catholicas, in s. Ioannis Apocalypsim (Bibl. cit., 6).

Codex binis columnis diligenter exaratus. Tituli minio picti, litterae maximae auro coloribus imaginibus insignes, maiores autem auro et coloribus distinctae. Tituli minio exscripti. F. 1 in ornamento mira arte adpicto insignia gentis Berry et Clementis VII (antipapae). Postillae a duobus librariis aequalibus exaratae. 437ᵛ *Ceste bible est au duc de Berry et dauuergne Conte de poitou. Jehan.* De his bibliis mentionem facit Delisle in *Cabinet des Manuscrits*, 3, p. 171.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Angeli M. Quirini card. bibliothecarii.

52. Saec. XIII, membran., mm. 318 × 225, ff. 112.

Liber **Genesis** cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 1, f. 23ᵛ-122ᵛ; cf. M. 113, 67-182). Praeit (f. 1) ⟨prothematum glossae ordinariae fragmentum⟩ quod inc. *Sicut paulus per reuelationem didicit euangelium* et des. *que non simul prodeunt. per temporis incrementa* (cf. M. ibid., 61-68).

Littera maxima tribus imaginibus biblicis intexta auro et coloribus conspicua; litterae maiores rubro et caeruleo atramento exscriptae. F. 1 summo margine proprietarii nomen turpiter erasum. 111. 112 quaedam plumbo minutissime scripta.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

53. Saec. XII ex, membran., mm. 290 × 191, ff. I. 137.

Liber **Genesis** cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 1, f. 23ᵛ-122ᵛ; cf. M. 113, 67-182). Praemittitur (f. 1ᵛ) prothematum glossae ordinariae fragmentum⟩ quod inc. *In narratione rerum factarum. Non omnia secundum figuratum tantum intellectum accipiuntur* et des. *que non simul prodeunt per temporis incrementa* (cf. M. ibid., 61-68).

In glossis ordinaria et interlineari nonnulla desiderantur. Littera maxima auro coloribus imagine depicta; litterae maiores rubro aut caeruleo exaratae. Ff. I. 1ʳ. 137 vacua.

Complura folia a tineis corrosa. 136^v in margine inferiore externo manus saec. XII-XIII hanc notam apposuit: *Iste liber est sancte crucis fontis auellane.*

In tegumenti tabulis stemmata Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

54. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 340 × 241, ff. II. 260.

Libri **Genesis** et **Exodus** cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria⟩ usque ad v. *flamma per noctem* et ⟨Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 1, f. 23^v-213^v; cf. M. 113, 67-294). Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨prothemata in Genesim⟩: *Cum omnes diuinos libros* (M. 113, 61-68); [2] (f. 133) ⟨prothemata in Exodum⟩: *In penthatheuco excellit exodus* (M. ibid.,183).

Litterae maximae auro et coloribus conspicuae; litterae maiores caeruleo et rubro distinctae. Ff. I. II^r. 132. 259^v. 260^r vacua. Omnia folia aliquantulum madore maculata; complura vero a tineis perforata. F. II^v saec. XV *Genesis et Exodus glosati.* 259^r nonnulla turpiter erasa. 230^v saec. XV *Liber Genesis et Exodi cum glosa*; inferius *Extimatur scutorum* (?) *XXX* et margine inferiore possessoris notula penitus abrasa.

Operculorum tabulae rubro corio signato saec. XVI obductae.

55. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 375 × 257, ff. 269 (+ f. 2^a chart. inter 2 et 3 interiectum).

Libri **Genesis** et **Exodus** cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria⟩ usque ad v. *flamma per noctem* et ⟨Anselmi Laudunensis glossa interlineari (Bibl. cum glossa, f. 23^v-213^v; cf. M. 113, 67-294). Praemittuntur: [1] (f. 1) prologus in Genesim: *Cum omnes diuinos libros legimus - Unde fuistis aliquando tenebre nunc autem lux in domino* (cf. M. ibid., 61-68); [2] (f. 104) ⟨prothemata in Exodum⟩: *In pentateuco excellit* (M. ibid., 183).

Tres litterae maximae auro coloribus imaginibus depictae; litterae maiores caeruleo et rubro. F. 2^a vacuum; alia folia complura evanida. Hic et illic notulae manu saec. XIV exscriptae.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

56. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 357 × 240, ff. 184 (+ f. 58 iterato et f. 82^a librarii oscitatione neglecto).

Libri **Genesis** et **Exodus** cum prologis, prothematis, glossa ordinaria et interlineari omnino ut in cod. praecedenti.

Litterae maximae auro et coloribus, maiores autem rubro et caeruleo pictae. F. 184^v in margine superiore proprietarii nomen turpiter erasum.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

57. Saec. XIII, membran., mm. 259 × 174, ff. I. 175.

Liber **Exodus** cum <prothematis>: *In pentateuco excellit* (M. 113, 183), <Walafridi Strabi glossa ordinaria> usque ad v. *flamma per noctem* et <Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 1, 123-213^{v}; cf. M. ibid., 183-294). Exodo desunt v. "Haec sunt nomina".

Litterae versiculorum initiales saepissime rubro et caeruleo colore alterna vice exaratae. Ff. I. 175^{v} vacua. 158-159 intersecata.

In tegumenti dorso insignia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

58. Saec. XIII, membran., mm. 338 × 231, ff. 159 (+ f. 74^{a} librarii neglegentia omisso).

Liber **Exodus** cum prothematis et <glossa ordinaria et interlineari> omnino ut in cod. praecedenti.

Littera initialis prima coloribus depicta; litterae maiores rubro et caeruleo colore alterna vice exaratae. F. 159^{v} vacuum. In summo folii 1^{r} margine, eadem manu qua glossae, *Sancti spiritus assit nobis gracia.*

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

59. Saec. XIII ex., membran., mm. 364 × 229, ff. 182.

Libri **Exodus** et **Leviticus** cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 1, f. 123-264^{v}; cf. M. 113, 183-380). Praemittuntur: [1] (f. 1) <glossae ordinariae> fragmentum, quod in libris editis in fine eiusdem glossae venit, inde a v. *In tabernaculo domini erant tabule* (M. ibid., 294, D, 1 ab imo-296); [2] (ibid.) <prothemata in Exodum>: *In pentateuco excellit* (M. ibid., 183); [3] (f. 107) prologus in Leviticum, excerptorum distributione ab editis diversa: *Liber iste leuiticus* (M. ibid., 295-298).

Litterae librorum initiales auro, coloribus, imaginibus exornatae, maiores autem rubro et caeruleo exscriptae. Brevissima additamenta alia manus in marginibus hic et illic conscripsit. Glossa ordinaria excerptorum distributione paululum ab edita diversa. Ff. 181^{v}. 182 vacua. In margine superiore folii 1^{r}, manu saec. XIV *Liber sancti Ruphi si quis ei abstulerit anathema sit.*

Integumenti dorsum stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii praebet.

60. Saec. XIII, membran., mm. 340 × 230, ff. 106 (+ f. 21^{a} librarii neglegentia omisso).

Liber **Leviticus** cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 1, f. 214-264^{v}; cf. M. 113, 295-380). Praemittitur (f. 1) <praefatio> quae inc. *Querendum est quare* et des. *spiritualis sensus tanquam diuinitas sentitur* (Bibl. cit., 1, f. 214; cf. M. ibid., 295-298).

Littera initialis prima rubro viridi caeruleo colore depicta; litterae maiores rubro et caeruleo alterne exaratae.

In tegumenti dorso insignia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

61. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 424 × 292, ff. 261.

Pentateuchi libri tres cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari (Bibl. cum glossa, 1, f. 214-377^{v}; cf. M. 113, 295-506).

1 (f. 2). Leviticus, praevia (f. 1) ⟨praefatione⟩: *Querendum est quare liber iste leuiticus* (M. ibid., 295-298). **2** (f. 88). Numeri, praeeunte (f. 87) ⟨praefatione⟩: *Liber iste* (M. ibid., 379-382). **3** (f. 195^{v}). Deuteronomium, praefixa praefatione: *Fasciculus mirre* (M. ibid., 445-447).

Litterae initiales singulorum librorum auro, coloribus, imaginibus conspicuae, litterae maiores rubro caeruloque colore distinctae. Ff. 86^{v}. 194^{v}. 260^{v}. 261 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii expressae sunt.

62. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 375 × 268, ff. 244 (+ f. 6^{a} librarii oscitatione omisso).

Pentateuchi libri tres cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari paululum breviata⟩ (Bibl. cum glossa, 1, f. 214-377^{v}; cf. M. 113, 295-506).

1 (f. 1^{v}). Leviticus, praevia ⟨praefatione⟩: *Querendum est quare liber iste* (M. ibid., 295-298). **2** (f. 78^{v}). Numeri, praemisso (f. 77) prologo: *Liber iste* (M. ibid., 379-382). Subsequitur (f. 179) ⟨Numerorum epilogus⟩ (in ms. *prologus*): *Liber iste uagedaber hebraice - uiuit et regnat in eternum* (Bibl. cit., 1, f. 328^{v}), cui pauca subtexuntur: *Causa scribendi hunc librum fuit - Discipulus ille quem diligebat ihesus etc.* **3** (f. 180). Deuteronomium, praefixa (f. 179^{v}) ⟨praefatione⟩: *Fasciculus myrre* (M. ibid., 445-447).

Litterae maximae nullae exstant, spatio ad eas excipiendas vacuo relicto; litterae maiores caeruleo aut rubro colore exscriptae. Prothematum in Leviticum structura aliquantulum ab editis diversa. Folia complura paululum a tineis perforata.

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

63. Saec. XIV in., membran., mm. 358 × 237, ff. 211 (+ f. 171^{a} librarii oscitatione bis numerato).

Pentateuchi libri tres cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ paululum ab editis diversis (Bibl. cum glossa, 1, f. 214-377^{v}; cf. M. 113, 295-506).

1 (f. 2). Leviticus, praevia (f. 1) ⟨praefatione⟩: *Querendum est quare*

liber iste (M. ibid., 295-298). **2** (f. 72). Numeri, praefixa (f. 71) ⟨praefatione⟩ initio mutila: *Diuinis numeris* (M. ibid., 381, B, 4 - 382). **3** (f. 159). Deuteronomium.

Litterae maximae auro et coloribus eleganter excultae, maiores rubro et caeruleo depictae. Ff. 68-70. 158ᵛ vacua. 211ᵛ pauca nullius momenti.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

64. Saec. XII, membran., mm. 250 × 163, ff. I. 68 (+ f. 39ᵃ mm. 250 × 90).

Liber **Numeri** usque ad v. (31, 53) *rapuerat* cum ⟨praefationis fragmento⟩ ex Rabani ⟨enarrationibus in Numeros⟩ desumpto a v. *Iuxta finem exodi* ad v. *spiritualium israelitarum* (M. 108, 588, C, 4-589, B, 13), ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari breviata⟩ (Bibl. cum glossa, 1, f. 266-320; cf. M. 113, 382, D, 6-434, C, 1).

Littera initialis prima variis coloribus picta. F. I vacuum. 68ᵛ manu saec. XV *Moyses Glosatus* aliaque pauca nullius momenti. Folia complura a tineis aliquantulum perforata.

Integumenti tabulae corio rubro saec. XVI obductae.

65. Saec. XIV, membran., mm. 364 × 242, ff. I. 218.

V. T. libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 1, f. 266-328ʳ; 329-377ʳ; vol. 2, f. 4-60; cf. M. 113, 382-540).

1 (f. 1ᵛ). Numeri cum ⟨prothematum fragmento⟩: *Diuinis numeris - cetere in suis locis exponentur* (Bibl. cit., 1, f. 265ʳ, C, 5 ab imo - 265ᵛ; cf. M. ibid., 381, B, 4-382). **2** (f. 86). Deuteronomium. Praemittitur (f. 85ᵛ) ⟨brevis notitia de omnibus sacrarum Scripturarum libris⟩. Inc. *Bibliotheca interpretatur librorum repositio. Nam biblii sunt libri. theca repositio dicitur.* Des. *ad philemonem una. ad hebreos una.* **3** (f. 140). Liber Iosue cum (f. 139) ⟨s. Hier.⟩ praefatione: *Tandem finito pentatehuco* (M. 28, 503-506). **4** (f. 179). Liber Iudicum, praevia praefatione: *Hystoria libri* (M. 113, 521, A, 8 - C, 2). **5** (f. 214). Liber Ruth.

Litterae maximae auro et coloribus distinctae, maiores rubro et caeruleo alterne illitae. Ff. I. 138. 213ᵛ vacua. In margine superiore folii 1ʳ manu librarii paulo recentioris *Liber sancti Ruphi si quis ei abstulerit anathema sit* (cf. cod. 59).

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

66. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 355 × 238, ff. 202.

V. T. libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et

Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 2, f. 3^{v}-60 f. 240-269^{v}; cf. M. 113, 505-540; 691-626).

1 (f. 3). Liber Iosue. Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨s. Hieronymi⟩ prologus: *Tandem finito pentatheucho* (M. 28, 503-506); [2] (ibid.) ⟨argumentum ex eiusdem epistula ad Paulinum excerptum⟩: *Ihesus filius naue* (M. ibid., 174, 31-34); [3] (f. 1^{v}) ⟨praefatio⟩ ex Adamantio desumpta: *Donauit deus - dominum nostrum* (Bibl. cit., 2, 3-4; cf. M. 113, 505, D, 5-506). **2** (f. 65^{r}). Liber Iudicum, praevia praefatione: *Hystoria libri* (M. ibid., 521, A, 9 - C, 2). **3** (f. 121). Liber Ruth. **4** (f. 129^{v}). Libri I-II Ezrae cum ⟨s. Hier.⟩ prologo: *Utrum dificilius* (M. 28, 1471-1474) et ⟨summario cc. 1-7 libri I⟩, eidem prologo subnexo, quod inc. *Cyrus inicio regni sui soluit captiuitatem populi dei* et des. *Esdras sacerdos ascendit de babylone habens honorificas artaxersis litteras ... quibus et ipsum templum domini glorificabant.* Glossa ordinaria in librum I abrumpitur v. *ornamenta uirtutum* (Bibl. cit., 2, f. 254, C, 22).

Litterae maximae aeque ac maiores rubro caeruloque pictae colore. Ff. 198-202 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii expressae sunt.

67. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 434 × 299, ff. 309 (+ f. 221^{a}, — ff. 38. 39 librarii oscitatione omissis).

V. T. libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 2, f. 3^{v}-60; f. 240-269^{v}; f. 283^{v}-313^{v}; v. 4, f. 428^{v}-479; cf. M. 113, 505-540; 691-748; v. 109, 1127-1256). Machabaeorum libris deest glossa interlinearis.

1 (f. 2^{v}). Liber Iosue, iisdem rebus, quae in cod. praecedenti, praefixis. **2** (f. 54). Liber Iudicum, praevia eadem praefatione atque in cod. cit. **3** (f. 97^{r}). Liber Ruth. **4** (f. 106). Libri I-II Ezrae cum (f. 104) ⟨s. Hier.⟩ prologo: *Utrum difficilius* (M. 28, 1471-1474) et (f. 105^{r}) capitulis, quorum I inc. *Cyrus initio regni sui soluit captiuitatem populi dei,* et XXXVI inc. *Idem ab uxoribus alieni generis mundat iudeos.* 5 (f. 162). Liber Tobiae cum (f. 161^{r}) ⟨s. Hier. praefatione⟩: *Mirari non desino* (M. 29, 23-26). **6** (f. 176^{v}). Liber Iudith. Praemittuntur: [1] (f. 176) ⟨s. Hier. praefatio⟩: *Apud hebreos* (M. ibid., 39-42); [2] (f. 176^{r}) ⟨glossae ordinariae praefatio⟩ ex Rabano Mauro deprompta: *Queritur quo tempore - regem nomine arphaxath* (M. 109, 541, D, 3 - 543, D, 10). **7** (f. 194^{r}). Liber Esther usque ad v. (10, 3) *prenotavimus.* Praemittuntur: [1] (f. 194) ⟨s. Hier. praefatio⟩: *Librum hester uarijs translationibus* (M. 28, 1503-1506); [2] (f. 194^{v}) ⟨additamentum eidem subnexum⟩ *Rursum in libro hester* (M. ibid., 1505, nota 2). **8** (f. 207^{v}). Libri I-II Machabaeorum. Praeeunt: [1] (f. 207)

Rabani Mauri prologus: *Cum sim promptus* (M. 109, 1125-1128); [2] (ibid.) alter eiusdem prologus: *Memini me in palatio* (M. ibid., 1127-1128).

Volumen ex duobus codicibus compactum, quorum prior coalescit ex ff. 1-206, posterior ex ff. 207-308, litteras maximas habet picturis et imaginibus distinctas et litteras maiores caeruleo et rubro colore exornatas. Ff. 308ᵛ. 309 vacua. Margines superiores alterius codicis oleo maculati; complura folia a tineis perforata. In lacinia membran. margini inferiori folii 1ʳ adglutinata indiculus legitur manu saec. XV conscriptus. F. 176ʳ *Explicit liber thobie habens uersus nongentos.*
In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

68. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 445 × 305, ff. 291 (+ f. 202ᵃ librarii oscitatione omisso).

V. T. libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 2, f. 62-239; cf. M. 113, 539-692).

1 (f. 3). Libri I-IV Regum cum (f. 1) ⟨s. Hier.⟩ prologo: *Viginti et duas litteras* (M. 28, 593-604). **2** (f. 197ʳ). Libri I-II Paralipomenon. Praemittuntur: [1]) ⟨s. Hier.⟩ prologus: *Si septuaginta interpretum* (M. ibid., 1389-1394); [2]) alter ⟨eiusdem⟩ prologus: *Quomodo grecorum hystorias* (M. 29, 423-426). Libro II subtexitur (f. 289ʳ) ⟨oratio Manassae⟩.

Litterae maximae coloribus et figuris, maiores rubro caeruloque pictae colore. Ff. 196ᵛ. 291ᵛ vacua.
In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

69. Saec. XIII, membran., mm. 382 × 295, ff. 126.

V. T. libri aliquot.

1 (f. 2). Libri I-IV Regum cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi⟩ usque ad v. *contemplari* et ⟨Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 2, f. 62-187, B, 31; cf. M. 113, 539-630, C, 6). Praeeunt: [1] (f. 1) ⟨s. Hieronymi praefatio⟩: ⟨V⟩*iginti et duas litteras* (M. 28, 594-604); [2] (ibid.) capitula librorum I-II (Tischendorf, p. XLI-XLIII); [3] (f. 31ʳ) capitula librorum III-IV (Tischendorf, p. XLIV-XLVI). **2** (f. 68ᵛ). Libri I-II Paralipomenon. Libro II subtexitur (f. 110) ⟨oratio Manassae⟩. **3** (f. 100ʳ). Libri I-II Machabaeorum.

Litterae maximae et inde a f. 53ᵛ maiores quoque nullae exstant, spatio ad eas excipiendas vacuo relicto; litterae maiores, quae sunt, rubro et caeruleo colore depictae. Ff. 67ᵛ. 68ʳ. 117 vacua. Ff. 68ᵛ-126ᵛ habent perampla spatia ad glossas excipiendas vacua relicta. 116ᵛ *Explicit liber machabeorum primus habens uersus M. IIItos.*
In tegumenti tabulis scuta Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

70. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 326 × 209, ff. 184.

Regum libri I-IV cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi⟩ usque ad v. *contemplari* et ⟨Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 2, f. 62-187, B, 31; cf. M. 113, 539-630). Praeit (f. 1) s. Hier. ⟨praefatio⟩: *Viginti et duas litteras* (M. 28, 593-604).

Ff. 3-62. Copiosa scholia marginalia minuto charactere exscripta. Primum inc. *Fuit uir unus. Volens agere de regibus incipit ab ortu illius qui uinxit regem.* Secundum inc. *monte effraym quia montuosa et fructuosa est terra.* F. 184^{r}. Introitus super Reges, eadem manu, qua scholia, exaratus. Inc. *prouerb. XX circa finem. Misericordia et ueritas custodiunt regem et roboratur clementia thronus eius. per hoc datur intelligere quod necessaria est misericordia et iusticia siue ueritas regi.* Des. *quo rudis populus erat erudiendus.*

Litterae maiores aeque ac maximae rubro et caeruleo colore depictae. In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

71. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 359 × 236, ff. 106.

Paralipomenon libri I-II cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 2, f. 189^{r}-238; cf. M. 113, 629-692). Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨s. Hieronymi⟩ prologus: *Si LXX interpretum* (M. 28, 1389-1394); [2] (ibid.) ⟨eiusdem praefatio⟩: *Quomodo grecorum ystorias* (M. 29, 423-426). Libro II subtexitur (f. 105^{v}) ⟨oratio Manassae, glossa ordinaria et interlineari instructa⟩ (Bibl. cit., 2, f. 238^{r}-239).

Litterae maiores ac maximae, praeter librorum initiales auro et coloribus distinctas, rubro et caeruleo colore depictae. Complura folia in marginibus inferioribus refecta.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

72. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 337 × 233, ff. 201 (— ff. 91-99, + ff. 163^{a}. 187 librarii oscitatione omissis).

V. T. libri aliquot.

1 (f. 1^{v}). ⟨Libri I-II Paralipomenon cum glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 2, f. 189^{v}-238; cf. M. 113, 629-692). Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨s. Hier. praefatio⟩: *Si LXX. interpretum* (M. 28, 1389-1394); [2] (ibid.) ⟨altera eiusdem praefatio⟩: *Quomodo grecorum ystorias* (M. 29, 423-426). Libro II (f. 100) subtexitur ⟨oratio Manassae cum glossa ordinaria et interlineari⟩ (Bibl. cit., 2, f. 238^{v}-239, G, 16 usque ad v. *non ualemus*). **2** (f. 103^{v}). ⟨Libri I-II

Machabaeorum cum Rabani Mauri commentariis (M. 109, 1125-1259). Praeeunt (f. 102^{v}) capitula, quorum I inc. *De alexandro magno rege macedonum et pueris eius qui post eum regnauerunt in diuersis locis,* et LXXVI inc. *De eo quod interfecto nichanore comuni consilio decreuerunt iudei terciam diem mensis adar omni tempore habere sollempnem.*

Tituli ac litterae librorum initiales desiderantur, spatio vacuo relicto; litterae maiores rubro et caeruleo colore depictae. F. 101^{v} vacuum.
In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

73. Saec. XIII, membran., mm. 256 × 171, ff. 110 (+ ff. 27^{a}. 80^{a} librarii oscitatione omissis).

V. T. libri aliquot cum ⟨glossa odinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩, quarum potiorem partem habes in Bibl. cum glossa, 2, f. 283^{v}-292^{v}; f. 305^{v}-313^{v}; f. 292^{v}-304^{v}; v. 1, f. 56-60 (cf. M. 113, 725-732; 739, C, 6-748; 731-740; 531-540).

1 (f. 2). Liber Tobiae cum (f. 1) ⟨s. Hier. praefatione⟩: *Mirari non desino* (M. 29, 23-26) et fragmento glossae in eandem a v. *Potius et uerius* ad v. *VIII. prophetis. et IX. agiographis* (Bibl. cit., 2, f. 283, A, 1-7). **2** (f. 33). Liber Esther usque ad (10, 4) v. *prenotauimus.* Praemittuntur (f. 32) ⟨s. Hier. praefatio⟩: *Librum hester uariis translationibus* (M. 28, 1503-1506), cui subtexitur additamentum: *Rursum in libro hester* (M. ibid., 1505, nota 2). **3** (f. 60). Liber Iudith. Praeeunt: [1] (f. 59) ⟨s. Hier. praefatio⟩: *Apud hebreos* (M. 29, 39-42); [2] (f. 59^{v}) ⟨altera praefatio⟩ ex Rabano Mauro deprompta: *Queritur quo tempore. quibusue regibus* (M. 113, 731). **4** (f. 96). Liber Ruth.

Glossa ordinaria atque interlinearis aliquantulum ab editis diversa. Litterae maximae aeque ac maiores rubro caeruloque colore depictae. F. 58^{v} vacuum. In marginibus foliorum 1^{v}-4^{r}. 106^{r}. 107^{r}. 109^{r}. 110^{r} pauca nullius pretii pallidissime ac pessime scripta. 110^{v} indiculus manu saec. XIV.
Integumenti tabulae rubro corio signato saec. XVI obductae: fibulae ceciderunt.

74. Saec. XIII, membran., mm. 400 × 229, ff. 114.

Liber Iob cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi⟩, excerptorum distributione valde turbata, et ⟨Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cit., 3, f. 5-83; cf. M. 113, 751-840). Praemittuntur: [1] (f. 1^{v}) ⟨s. Hier. praefatio⟩: *Cogor per singulos* (M. 28, 1137-1142); [2] (f. 2) ⟨altera eiusdem praefatio⟩ priori subnexa: *Si aut fiscellam* (M. 29, 63-64); [3] (f. 2) prothemata, ordine turbato: *Quedam hystorice hic dicuntur - momenta que pater posuit potestate* (M. 113, 748-751).

F. 1. ⟨Introitus in Iob⟩ alia manu paulo recentiore exaratus. Inc.

Cum deus hominem ad hymagynem et similitudinem suam fecerit. Des. *in hoc se non esse reprehendendum cum alij ut origenes idem vnum fecerat: dicit cogor etc.* Insunt marginibus singulorum foliorum scholia eadem manu qua introitus exscripta, quorum primum in v. " Simplex „ inc. *Simplicitate gratie tanquam uerus israelita in quo dolus non est etc.* et secundum in v. " timens deum „ inc. *primo loco. timor enim domini introducit fidem. spem. charitatem.*

Litterae maximae auro, coloribus, figuris distinctae, maiores rubro et caeruleo colore alterne depictae. F. 114^{v} vacuum. 1^{r} manu saec. XIII-XIV: *Hunc librum job. dedit conuentui fratrum minorum laudensium. Dominus stephanus de bisuncio canonicus ecclesie Laudensis.*

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii exhibentur.

75. Saec. XII, membran., mm. 285 × 191, ff. 71.

Liber Iob cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 3, f. 5-83; cf. M. 113, 751-840).

Codex litteris minutis erectis nitet. In ventre primae litterae variis coloribus exornatae Iob imago delineata est. Litterae maiores rubro aut caeruleo colore exscriptae. Glossae ordinariae atque interlineari nonnulla desunt.

Integumenti dorsum Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii tesseras gentilicias praebet.

76. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 308 × 210, ff. 164.

V. T. libri I-II cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 3, f. 5-83; f. 387^{v}-439^{v}; cf. M. 113, 751-840; 1183-1232).

1 (f. 3). Liber Iob. Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨s. Hier. praefatio⟩: *Cogor per singulos* (M. 28, 1137-1142); [2] (f. 1^{v}) ⟨altera eiusdem praefatio⟩ priori subnexa: *Si autem fiscellam* (M. 29, 63-64); [3] (ibid.) prothemata: *Quedam hystorice* (M. 113, 748-751). In fine libri subiunguntur: [1]) (f. 108^{r}) glossula in Iob 38, 31 ex ordinaria breviata desumpta: inc. *Numquid poterit coniungere micantes pliades. pliades ab oriente acturus ab aquilone surgit;* des. *ut fidelis intelligat iam libere quod iob non ualens humilietur* (cf. Bibl. cit., 3, f. 72^{r}, E, 22 - F, 9); [2]) alia glossula in Iob 38, 34: inc. *Numquid elevabis in nebula. u. t. et m̊. dominus dum se ipso nobis loquitur;* des. *nec tamen nos deserit;* [3] (f. 108^{v}-109^{v}) glossulae in Iob 39, 19; 40, 12-13 ex glossa ordinaria depromptae (Bibl. cit., 3, f. 76, A, 20 - D, 5 a v. *Numquid prebebit equo* ad v. *non fecisset;* f. 77^{r}, G, 2-13 a v. *hoc etiam per se ipsum* ad v. *discerpens exit;* f. 77^{v}, G, 25 - 78, A, 20 a v. *Testes sunt praue cogitationes* ad v. *lamine ferree compara⟨n⟩tur*).
2 (f. 110^{v}). Liber Ecclesiastici. Praeeunt: [1]) ⟨s. Hier. prologus⟩: *Multo-*

rum nobis (M. 29, 445-446); [2]) capitula (cf. Thomas., 1, p. 176-179); [3]) prologus <excerptus ex Rabani Mauri praefatione commentariorum in Ecclesiasticum> inde a v. *Librum ihesu filii syrach dicit se ieronimus apud hebreos repperisse* usque ad v. *commenta sit* (M. 109, 763, B, 14-764, A, 14).

Glossa interlinearis in Ecclesiasticum paulo editis copiosior. Litterae initiales prologi prioris et libri Iob auro coloribus figuris distinctae; reliquae vero rubro et caeruleo exaratae. F. 164^v vacuum: nonnulla folia a tineis perforata. 109^v proprietarii nomen turpiter erasum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. Zelada card. bibliothecarii.

77. Saec. XIV, membran., mm. 428 × 288, ff. 211.

1 (f. 2^v). Liber **Iob** cum <glossa ordinaria Walafridi Strabi> excerptorum distributione ab editis aliquantulum diversa et <Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 3, f. 5-83; cf. M. 113, 751-840). Praemittuntur: [1] (f. 1) <s. Hier. praefatio>: *Cogor per singulos* (M. 28, 1137-1142); [2] (ibid.) <altera eiusdem praefatio> priori subnexa: *si autem fiscellam* (M. 29, 63-64); [3] (f. 1^v) <prothemata>: *Quedam hystorice* (M. 113, 748-751). Veniunt sub fine operis (f. 91) glossulae in 38, 31. 34; 39, 19; 40, 12-13 omnino ut in cod. praecedenti. **2** (f. 96^v). **Isaiae** prophetia cum (f. 95) <s. Hier.> prologo: *Nemo cum prophetas* (M. 28, 825-828), <prothematis> ordine ab editis diversis: *Non sicut ait montanus - explanationis extendere* (Bibl. cit., 4, f. 2) et <glossa ordinaria et interlineari> (Bibl. cit., 4, f. 3^v-108^v; cf. M. 113, 1231-1316).

Codex eleganter scriptus. Litterae maximae auro et coloribus insignes, maiores autem rubro et caeruleo depictae. Ff. 92^v. 93. 94. 210^r. 211^v vacua. 210^v. 211^r notulis plumbo exaratis conspersa. 1-8 oleo aliquantulum maculata.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

78. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 367 × 251, ff. I. 223.

V. et **N. T.** libri aliquot cum <glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 3, f. 5-83; v. 6, f. 163-275; cf. M. 113, 751-840; 114, 425-470, 671-752).

1 (f. 2^r). Liber Iob. Praemittuntur: [1] (f. 1) <s. Hier.> prologus: *Cogor per singulos* (M. 28, 1137-1142); [2] (ibid.) alter <eiusdem> prologus priori subnexus: *si aut fiscellam* (M. 29, 63-64); [3] (f. 1^v) <prothemata>: *Quedam hystorice* (M. 113, 748-751); [4] (f. 2^r) <argumentum>: *In terra quidem iob habitasse* (M. ibid., 747). Sub fine operis occurrunt (f. 86) glossulae in 38, 31. 34; 39, 19; 40, 12-13 ut in cod. 76.

2 (f. 89). Actus Apostolorum. Praeeunt: [1] (f. 88) prologus, qui inc. *Lucas antiocensis natione syrus* et des. *proficeret medicina* (Bibl. cit., 6, f. 163);

[2] (ibid.) prologus alter, qui inc. *Lucas medicus antiocensis* et des. *necessarium erat conscribi actus apostolorum* (Bibl. cit., loc. cit.); [3] (f. 88^{v}) ⟨argumentum ex s. Hier. epistula ad Paulinum desumptum⟩: *Actus apostolorum* (M. 28, 178, 4-6). Glossae ordinariae subtexitur (f. 149^{v}) ⟨introitus in actus apostolorum partim ex s. Hier., de vir. inlustr. 7 concinnatus⟩, qui inc. *Fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandam paradisum* et des. *omnia uerba eius medicamenta animarum lugencium.* **3** (f. 150^{v}). S. Iacobi epistula. Praemittuntur: [1]) prologus ⟨ex s. Hier., de vir. inlustr. 2 concinnatus⟩, qui inc. *Iacobus cognomento iustus* et des. *titulum habuit nouissimum;* [2]) fragmentum glossae in eundem prologum (Bibl. cit., 6, 209^{v}, F, 2 - H, 41); [3]) ⟨s. Hier.⟩ prologus in epistulas catholicas: *Non ita ordo* (M. 29, 863-874); [4]) argumentum ⟨excerptum ex s. Hier. epist. laudata⟩: *Iacobus. petrus* (M. 28, 178, 7-9). **4.** S. Petri (f. 160) epistula I; - (f. 170^{v}) II. **5.** S. Ioannis (f. 176^{v}) epistula I; - (f. 187) II; - (f. 188^{v}) III. **6** (f. 189^{v}). S. Iudae epistula. **7** (f. 194^{v}). S. Ioannis Apocalypsis. Praeeunt: [1] (f. 193) prologus: *Omnes qui pie uolunt uiuere - parabole salomonis hee sunt* (Bibl. cit., 6, f. 239^{v}-240^{v}); [2] (ibid.) prothemata paululum ab editis diversa et excerptorum distributione turbata: *Sicut in secularibus libris - scripsit euangelium.* (Bibl. cit., 6, f. 240^{v}-241); [3] (f. 194) prologus: *Iohannes apostolus et euuangelista* (M. 114, 709).

F. I^{v}. ⟨Duo introitus in Iob⟩ (f. 87^{v}) repetiti et manu saec. XIV in. exarati. Prior inc. *Usque ad tempus sustinebit patiens et postea reddicio iucunditatis. ecclesiast. 1. in hiis uerbis continetur tota continencia libri job* et des. *et de stercore eleuans pauperem.* Alter inc. *Materia huius libri specialiter est miseria Job* et des. *nati. secundo illa que pertinet ad conseruacionem indiuidui. ibi. et fuit possessio.*

Succedunt scholia copiosissima minutioribus notis in marginibus exscripta. F. 2^{v}. Scholia in Iob. Primum inc. *Vir erat Nota quod gentilis erat iste.* Secundum inc. *Hus consilium. Job dolens unde consultum est ei qui in hoc seculo dolet.* F. 89. Scholia in Actus Apostolorum. Primum inc. *Ewangelium bene dicitur primus sermo.* Secundum inc. *feci. Non tantum dixi. factum est uerbum domini in manu Aggei.* F. 150^{v}. Scholia in epistulas catholicas. Primum inc. *In hac epistula agitur de patientia que diuiditur in tres. In prima de patientia secundum quod est ad interiora usque ad secundum capitulum.* Secundum inc. *Omne gaudium idest perfectum. sed numquid hoc est in uia?* F. 194^{v}. Scholia in Apocalypsim. Primum inc. *Apocalipsis. Primo ponitur proemium dicens de quo sit tractatus secundo ponitur commendacio operis.* Secundum inc. *Palam facere. Hic tangitur officium predicatoris. Non enim debet abscondere talentum sibi creditum.* F. 221^{v}. ⟨Introitus in Apocalypsim⟩. Inc. *Dicitur. XII. Daniel. Vade Daniel.*

quia clausi sunt signatique sermones. Des. *Johannes missus est in feruentis olei dolium. Item propter nouissimorum altissimam et conformem reuelacionem sicut de iudicio. VII. Daniel. et XI. et de antichristo et hic similiter.*

Codicem duo scripserunt librarii, quorum prior textum et glossam tam interlinearem quam ordinariam, alter reliqua exaravit. Litterae maximae variis coloribus, maiores rubro et caeruleo pictae colore. F. 222 vacuum. I^r manu saec. XIII-XIV nota de cuiusdam debiti solutione in qua *Erardi berad. Lond. et johannis de bosco* nomina occurrunt, dein manu saec. XV index. 223^r *per a 10.* 223^v pauca nullius momenti.

Operculorum tabulae rubro corio signato saec. XVI obductae vestigia tantum fibularum exhibent.

79. Saec. XIV in., membran., mm. 446 × 296, ff. I. 231 (+ f. 8^a librarii neglegentia omisso).

Codex omnia, quae praecedens, continet, exceptis argumentis in Iob et in Actus Apostolorum, Gilberti Pictaviensis praefatione in Apocalypsim et scholiis marginalibus.

1 (f. 2^v). Liber Iob. **2** (f. 96). Actus Apostolorum. **3** (f. 160^r). S. Iacobi epistula. **4.** S. Petri (f. 170) epistula I; - (f. 179^v) II. **5.** S. Ioannis (f. 185^r) epistula I; - (f. 196) II; - (f. 197) III. **6** (f. 198). S. Iudae epistula. **7** (f. 202^r). S. Ioannis Apocalypsis.

F. I^v. Versus XII saec. XV exarati, quorum tituli: *Articuli diuinitatis, Articuli humanitatis, sacramenta, Opera misericordie spiritualia, Corporalia, Precepta decalogi, Quatuor tempora jeiunanda.* Primus inc. *Unum credo deum. patrem. natum. quoque flamen.* Ultimus des. *Dant. cruces. lucia. cineres. karismata. dia.*

Litterae maximae auro, coloribus, figuris conspicuae, maiores rubro et caeruleo colore depictae. Ff. I^r. 95^v. 231 vacua. 1^v saec. XV notula: *e*⟨mptus⟩ (?) *l. flor*⟨enis⟩. In chartula folio I^v adglutinata titulus libri. In folio 230^v fragmentum ⟨glossae ordinariae⟩ de duodecim lapidibus suo loco omissum: abrumpitur v. *vini color significat martirij gloriam. sextus. quia. sexta. fe*⟨ria⟩ (Bibl. cum glossa, 6, f. 273, A, 10-B, 14).

In tegumenti tabulis Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii stemmata exhibentur.

80. Saec. XII, membran., mm. 216 × 140, ff. II. 181.

1 (f. 1). ⟨Sermo in Michaeam 6, 8⟩ *indicabo tibi homo* etc. Inc. *Ingressus propheta in cellarium diuinorum thesaurorum. respiciens in latere aquilonis miseriam hominis. cognouit.* Des. *Beati qui habitant in domo tua Domine. in seculum seculi laudabunt te.*

2 (f. 8). Glossa ordinaria ⟨Walafridi Strabi⟩ in librum Iob in principio aliquantulum ab editis diversa. (Bibl. cum glossa, 3, f. 5-83; cf. M. 113, 751-840). Praeeunt (f. 8) prothemata: *Quedam historice* (M. ibid., 748-751).

3 (f. 178). ⟨S. **Gregorii Magni** Moralium 34, 23⟩ (M. 76, 744-750).

F. I^{r}. Quattuor orationes Langobardico charactere saec. XI-XII exaratae, quarum prima initio mutila, secunda inc. *Omnipotens sempiterne deus. Annue precibus*, tertia inc. *Deus cuius misericordie non est numerus*, quarta fine mutila inc. *Hostias tibi domine*. In membranula folio I^{v} adglutinata et in f. II symbolum Apostolorum quodam a librario, ut videtur, saec. XV graece pessime scriptum.

Litterae maximae rubro et caeruleo aut rubro tantum depictae; maiores minio exscriptae. Ff. 5^{v}. 6 vacua. In primo custodiae folio manu saec. XVI *Glossa ordinaria in Iob*. F. 181^{v} duae breves notulae saec. XIV, quarum prior hic illic erasa, et altera haec est: *Emptus fuit a ministro...*

In tegumenti tabulis scuta Pii IV et Alphonsi Caraffa card. bibliothecarii.

81. Saec. XII, membran., mm. 270 × 184, ff. II. 163 (+ f. 40^{a} librarii neglegentia omisso).

Psalterium Gallicanum cum canticis V. ac N. T. et textu graeco.

1 (f. 1). ⟨Psalterium Gallicanum una cum versione LXX interpretum⟩. **2** (f. 149). ⟨Psalmus 151 apocryphus, addita graeca translatione in altera columna⟩ (M. 142, 530; V. et N. T. ed. Mai, Romae 1857, 3, p. 138). **3.** ⟨Cantica V. T. iuxta veterem versionem cum LXX interpretum translatione, atque cantica N. T., addito textu graeco⟩. [1] (f. 149^{v}). *Cantemus domino.* [2] (f. 151). *Attende celum et loquor.* [3] (f. 155). *Exultauit cor meum.* [4] (f. 156). *Domine audiui.* [5] (f. 157^{v}). *De nocte uigilat spiritus meus.* [6] (f. 158^{v}). *Clamaui in tribulatione mea.* [7] (f. 159^{v}). *Benedicite omnia opera.* [8] (f. 160^{v}). *Magnificat.* [9] (f. 161). *Nunc dimittis.* [10] (ibid.). *Benedictus dominus.* [11] (f. 162). *Ego dixi in dimidio*, ab editis diverso. Des. *ante conspectum domus domini dei mei* (cf. Thomas., 3, p. 570-571). **4** (f. 163). ⟨Pseudo-Athanasii symbolum⟩ *Quicumque* usque ad v. *Quia sicut singillatim unamquamque personam.* Textus graecus in altera columna abrumpitur v. οὕτω τρεῖς ⟨θεοὺς ἢ τρεῖς⟩ (M. P. G., 28, 1585, D, 1-1587, B, 4).

Codex nullis titulis auctus binis columnis exscriptus est. Desunt psalmo 1 verba " Beatus vir „ et psalmo 13 (f. 10^{v}) fragmentum vers. 3 a v. τάφος ad v. ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Litterae maximae et maiores, aeque ac tituli, minio depictae. Folia complura laciniis resarta, alia recentiore manu retractata aliaque adeo evanida ut legi nequeant. Ff. I. II^{v} vacua. F. II^{r} ⟨adprecatio de s. Catharina⟩. F. 163 librarius quidam saec. XV symbolum Pseudo-Athanasii mendosissime exscripsit usque ad v. πατὴρ ἄκτιστος.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

82. Saec. X, membran., mm. 215 × 155, ff. I. 258 (+ f. 109^{a}, — ff. 254. 255 librarii oscitatione neglectis).

Psalterium et hymnarium Ambrosianum.

1 (f. 14). Psalterium cum titulis, diapsalmatis, notis et post psalmos adprecationibus (Thomas., 2, p. 1-290). Praeeunt: [1] (f. 1) ⟨De auctore psalterii

eiusque partibus>. Inc. *LIII. XVI. LVI... Dauid enim rex nocturno tempore hoc hymnificabat quod ululabant.* Des. *quod est pausatio spiritus quod est fiat fiat hoc est semper* (cf. Biblioth. Casin., 1; flor., p. 218, col. a, 3-31); [2] (f. 1r) s. Hieronymi praefatio: *Psalterium romae dudum* (M. 29, 121-124); [3] (f. 2r) <praefatiuncula in psalterium>: *Ut reprobare superflua* (ex hoc codice ed. Thomas., 2, p. (xx)-(xxi)) [4] (f. 4) De vitiis in Scripturis (Thomas., 2, p. (xxi)-(xxiii)); [5] (f. 7r) De notis (Thomas., 2, p. (xxiii)-(xxvi)); [6] (f. 11r) <De psalterii origine ac partibus>. Inc. *Dauid Filius Iesse.* Des. *quod est pausatio spiritus. quod est fiat fiat. hoc est semper* (cf. M. 142, 46-47, nota 118); [7] (f. 13r) Damasianum carmen 63 (in ms. *Uersiculi Hieronimi presbiteri.* Ihm, p. 66 inter spuria). **2** (f. 205). Psalmus 151 apocryphus. **3.** Cantica V. et N. Testamenti. [1] (f. 205v). *De nocte uigilat.* [2] (f. 206r). *Confirmatum est cor meum.* [3] (f. 208). *Domine audiui auditionem tuam.* [4] (f. 209r). *Clamavi ad dominum deum meum.* [5] (f. 210). *Attende caelum et loquar.* [6] (f. 214r). *Cantemus domino* usque ad v. (vers. 7) *ternos stantes* et a v. (vers. 7) *cum curribus* usque ad finem. [7] (f. 215). *Benedictus dominus.* [8] (f. 215r). *Magnificat.* [9] (f. 216). *Benedictus est domine deus* (Thomas., 2, p. 291-294). **4.** Hymnarium. [1] (f. 217). *Te deum.* [2] (f. 218). *Aeterne rerum conditor.* [3] (f. 218r). *Splendor paterne gloriae.* [4] (f. 219r). *Iam lucis horto* (!) *sidere.* [5] (f. 219r). *Christe caelorum conditor.* [6] (f. 220). *Iam surgit hora tertia.* [7] (f. 220r). *Nunc sanctae* (!) *nobis spiritus.* [8] (ibid.). *Rector potens uerax deus.* [9] (ibid.). *Bis ternas horas.* [10] (f. 221). *Ter hora trina uoluitur.* [11] (f. 221r). *Rerum deus tenax vigor.* [12] (f. 222). *Deus creator omnium.* [13] (f. 222r). *Christe qui lux es.* [14] (f. 223). *Te lucis ante terminum.* [15] (ibid.). *Bellator armis inclitus.* [16] (f. 224). *Post petrum primum principem.* [17] (f. 224r). *Miraculum laudabile canite.* [18] (f. 225). *Mysterium ecclesię ymnum.* [19] (f. 225r). *Intende qui regis Israel.* [20] (f. 226). *Amore christi nobilis.* [21] (f. 226v). *Inluminans altissimus.* [22] (f. 227r). *Agnis beatę uirginis.* [23] (f. 228). *Agathę sacrae uirginis.* [24] (f. 228r). *Ymnum dicamus domino.* [25] (f. 229). *Hic est dies uerus dei.* [26] (f. 229r). *Gesta sanctorum martyrum.* [27] (f. 230). *Victor nabor felix.* [28] (f. 230v). *Regi polorum debitas.* [29] (f. 231). *Optatus uotis omnium.* [30] (f. 231v). *Iam christus astra ascenderat.* [31] (f. 232). *Grates tibi ihesu.* [32] (ibid.). *Almi prophetae progenies.* [33] (f. (233). *Apostolorum passio diem sacrauit.* [34] (f. 233r). *Apollinaris martyris.* [35] (f. 234). *Sacri triumphale tui.* [36] (f. 234r). *Magni palmam certaminis.* [37] (f. 235). *Apostolorum supparem laurentium.* [38] (f. 235v). *Summi uatis praeconium.* [39] (f. 236). *Mysteriorum signifer.* [40] (f. 236r). *Aeterna christi munera.* [41] (f. 237). *Ihesu corona celsior.* [42] (f. 237v). *Ihesu corona virginum.* [43] (f. 238). *Sacraium hoc templum dei.* [44] (ibid.). *Christe cunctorum dominator.* [45] (f. 239). *Obduxere polum nubila caeli.* [46] (f. 240). *Squalent arua*

soli puluere. [47] (f. 240^{v}). *Tristes nunc populi.* [48] (f. 241^{v}). *Saevus bella serit* (Thomas., 2, p. 345-428, ordine tamen diverso; cf. etiam Chevalier, Rep. hymn.). **5** (f. 242). *Incipit fides catholica quam sanctus Athanasius dictauit. Quicumque uult saluus esse.* **6** (f. 244). S. Ambrosii Exorcismus (M. 17, 1109-1110). **7** (f. 246). *Consideratio psalmorum in causis diuersis* (Thomas., 3, p. v-vii). **8** (f. 256^{v}). ⟨Confessio peccatorum pura Alcuini⟩ (in ms. *Incipit confessio s. Augustini episcopi.* M. 101, 524-526).

Codex eleganter exscriptus titulos, litteras initiales maximas et maiores fere semper, diapsalmata et signa rubro exarata praebet. F. 14 commendant ornamentum quattuor marginibus appictum et littera initialis diversis coloribus distincta. Ff. I^{v}. 154^{v} vacua. Folia complura acu filoque serico consuta; alia multa refecta; nonnulla denique hic illic retractata. Ordinem paululum turbatum sic restitues: 211. 213. 214. 212. 215. Post folium 214 duo folia exciderunt. Manus recentior interdum lituris et superimpositione vocum textum correxit. A psalmo 50 (f. 27) incipiunt initia antiphonarum manu saec. XIV in marginibus apposita et neumis instructa, numeri psalmorum et *Al* ⟨leluia⟩. Ad ps. 104 (f. 144) numeri I-VIIII. Ad ps. 108 (ff. 152-153) numeri I-XXVI. Ff. 155^{v}-157 nomina hebraicarum litterarum. F. I^{r} manu saec. XVI: *Hunc librum disolutum Reuerendissimus Archiepiscopus Theatinus impensis suis iussit sic coarctari,* et inferius *Bibliothecę Apostolicae.* F. 1^{r} manu saec. XIV: *Iste liber est monasterii sancti Jacobi de Pontida.* Codicem descripsit Ehrensberger, p. 14-16.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

83. Saec. XI, membran., mm. 250 × 177, ff. VI. 232.

Psalterium et hymnarium Ambrosianum omnino ut in cod. praecedente, paucis rebus exceptis.

1 (f. 17). Psalterium cum titulis, diapsalmatis, notis et post psalmos adprecationibus. Praeeunt: [1] (f. 1) ⟨praefatiuncula in psalterium⟩: *Ut reprobare superflua;* [2] (f. 2^{v}) De vitiis in scripturis; [3] (f. 5^{v}) De notis; [4] (f. 9^{v}) *Dicta sancti Augustini quid sunt psalmorum uirtutes* (M. 131, 142-143, A, 8 usque ad v. *multiplicat*); [5] (f. 11) *Incipit expositio psalmorum uel litterarum quae diuersorum capita cognoscitur haec praefatio demonstrat.* Inc. *Psalterium dicitur a psallentium multorum modulatione.* Des. *ita munies in finem libri. fiat fiat* (cf. Biblioth. Casin., 1; flor., p. 217-218, 31); [6] (f. 13) ⟨De origine psalterii et de eius partibus⟩; [7] (f. 15) Damasianum carmen 63 (in ms. *Versiculi Hieronimi presbiteri*).

2 (f. 193^{v}). Psalmus 151 apocryphus. **3.** Cantica V. ac N. Testamenti. [1] (f. 194^{v}). *De nocte uigilat.* [2] (f. 195^{v}). *Confirmatum est cor meum.* [3] (f. 196^{v}). *Domine audiui.* [4] (f. 198). *Clamaui ad Dominum Deum meum.* [5] (f. 198^{v}). *Adtende caelum et loquar.* [6] (f. 202). *Cantemus Domino.* [7] (f. 203). *Benedictus. dominus deus israel.* [8] (f. 204). *Magnificat.* [9] (ibid.). *Benedictus es Domine Deus.* [10] (f. 204^{v}). *Benedicite.* **4.** Hymnarium. [1] (f. 206). *Te Deum.* [2] (f. 207^{v}). *Splendor paterne gloriae.* [3] (f. 208). *Iam lucis orto sidere.* [4] (ibid.).

Iam surgit hora tertia. [5] (f. 208ᵛ). *Rector potens uerax Deus.* [6] (ibid.). *Ter hora trina uoluitur.* [7] (f. 209). *Deus creator omnium.* [8] (f. 209ᵛ). *Çhriste qui lux es.* [9] (f. 210). *Te lucis ante terminum.* [10] (ibid.). *Bęllator armis inclitus.* [11] (f. 210ᵛ). *Post Petrum primum principem.* [12] (f. 211). *Miraculum laudabile.* [13] (f. 211ᵛ). *Misterium ecclesiae.* [14] (f. 212). *Intende qui regis Israel.* [15] (ibid.). *Amore christi nobilis.* [16] (f. 212ᵛ). *Illuminans altissimus.* [17] (f. 213). *Agnis beatae uirginis.* [18] (f. 213ᵛ). *Agathe sacre uirginis.* [19] (f. 214). *Ymnum dicamus domino.* [20] (f. 214ᵛ). *Hic est dies uerus dei.* [21] (f. 215). *Gesta sanctorum martyrum.* [22] (ibid.). *Victor Nabor Felix.* [23] (f. 215ᵛ). *Regi Polorum debitas.* [24] (f. 216). *Optatus uotis omnium.* [25] (f. 216ᵛ). *Iam christus astra ascenderat.* [26] (f. 217). *Grates tibi ihesu.* [27] (f. 217ᵛ). *Almi prophetae progenies.* [28] (f. 218). *Apostolorum passio.* [29] (f. 218ᵛ). *Apollinaris martyris.* [30] (f. 219). *Sacri triumphale tui.* [31] (f. 219ᵛ). *Magni palmam certaminis.* [32] (f. 220). *Apostolorum supparem. Laurentium.* [33] (f. 220ᵛ). *Summi uatis praeconium.* [34] (f. 221). *Mysteriorum signifer.* [35] (ibid.). *Aeterna christi munera.* [36] (f. 221ᵛ). *Ihesu corona celsior.* [37] (f. 222). *Christe cunctorum. dominator.* [38] (f. 223). *Obduxere polum nubila caeli.* [39] (f. 224). *Squalent arua soli puluere.* [40] (f. 225). *Tristes nunc populi.* [41] (f. 226). *Saeuus bella serit barbarus.* 12 (f. 227). *Incipit fides catholica. quam sanctus Athanasius dictavit. Quicumque vult salvus esse.*

Ff. III-V. 230ᵛ-231ʳ. Litaniae maiores ⟨ambrosianae⟩ mendosissime manu saec. X-XI exaratae. Inest folio VIʳ rubrica: *in sancto uictore ad ulmum.* Ff. 231ᵛ-232ᵛ. ⟨Ordo officii ferialis secundum usum ambrosianum⟩, manu saec. XV characterem saec. XII imitante exscriptus.

.Codex litteris minutis erectis eleganter exscriptus splendet multis litteris capitalibus et uncialibus inauratis atque initialibus saepe saepius animalibus miris et insolitis auro et coloribus depictis. F. 12ᵛ pictura tabularis: David rex sedens in throno et Asaph, Aeman, Aethan, Idithun. F. 206 littera T cum imagine Crucifixi colobio induti. Foliorum 15ᵛ. 16. 16ᵛ. 17. 76ᵛ. 77. 132ᵛ. 133 margines ornamentis distincti. Ff. IIᵛ vacuum. In folio secundo custodiae legitur A. Mai notula: *Edidit praefationem, ut reprobare etc. psalterium cum signis diacriticis, et cantica, ex hoc ipso codice vel potius 82 R. Card. Thomasius opp. T. III. - A. Maius.* Iᵛ manu saec. XV brevia praecepta moralia ex divinis litteris deprompta, quorum primum ex Ecclesiast. 18, 31, ultimum ex epistula ad Romanos, 8, 13, pauca nullius momenti, nomina urbium hebraicarum, index septem psalmorum paenitentialium; notula *Hic confirmatus Robertus Coloniencis; littere numeralis ostendunt annum quando papa pius rome eum confirmabat,* dein quaedam erasa. Codicem descripsit Ehrensberger, p. 16-17.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

84. Saec. XI, membran., mm. 292 × 190, ff. 323.

Psalterium Benedictinum.

1 (f. 47). Psalterium romanum, manu saec. XIV plerisque locis secun-

dum gallicanum emendatum (in ms. *In christi nomine. Incipit psalterium detranslatione septuaginta interpretum correctum a sancto hieronimo presbitero*). Singulis psalmis praemittuntur titulus atque argumentum precatioque posponitur fere omnino ut in Thomas., 2, p. 1-290. Post argumentum primi psalmi venit *oratio: Oramus te Pie et exaudibilis domine Ihesu christe deus noster.* Praeeunt: [1] (f. 1). S. Hieronymi epistula 106 usque ad v. *Dissipata sunt ossa nostra secus* (M. 22, 837-866, n. 84, 2). [2] (f. 20). ⟨Pseudo-Hieronymi⟩ fragmentum epistulae 47, inde a v. *Nam psalmus,* usque ad v. *dictus est christus. Ceteri uero ut textus scripturę continet. sic recitantur pro suis nominibus* (M. 30, 305, C, 9-306, A, 1). [3] (ibid.). S. Hieronymi praefatio in psalmos: *Psalterium romę dudum* (M. 29, 121-124). [4] (f. 20v). Eiusdem altera praefatio: *Scio quosdam putare* (M. 28, 1183-1188). [5] (f. 22). Eiusdem epistula 30 (M. 22, 441-445). [6] (f. 24v). ⟨Pseudo-⟩*Hieronimi* epistula 51, additis psalmorum initiis, quae in libris typis editis non occurrunt (M. 30, 315-318). [7] (f. 26). *Incipit Sermo Sancti hieronimi de psalterio uel de litteris Quae per diuersorum Capitula Cognoscuntur.* Inc. *Psalterium dicitur Ob psallentium multorum. Modulamen uocis.* Des. *Quod est Fiat Fiat. hoc est Semper* (cf. Bibl. casin., 1; flor., p. 217-218). [8] (f. 27). ⟨Pseudo-⟩*damasi* epistula 5 (M. 13, 440-441). [9] (f. 27v). ⟨Pseudo-Damasi⟩ carmen 63 (in ms. *Rescriptum hieronimi presbiteri*) (Ihm, p. 66). [10] (f. 28). S. Damasi carmen 1 (Ihm, p. 1). [11] (ibid.). ⟨Pseudo-⟩*hieronimi* epistula 47 usque ad v. *laudis semper canatur quod est Alleluia* (M. 30, 304-305, A, 6). [12] (f. 28v). *Item Prologus eiusdem* (?). Inc. *Omnem psalmorum. prophetiam ad christum. referendam esse non dubium est.* Des. *Psalmi Canticum Graduum. Quindecim... Centesimus Tricesimus Tertius* (cf. Bibl. casin., 1; flor., p. 220-221). [13] (f. 32v). *Incipit Interpretatio. Alleluię Apud chaldeos.* Inc. *Alleluia est. Laus tibi.* [14] (ibid.). *Item Interpretatio Apud hebreos,* quae inc. *Al Est Tibi laus Benedicitur.* [15] (ibid.). *Incipit Interpretatio Glorię Apud hebreos.* Inc. *Quid est Gloria? Gloria est Terra laudat creatorem.* [16] (f. 33). *Quid Sit Psalmus* (M. 70, 15, c. 5). [17] (f. 33). *Quid Sit Canticum* (M. ibid, 16, c. 6). [18] (f. 33). *Incipit de dicta* (!) *Origenis* (Vallarsi, 7, 403-404 in Appendice). [19] (ibid.). *Origo psalmorum Quomodo Incipiunt.* [20] (f. 34v). ⟨Cassiodori⟩ *De propria eloquentia psalterii* (in ms. *Incipit Ex dicta Sancti Augustini*) (M. 70, 22). [21] (f. 35v). ⟨Eiusdem⟩ (in ms. *Sancti Augustini*) *quid sit psalterium. uel psalmi Quare dicantur* (M. 70, 15). [22] (f. 36). *Item dicta Sancti Augustini De uirtute Psalmorum* (M. 142, 46). [23] (f. 36v). *Item dicit. Quanta sit Sublimitas psalmorum.* Inc. *Quid enim in Psalmis non inuenitur.* Des. *Haec est gloria in quo Sancti exultant Cum christo* (cf. Thomas., 2, p. XXXVIII, col. a, 14-b, 27). [24] (f. 37v). *Item Unde Supra Cuiusdam doctoris.* Inc. *Psalterium inquirendum est in cuius lingua dicitur.* Des. *Nam ad numerum psalmorum complendum hebrei illum psal-*

mum addunt. qui dicitur Pusillus eram inter fratres meos (Biblioth. Casin., 1; flor., p. 215-217). [25] (f. 39). Consideratio psalmorum in causis diversis (Thomas., 3, p. V-VII). [26] (f. 42). *Incipiunt exordia uel tituli psalmorum.* Inc. *Primus. Beatus uir. hic psalmus de ioseph dicit.* Des. *decalogum decies habet laudate.* **2** (f. 231ʳ) De completione vel ordine psalmorum (Thomas., 2, p. 290). **3** (f. 232). Psalmus 151 apocryphus (M. 142, 530), praevio prologo: *Iste psalmus cotidianus christiano est - et factus est michi in salutem.* **4.** Cantica et hymni, quibus preces subnectunctur. [1] (f. 232ʳ). *Confitebor tibi domine* cum (f. 233) prece *Omnipotens sempiterne deus. multiplica in honorem nominis tui.* [2] (f. 233). *Ego dixi in dimidio* cum (f. 234) prece *Omnipotens* (Thomas., 2, p. 311). [3] (f. 234). *Exultauit cor meum* cum (f. 235) prece *Deus cuius antiqua miracula in presenti* (loc. cit., p. 307). [4] (f. 235). *Cantemus domino* cum (f. 236ʳ) prece *Omnipotens sempiterne deus. qui es in omnium operum tuorum dispensatione mirabilis.* [5] (f. 236ᵛ). *Domine audiui* cum (f. 238ᵛ) prece *Deus incommutabilis* (loc. cit., p. 311). [6] (f. 238ʳ). *Adtende caelum et loquar* cum (f. 241ᵛ) prece *Deus glorificatio* (loc. cit., p. 316). [7] (f. 242). *Benedicite* cum prece *Deus quem* (loc. cit., p. 294). [8] (f. 243). *Ymnus Sanctorum Ambrosii. Et Augustini Te deum* cum (f. 244) prece *Deus qui nos gloriosis* (loc. cit., p. 346). [9] (f. 244). *Benedictus* cum (f. 244ʳ) prece *Perpetuis nos domine sancti iohannis.* [10] (f. 244ʳ). *Magnificat* cum (f. 245) prece *Omnipotens sempiterne deus* (loc. cit., p. 323-324). [11] (f. 245ʳ). *Nunc dimittis* cum prece *Perfice in nobis* (loc. cit., p. 324). [12] (ibid). ⟨Pseudo-⟩Athanasii symbolum *Quicumque* cum (f. 247ᵛ) prece *Omnipotens sempiterne deus fac orthodoxam fidem.* [13] (f. 247ᵛ). *Gloria in excelsis* cum (f. 248) prece *Domine deus pater omnipotens qui consubstantialem.* [14] (f. 248ʳ). *Pater noster* cum prece *Domine ihesu christe fili dei uiui. qui es uerus.* [15] (ibid.). Symbolum Apostolorum *Credo in deum* cum (f. 249) prece *Domine sanctae* (!) *spiritus qui coaequalis. et coaeternus.* [16] (f. 249ᵛ). Symbolum Nicaenum (in ms. *Perfecta credulitas*) *Credo in unum deum* cum (f. 250) prece *Domine deus pater omnipotens rex regum.* **5** (f. 251). *Incipit prologus. Prudentii Episcopi. De flores* (!) *Psalmorum* (ex hoc codice, ut opinor, ed. Mai, Script. vet. nova collectio, 9, p. 369-370). **6** (f. 253). *Incipiunt flores psalmorum.* Inc. *De psalmo primo. Domine ihesu christe rex altissime.* Des. *qui sine fine regnas in saecula saeculorum. Amen.* **7** (f. 274ᵛ). *Incipiunt* ⟨XXVIII⟩ *orationes ad adorandam crucem. Siue ad deposcenda suffragia omnium sanctorum.* Inseruntur antiphonae, psalmorum initia atque capitula. Primae orationi, quae inc. *Et in te refugium petimus,* praeeunt: [1]) antiphona *Dominum deum adoremus. qui suspensus est pro nobis in cruce;* [2]) initium psalmi *Ad te deus clamabo.* Ultima oratio inc. *Deus iudex iustus. qui ab hominibus iudicatus.* **8** (f. 281). *Incipiunt*

orationes super septem psalmos penitentiales. Inc. *In primis. Deus in adiutorium* etc. *Omnipotens sempiterne deus tibi summo pontifici et aeterno sacerdoti.* Ultima inc. *Domine ihesu christe contere sathanam sub pedibus meis.* Inseruntur quoque psalmorum paenitentialium initia. **9** (f. 285v). Initium cantici *Benedicite* cum duabus precationibus, quarum prior inc. *Te summa deitas o beata trinitas* et altera inc. *Deus qui es unus et uerus, qui solus iustus es. in quo omnia.* **10** (f. 286v). Initium hymni *Te deum* cum prece *Tibi ago laudes et gratias domine deus meus.* Adprecationi praemittitur hymnus *Te decet laus.* **11** (f. 287). Initium hymni angelorum *Gloria in excelsis* cum precibus, quarum prima inc. *Ymnum et laudem et gloriam et honorem* et ultima des. *quia tu deus susceptor meus deus meus misericordia mea.* **12** (f. 287v). Initium Pseudo-Athanasii symboli *Quicumque* cum prece, quae inc. *Domine deus omnipotens aeterne et ineffabilis.* **13** (f. 288). Initium symboli Nicaeni *Credo in unum deum* cum quinque precibus, quarum ultima fine mutila. Prima inc. *Salua me domine rex ęternae gloriae.* Ultima inc. *Immense et misericors deus. pater omnipotens.* **14** (f. 289). ⟨Preces matutinae ante et post in ecclesiam ingressum dicendae⟩. Ante ingressum sunt hae: *Adiutorium nostrum, Simbolum Apostolorum, benedicite, te deum, te decet laus.* Post ingressum autem sunt sequentes: orationes ⟨ad Patrem⟩ et ad ss. Trinitatem, *Pater noster, Miserere, Oratio ad Personam patris, Gloria in excelsis, Pater noster, psalmus Inclina domine, Oratio Ad personam filii, Pater noster, psalmus Domine exaudi, Oratio Ad personam spiritus sancti, Oratio Ad honorem S. Trinitatis,* precationes tres ad ss. Virginem, *Orationes Ad Sanctum Michahel, Ad Proprium angelum, Ad Sanctum iohannem Baptistam, Ad honorem S. Petri apostoli, S. Pauli apostoli, S. Apostoli andree, S. Iohannis euangelistae, omnium apostolorum, Ad Sanctum Stephanum, Ad honorem omnium sanctorum martirum, Sancti Silvestri, Sancti Martini, S. Benedicti, Sanctorum confessorum, omnium Sanctarum uirginum, Oratio ad dominum, Oratio S. Gregorii papae.* Prima oratio inc. *Gratias tibi ago omnipotens pater. qui me dignatus es in hac nocte custodire.* Ultima (f. 297v) inc. *Domine exaudi orationem meam quia iam cognosco quod tempus meus prope est,* et des. (f. 300) *Qui in trinitate perfecta uiuis et regnas unus deus per omnia saecula saeculorum. Amen.* **15** (f. 300). In Parasceve orationes ad Tertiam, Sextam, Nonam, ad Vesperas. Prima inc. *Domine ihesu christe qui hora tertia diei ad passionem crucis.* Ultima inc. *Gratias tibi agimus omnipotens deus. qui nos uiuentes.* **16** (f. 300v). *Ad crucem adorandam* ⟨in Parasceve⟩. Ordo: *Deus in adiutorium, psalmus Iubilate deo, Gloria patri, Kyrie, Pater noster, Capitulum Adoramus te christe..., Dominus uobiscum,* tres precationes, quarum prima inc. *Domine ihesu christe fili dei uiui* et tertia inc. *Domine ihesu christe lux uera. aeternus amor., Psalmus Cantate domino, Gloria patri, Kyrie, Pater noster, capitulum*

Saluator mundi salua nos, tres precationes, quarum prima inc. *Domine ihesu christe nazarene* et tertia inc. *Obsecro te ihesu christe per crucem tuam*, psalmus *Cantate domino, Gloria patri, Kyrie, Pater noster, Capitulum Per signum sanctae crucis*, dein quattuordecim precationes, quarum prima inc. *Domine ihesu christe qui es et qui eras cum patre ante saecula*, et ultima inc. *Ihesu nazarene deus meus benedicat tibi anima mea.* **17** (f. 307). Litaniae omnium sanctorum (in ms. litt. capitalibus *In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Incipiunt rogationes ad honorem Dei et Sanctae Dei Genitricis Mariae et omnium sanctorum. pro quacumque tribulatione siue aliqua necessitate*), tribus subiunctis precationibus, quarum prima inc. *Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis* et ultima (f. 314ᵛ) inc. *Dominator domine deus omnipotens. qui es trinus et unus.* Nominantur omnes sancti V. T. et quamplurimi christiani, inter quos: Gagias, Senesius, Theopontus, Cantius, Cantianus, Cantianillus, Proculus, Primus, Hermagoras, Quiricus, Abdon, Sennen, Calepodius, Thyrsus, Brictius, Maurus, Columbanus, Gallus, Maiolus, Bessarion, Pambo, Sisöes, Fusca, Febronia, Mustiola, Brienna, Taisis. Nomen solius s. Benedicti litteris capitalibus rusticis minio illuminatis scriptum. **18.** Trina confessio. ¹ (f. 316ᵛ). Ad sanctam Trinitatem. Inc. *Confiteor tibi domine pater sancte creator omnium.* Des. *perduc me Ad uitam aeternam. Amen.* ² (f. 319). Ad eandem. Inc. *Tibi domine deus meus confiteor crimina.* Des. *Cui est cum deo patre... aequus honor et par gloria in saecula saeculorum. Amen.* ³ (f. 321ᵛ). *Confessio pęnitentis ad sacerdotem.* Inc. *Ego confiteor tibi domine pater caeli et terrę.* Des. *ut donet michi... omnium peccatorum remissionem. Amen.* **19** (f. 323ᵛ). *Oratio Pro peccatis.* Inc. *Da quaesumus omnipotens deus nostrorum nobis ueniam peccatorum.* **20** (ibid.). *Oratio Pro Plures penitentes* (!). Inc. *Omnipotentes et misericors deus qui peccatorum indulgentiam.*

Tituli ac litterae maiores minio scriptae, litterae autem maximae ingenioso nexu atque coloribus distinctae. F. 46ᵛ vacuum. Post f. 19 et f. 288 duo folia exciderunt. F. 46ʳ pictura tabularis exornat: Agnus Dei in circulo, haec inscriptio cum ingeniosa dispositione litterarum: *Domus Trinitatis Lucis Pacis* et quattuor evangelistae. 275ᵛ altera pictura tabularis: sol et luna, duo angeli, Crucifixus et ad crucis pedem ss. Virgo et s. Ioannes.

Tegumenti dorsum Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii stemmata praebet.

85. Saec. XI. XII, membran., mm. 297 × 192, ff. 283 (+ ff. 1-8 librarii neglegentia bis numeratis).

⟨**Diurnale Benedictinum**⟩ monasterii sancti Damiani de Ponte ferri.

Codex tribus fasciculis constat.

I. Saec. XI. F I. Calendarium, quod inc. *Iani prima et septima* et des. *S. Siluestri papae* et manu saec. XIV *cuius reliquie sunt in altari.* Inter nomina litteris uncialibus exscripta: Agatha, Georgius, Urbanus papa et Zenobius episcopus,

Alexander episcopus fesulanus martyr, Vitus et Modestus, Gervasius et Protasius, Romulus episcopus, Christophorus, Donatus et Hilarianus, Laurentius martyr, Mauritius et socii eius, Reparata, Miniatus et socii eius, s. Caesarius, Salvator et Theodorus, Martinus et Mennas, Caecilia, Clemens episcopus et martyr, Andreas, Nicolaus, ad quem manus saec. XIV addidit *cuius reliquie sunt in altari exteriori,* Ambrosius, Lucia. Die III idus iunias iuxta nomen *Barnabę apostoli* manus recentior adiunxit *cunsecratio ystjus ecclesie fa*⟨cta⟩ *fujt.* 2 (f. 8^v). ⟨Explanationes et praecepta ad calendarium spectantia⟩. Inc. *Ianuarius Augustus etDecember IIII nonas habet.* Mutila des. *Ratio autem.*

II. Saec. XII. 1 (f. 1). Psalterium gallicanum cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 3, f. 87-307; cf. M. 113, 844-1080). 2. Cantica prophetarum cum scholiis marginalibus praesertim ex s. Hier. desumptis et glossis interlinearibus. Primum scholium inc. *Ieronimus. prophetauerat ysaias quod deus percuteret flumen egipti.* [1] (f. 210). *Confitebor.* [2] (f. 210^v). *Ego dixi.* [3] (f. 212). *Exultauit cor meum.* [4] (f. 213). *Cantemus domino.* [5] (f. 215). *Domine audiui* cum ⟨glossa ordinaria et interlineari⟩ (Bibl. cit., 4, f. 393^v-395). [6] (f. 217). *Audite celi.* 3 (f. 221). ⟨Pseudo-Athanasii⟩ symbolum *Quicumque uult* cum commentario marginali paululum tantum ab edito diverso (M. P. G., 28, 1595-1604). Commentario subnectitur (f. 224) ⟨fragmentum epistulae 30⟩ s. Hieronymi, quod inc. ... *beati immaculati. Omnis moralis locus in hoc psalmo est comprehensus. factus est autem secundum ordinem hebreorum elementorum ita ut ex singulis octo uersus incipiant et secundum interpretationem singulorum debent intelligi que sequuntur. Aleph,* et des. *uox promittitur* (M. 22, 443, n. 5 - 444, n. 12, 4). 4. Cantica et hymni. [1] (f. 224). *Benedicite.* [2] (f. 224^v). *Benedictus dominus.* [3] (ibid.). *Magnificat.* [4] (f. 225). *Nunc dimittis.* [5] (ibid.). *Te Deum.* 5 (f. 225^v). *Pater noster, credo in deum.*

III. Saec. XII. 1 (f. 226). Capitula et orationes de communi unius pontificis, plurimorum pontificum, virginis atque de dominicis et ferialibus diebus. Inc. *Talis enim decebat.* Des. *Propitiare domine iniquitatibus... perpetuo misericordie tuę munere gloriemur.* 2. Hymni ordinarii officii (f. 231) per ebdomadam, (f. 238) in adventu, (f. 239) in nativitate, (f. 240) in epiphania Domini atque (f. 240^v) in ss. Virginis purificatione dicendi. [1] (f. 231). *Primo dierum omnium.* [2] (f. 231^v). *Nocte surgentes uigilemus omnes.* [3] (ibid.). *Aeterne rerum conditor.* [4] (f. 232). *Ecce iam noctis tenuatur umbra.* [5] (ibid.). *Iam lucis orto sidere.* [6] (f. 232^v). *Nunc sancte nobis spiritus.* [7] (ibid.). *Rector potens uerax deus.* [8] (ibid.). *Rerum deus tenax uigor.* [9] (f. 233). *Lucis creator optime.* [10] (ibid). *Te lucis ante terminum.* [11] (f. 233^v). *Christe qui lux es et dies.* [12] (ibid.). *Somno refectis artubus.* [13] (f. 234). *Splendor*

paterne glorie. [14] (f. 234v). *Immense cęli conditor.* [15] (ibid.). *Consors paterni luminis.* [16] (f. 235). *Ales diei nuntius.* [17] (ibid.). *Telluris ingens conditor.* [18] (f. 235v). *Rerum creator optime.* [19] (ibid.). *Nox et tenebre et nubila.* [20] (f. 236). *Celi deus sanctissime.* [21] (ibid.). *Nox atra rerum contegit.* [22] (ibid.). *Lux ecce surgit aurea.* [23] (f. 236v). *Magne deus potentie.* [24] (ibid.). *Tu trinitatis unitas.* [25] (f. 237). *Aeterna celi gloria.* [26] (f. 237v). *Plasmator hominis deus.* [27] (ibid.). *Summe deus clementię.* [28] (f. 238). *Aurora iam spargit polum.* [29] (ibid.). *O lux beata trinitas.* [30] (ibid.). *Conditor alme siderum.* [31] (f. 238v). *Verbum supernum prodiens.* [32] (f. 239). *Vox clara ecce intonat.* [33] (ibid.). *Veni redemptor gentium.* [34] (f. 239v). *Christe redemptor omnium.* [35] (f. 240). *A solis ortu cardine.* [36] (ibid.). *Hostis herodes impie.* [37] (f. 240v). Carminum initia: *Aue maris; Quem terra; O gloriosa.* [38] (ibid.). *Aures ad nostras... preces.* [39] (241). *Iam christe sol iustitie.* [40] (f. 241v). *Audi benigne conditor.* **3.** Hymni ordinarii officii (f. 241v) in festo s. Benedicti, (f. 243) in dominica de Passione, (f. 245) in Paschate, (f. 246v) in Ascensione, (f. 247v) in Pentecoste, (f. 249) in festo s. Ioannis, (f. 249v) in nativitate s. Petri, (f. 251) in festo s. Pauli, (ibid.) in assumptione, (f. 251v) in festo s. Michaelis, (f. 252v) in commemoratione omnium sanctorum, (f. 253) in festo s. Martini, (f. 253v) in dedicatione Ecclesiae, (f. 254) in nativitate Apostolorum, (f. 254v) in festo plurimorum martyrum, (f. 255v) unius martyris, (ibid.) in nativitate confessoris, (f. 256v) in natali virginum. [1] (f. 241). *Christe sanctorum decus,* in duas partes divisus: altera pars inc. *Imbuit post hinc.* [2] (f. 242v). *Signifer inuictissime.* [3] (ibid.). *Aurora surgit aurea.* [4] (f. 243). *Vexilla regis prodeunt.* [5] (f. 243v). *Pange lingua.* [6] (ibid.). *Lustris sex qui iam peractis.* [7] (f. 244). *Dei fide qua uiuimus.* [8] (f. 244v). *Qua christus hora sitiit.* [9] (ibid.). *Ternis ter horis.* [10] (f. 245). *Ad cenam agni prouidi.* [11] (ibid.). *Rex ęternę domine.* [12] (f. 245v). *Aurora lucis rutilat.* [13] (f. 246v). *Hymnum canamus glorie.* [14] (f. 247). *Ihesus nostra redemptio.* [15] (ibid.). *Aeterne rex altissime.* [16] (f. 247v). *Iam christus astra ascenderat.* [17] (f. 248). *Veni creator spiritus.* [18] (f. 248v). *Beata nobis gaudia.* [19] (f. 249v). *Ut queant laxis,* in duas partes divisus, quarum altera inc. *Ceteri tantum cecinere uatum.* [20] (ibid.). *Felix per omnes festum.* [21] (f. 250v). Initium hymni *Exultet cęlum.* [22] (ibid.). *Aurea luce et decore roseo,* in duas partes divisus, quarum altera inc. *Doctor egregie paule.* [23] (f. 251). Canticorum initia *Exultet celum; Doctor egregie.* [24] (ibid.). *Aue maris stella.* [25] (f. 251v). *Quem terra pontus ethera.* [26] (ibid.). *O gloriosa femina.* [27] (ibid.). *Tibi christe splendor patris.* [28] (f. 252). *Christe sanctorum decus angelorum.* [29] (f. 252v). *Ihesu saluator seculi.* [30] (ibid.). *Christe redemptor omnium.* [31] (f. 253). *Rex christe martini decus.* [32] (ibid.). *Martine par apostolis.* [33] (f. 253v). *Urbs beata ierusalem.* [34] (ibid.). *Angularis fundamentum lapis.* [35] (f. 254). *Exultet celum lau-*

dibus. [36] (ibid.). *Aeterna christi munera apostolorum gloria.* [37] (f. 254ᵛ). *Sanctorum meritis inclita gaudia.* [38] (f. 255). *Eterna christi munera et martirum uictoria.* [39] (ibid.). *Rex gloriose martirum.* [40] (f. 255ᵛ). *Deus tuorum militum.* [41] (ibid.). *Martir dei qui unicum. patris.* [42] (f. 256). *Ihesu corona celsior.* [43] (ibid.). *Iste confessor domini sacratus.* [44] (f· 256ᵛ). *Ihesu corona uirginum.* [45] (ibid.). *Virginis proles opifexque matris.* **4.** Cantica in Adventu recitanda. [1] (f. 257). *Ecce dominus in fortitudine ueniet* (Isai., 40, 10-17). [2] (f. 257ᵛ). *Cantate domino... laus eius ab extremis terrę* (ibid., 42, 10-16 *in directa*). [3] (f. 258). *Haec dicit dominus redemptor israel* (ibid., 49, 7-13). **5.** Cantica in nativitate Domini. [1] (f. 258ᵛ). *Populus gentium qui ambulabat in tenebris* (ibid., 9, 2-7). [2] (f. 259). *Letare ierusalem et diem festum agite* (ibid., 66, 10-16 ap. Sabatier, 2, 1, p. 635-636 in notis). [3] (f. 259ᵛ). *Urbs fortitudinis nostre syon* (ibid., 26, 1-12). **6.** Cantica in Quadragesima persolvenda. [1] (f. 260). *Deducant oculi mei* (Ier. 14, 17-21). [2] (f. 260ᵛ). *Recordare domine quid acciderit* (Ier. orat. v. 1-2). [3] (ibid.). *Tollam quippe uos de gentibus* (Ezech., 36, 24-28). **7.** Cantica in resurrectione Domine recitanda. [1] (f. 261). *Quis est iste qui uenit de Edom* (Isai., 63, 1-5). [2] (f. 261ᵛ). *Venite et revertamur* (Osee, 6, 1-6). [3] (ibid.). *Expecta me dicit dominus* (Sophon., 3, 8-13). **8.** Cantica in nativitate Apostolorum. [1] (f. 262). *Vos sancti domini* (Isai., 61, 6-9). [2] (f. 262ᵛ). *Fulgebunt iusti, et tanquam scintille* (Sapient., 3, 7-9). [3] (f. 262ᵛ). *Reddidit deus mercedem laborum sanctorum* (ibid., 10, 17-20). **9.** Cantica in natali unius martyris. [1] (f. 263). *Beatus uir qui in sapientia morabitur.* Des. *Et nomine ęterno hereditabit illum, dominus deus noster* (Eccli., 4, 22; 15, 3-4). [2] (f. 263). *Benedictus uir qui confidit in domino* (Ierem., 17, 7-8). [3] (ibid.). *Beatus uir qui inuentus est sine macula* (Eccli., 31, 8-11). **10.** Cantica in natali virginum. [1] (f. 263ᵛ). *Audite me diuini fructus* (ibid., 39, 17-21). [2] (ibid.). *Gaudens gaudebo in domino* (Isai., 61, 10-62, 3). [3] (f. 264). *Non uocaberis ultra derelicta* (ibid., 62, 4-7). **11.** Cantica in dominicis diebus. [1] (f. 264ᵛ). *Domine miserere nostri* (ibid., 33, 2-10). [2] (f. 264ᵛ). *Audite qui longe estis* (ibid., 33, 13-18). [3] (f. 265). *Miserere domine plebi tue* (Eccli., 36, 14-19).

12. Orationes (f. 265ᵛ) de s. Cruce, s. Maria, (f. 266) s. Michaele, s. Ioanne Baptista, ss. Petro et Paulo, s. Stephano, ss. martyribus, (f. 267) s. Martino, s. Benedicto, s. Nicolao, ss. confessoribus, virgine et martyre, (f. 268) pace. Inc. *Perpetua quaesumus domine pace custodis.* Des. *secura tibi seruiat libertate.* **13** (f. 268). Capitula, preces, versiculi, orationes dominicis et ferialibus diebus recitanda ad laudes, ad horas, ad vesperas, ad completorium. **14** (f. 270ᵛ). *In estiuo tempore capitulum ad nocturnum Vigilate et state in fide; pro familiaribus ad nocturnum oratio Da famulis et*

famulabus tuis; deinde aliae duae *orationes Actiones nostras* et (f. 271) *Annue nobis domine; in laudibus capitulum Nox precessit dies autem appropinquabit; capitulum ad primam* deest; *Pro iter agentibus orationes Largire quaesumus domine; Hostium nostrorum quaesumus domine allide superbiam...; Annue nobis domine; ad III oratio Gratie tue quaesumus domine; ad VI oratio Famulos et famulas tuas; ad VIIII oratio Da quaesumus domine famulis et famulabus; in psalmis gradualibus orationes Absolue domine animas;* (f. 272) *Deus cui proprium est; Pretende domine misericordia tua; capitulum In omnibus requiem quesivi; oratio Deus qui salutis ęterne beate marie semper uerginitate fecunda; in laudibus de omnibus sanctis capitulum Sancti per·fidem,* dein ⟨versiculi⟩, quorum primus *Post partum uirgo* etc..., *oratio Deus qui nos concedis beate marie; ad prima*⟨m⟩ *capitulum Et dixit michi in iacob inhabita; oratio Beate et gloriose semper uirginis;* alia *oratio Ut tibi domine placere possimus;* (f. 273) *capitulum ad III Radicaui in populo honorificato, orationes Deus qui salutis; Tribue quesumus domine omnes sanctos; ad VI capitulum Quasi cedrus, orationes Porrige nobis deus dexteram; Ut tibi* ⟨domine placere possimus⟩; *capitulum ad VIIII In plateis sicut cinnamomum; oratio Protege domine populum tuum; ad uesperum capitulum Ego quasi uitis;* (f. 273ᵛ) *oratio Deus qui salutis; ad completorium capitulum Ego mater pulchre dilectionis; oratio Concede quesumus omnipotens deus. ut qui peccatorum; ad uesperum de sanctis capitulum Scimus quoniam diligentibus deum; oratio Omnipotens deus nos famulos tuos dextera; ad uesperum de sancta maria* ⟨antiph.⟩ *Antequam conuenirent; psalmus dixit dominus; capitulum Ecce uirgo concipiet; responsorium Aue maria gratia; hymnus Aue maris stella; uersiculus Elegit eam deus; ad magnificat, antiph. Beata me dicent; oratio Deus qui de beate marie;* (f. 274) *in laudibus, antiph. Prophete predicauerunt; psalmus Dominus regnauit; capitulum Ecce uirgo concipiet; responsorium Aue maria gratia plena; uersiculus Elegit eam deus; ad benedictus antiph. Spiritus sanctus in te descendet; oratio Deus qui de beate; ad I, antiph. Ecce uirgo concipiet; capitulum Et dixit michi; oratio Deus qui uerbum tuum; ad III, antiph. Angelus domini; capitulum Ecce uirgo concipiet; oratio Deus qui de beate; ad VI, antiph. Ecce ancilla domini; capitulum Radicaui*; *oratio Deus qui uerbum; ad VIIII, antiph. Beata es maria que credidisti; capitulum In plateis sicut; oratio Deus qui uerbum tuum; ad uesperum ut supra.* **15** (f. 274). *In uigilia mortuorum* precationes XV: *Quesumus domine ut animabus famulorum; Deus indulgentiarum domine; Deus qui inter catholicos sacerdotes; Deus uenie largitor; Omni-*

potens sempiterne deus cui nunquam sine spe; Inclina domine aurem; Deus qui nos patrem (manu saec. XIV); (f. 275) *Deus cuius miseratione; Deus fidelium lumen animarum; Omnipotens sempiterne deus collocare dignare; Suscipe domine preces nostras*; *Ascendant ad te domine preces nostre; Deus uita uiuentium; Presta quesumus omnipotens deus ut animas; Fidelium deus*; (f. 276) *Animabus quesumus.*
16 (f. 276). Litaniae sanctorum. Litteris uncialibus scripta sunt nomina ss. Virginis, ss. Michaelis, Gabrielis, Raphaelis, Marcelli, Gregorii, Nicolai, Benedicti, Mauri. Numerantur inter sanctos: Romualdus, ad quem manus saec. XIV apposuit *II* (scil. bis canendum), Virianus, Blasius, Frigidianus, Nicomedes et Proculus, Cosma et Damianus, ad quos iterum nota *II* inspicitur, Scholastica, ad quam eadem manus saec. XIV apposuit *II*, Petronilla, Reparata, Flora, Lucilla, Christiana.

Folio 279ᵛ insunt: [1]) sex versus rhytmici de diebus ferialibus, quorum primus partim deletus inc. *Lunis pro...*; [2]) *Cosmas et damianus anterus leontius eupropius hi quinque fratres a deo coronati sunt;* [3]) oratio *Propitiare domine* de ss. Cosma et Damiano aliisque *quorum in ista continentur ecclesia merita gloriosa;* [4]) antiphona *Aue regina celorum* cum notis musicis. Folia 280-281 (mm. circiter 266 × 172) continent ⟨officium s. Mariae Magdalenae per omnes horas⟩ sine lectionibus et cum tribus hymnis, quorum primus: *Consonis christum ueneremur odis*; secundus: *Fidelium deuotio*; tertius: *Maria fusis crinibus* (Chevalier, n. 3825. 6308. 11105), saec. XIII exscriptum. Folium 282 (mm. circiter 239 × 170) saec. XIII descriptum exhibet in priore pagina duas precationes *Concede quesumus; Propitiare nobis,* quibus manus paulo recentior nomina ss. Cosmae et Damiani inseruit versiculosque praefixit, propositis verbis: *Memoria sanctorum, quorum reliquie hic sunt;* et in posteriore pagina antiphonas *Ortus ab antiochia; Surge accipe spiritum* in laudem s. Apollinaris Ravennatis, notis musicis et evovis instructas. Folium 283 (mm. 220 × 159) in priore pagina continet antiphonam ad vesperas *O Martir domini* in laudem eiusdem s. Apollinaris, aliamque antiphonam *ad laudes in omnibus diebus* de sanctis *quorum reliquie sunt in hoc templo,* et in altera pagina antiphonas *Sancti dei; O deus alfa et ω* notis musicis instructas, aliaque nullius momenti.

Codicem diversi librarii scripserunt. Litterae maximae secundi fasciculi rubro caeruloque colore distinctae, prima excepta auro et coloribus exornata; litterae maiores rubro et caeruleo alterno: reliquorum autem fasciculorum litterae tum maximae tum maiores una cum titulis minio tantum depictae. Librarius recentior Camaldulensis additamenta, correctiones notulasque hic illic adiunxit. In priore pagina secundi folii custodiae chartula (mm. 213 × 136) adglutinata est, quae nonnulla saec. XIV-XV nullius momenti continet. F. 225ᵛ, eo quod integumenti tabulae adglutinatum fuit, maculatum est atque evanidum. F. 244 refectum. 282ᵛ manu saec. XIII-XIV: *Iste liber est Monasterii sancti damiani de Ponte ferri.* Codicem descripsit Ehrensberger, p. 311-312.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

86. Saec. XII in., membran., mm. 287 × 192, ff. 196.

Psalterium et cantica.

1 (f. 5). Psalterium Gallicanum cum <glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 3, f. 87-307; cf. M. 113, 844-1080). Praemittuntur (f. 3) <prothemata> ab editis valde diversa. Inc. <D>*ebemus intelligere ut cantemus humana ratione.* Des. *et liber psalmorum dicitur. non cantici. vel liber canticorum* (cf. M. 113, 841-844). **2.** Cantica prophetarum cum iisdem scholiis marginalibus et glossis interlinearibus, quae in cod. praecedente occurrunt. [1] (f. 181^{v}). *Confiteor.* [2] (f. 182). *Ego dixi.* [3] (f. 183). *Exultauit cor meum.* [4] (f. 184). *Cantemus domino.* [5] (f. 185^{v}). *Domine audiui.* [6] (f. 187). *Audite cęli.* Subsequuntur (f. 191-192) varia exerpta praesertim ex s. Hieronymo et s. Augustino, quae accuratius describere operae pretium non visum est. **3** (f. 193). *Fides catholica s. Athanasii,* seu symbolum *Quicumque*, interiectis glossis additoque commentarii fragmento, versus finem ab edito diverso (M. P. G., 28, 1595-1599, C, 1).

Ff. 1-4 miscellanea continent parvi prorsus momenti, quorum praecipua ex s. Augustino, s. Ambrosio, s. Hieronymo, s. Isidoro, Origene, Beda deprompta sunt. Hic tantum recensendam duxi s. Clementis constitutionem de ieiunio, quae inc. *Ego cl*<e>*mens romane sedis pontifex,* et des. *duodecimus ante natiuitatem domini.* Ff. 195-196^{r} pauca excerpta, praesertim ex s. Ambrosio et Beda, aliaque nullius valoris exhibent, diversis manibus pariter atque miscellanea saec. XII ex. conscripta.

Codex litteris minutis erectis splendet. Tituli, aeque ac litterae maximae et maiores, minio depicti. F. 196^{v} vacuum: complura alia folia saepe in margine inferiore resarta. In marginibus et inter lineas tum ipsius librarii manu tum altera paulo recentiore additamenta passim occurrunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

87. Saec. XII, membran., mm. 277 × 190, ff. 360.

Psalterium et cantica.

1 (f. 8^{v}). Psalterium Gallicanum cum <glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 3, f. 87-307; cf. M. 113, 844-1080). Praeeunt: [1] (f. 1) *Incipit ratio que docet scriptorem quare et ubi iste due note idest obelum* ÷ *et asteriscum* ⁎ *in psalterio scribere debeat. ex epistola* <106> *s. Hieronimi...* (cf. M. 22, 837-862); [2] (f. 5) <Pseudo->Damasi epistula 5 (M. 13, 440-441); [3] (f. 5^{v}) <Pseudo-Hieronymi epistula 47> (in ms. *prologus*) a v. *Dauid filius iesse cum esset in regno* ad v. *dauid dictus est christus.* (M. 30, 305-306, A, 1); [4] (f. 6^{v}) s. Hier. praefatio: *Psalterium*

rome dudum (M. 29, 121-124). **2.** Cantica prophetarum cum fere iisdem scholiis marginalibus et glossis interlinearibus, quae in cod. 85 occurrunt. [1] (f. 339). *Confiteor tibi domine.* [2] (f. 340). *Ego dixi in dimidio.* [3] (f. 342). *Exultauit cor meum.* [4] (f. 344). *Cantemus domino.* [5] (f. 347). *Domine audiui.* [6] (f. 350). *Audite celi.* 3 (f. 356v). *Fides catholica,* seu symbolum *Quicumque* cum commentario marginali, quod inc. *Sic beatus athanasius liberum arbitrium posuit* et des. *sanctitas sine fastidio. et tota sanitas sine morbo* (cf. M. P. G., 28, 1595-1604), et glossis interlinearibus.

Codicem diligenter exaratum ornant litterae maximae auro, coloribus, animalibus miris et insolitis excultae, maioresque coloribus depictae. Tituli minio exscripti. Ff. 7r. 8r vacua; 7v litteris capitalibus aureis exaratum. Folia complura resarta. 360v pauca nullius momenti.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

88. Saec. XII ex., membran., mm. 266 × 177, ff. 190.

Psalterium et cantica.

1 (f. 3). Psalterium Gallicanum cum glossa ordinaria ⟨Walafridi Srabi⟩, ordine ab editis diversa, et glossa interlineari ⟨Anselmi Laudunensis⟩ (Bibl. cum glossa, 3, f. 87-307; cf. M. 113, 844-1080). **2.** Cantica prophetarum cum iisdem scholiis in marginibus et glossis inter lineas, quae in cod. 85 occurrunt. [1] (f. 180). *Confiteor tibi domine.* [2] (f. 180v). *Ego dixi in dimidio dierum meorum.* [3] (f. 181v). *Exultauit cor meum.* [4] (f. 182v). *Cantemus domino.* [5] (f. 183v). *Domino audiui auditionem tuam.* [6] (f. 185v). *Audite celi que loquor.*

Litterae tum maximae tum maiores uno aut diversis coloribus rudi arte exaratae. Tituli rubro et viridi colore pessime exornati. F. 190v vacuum. In chartae frustulo folio 1r adglutinato legitur nota: *Psalterium cum glossa ordinaria et interlineari et alia. 88,* manu saec. XVI exscripta. 1v varia parvi momenti, quae inter nonnulla de duplici cruce, diaboli et Dei, de diabolo Iesum tentante, de dei visitatione, de confessione etc., diversis manibus saec. XII. XIII exarata, dein saec. XIII *liber sancte marie de uado.* F. 2 fragmentum ⟨sermonis in 60, 11 evangelii s. Ioannis⟩ initio et fine mutili. 189r paucissima nullius momenti. 189v diversis manibus saec. XIII notula: *Istud salterium est* (manus recentior correxit *fuit*) *magistri jacobini patriarce VI. libr.;* pauca ex dictis s. Augustini ⟨de virtute psalmorum⟩ usque ad v. *deum letificat* (M. 142, 46), quaedam notae musicae, confessionis publicae formula, quae inc. *Ego dico culpam meam deo et uobis de omnibus peccatis meis* aliaque tum latina tum germanica lingua nullius momenti. 190r excerpta ex s. Hieronymo, ex s. Gregorio, ex digestis, et notulae de s. Scriptura, quae referre non iuvat.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

89. Saec. XII-XIII, membran., mm. 256 × 164, ff. II. 127 (+ f. 93a librarii oscitatione bis numerato).

⟨**Gilesberti Porretani**⟩ Commentarium in psalterium. Inc. *Huic psalmo non*

est ausus esdras apponere titulum. Des. *Et quia sapere secundum carnem mors est, totam istam armoniam spiritualiter uolens intelligi, ita conclusit omnis spiritus laudet dominum.* Praemittuntur: [1] (f. 1). ⟨Eiusdem praefatio⟩. Inc. *Septuaginta interpretes qui psalterium de ebreo in grecum transtulerunt.* Des. *ex uerbo uerbum transtulit sicut et in ęcclesiis sepe inuenitur.* [2] (ibid.). ⟨Eiusdem⟩ *De materia atque intentione, nec non et titulo psalterii.* Inc. *Christus integer. caput cum membris, est materia huius libri.* Des. *quod in actibus apostolorum legitur dictum. singulariter. in libro psalmorum* (cf. B. Hauréau, *Notices et extraits de quelques manuscrits latins de la bibliothèque nationale, Paris* 1890, 1, p. 2-3, n. 439).

Codex binis columnis exaratus. Tituli, psalmorum versiculi eorundemque verba ac saepe saepius auctoritates rubro atramento exscripta. Ff. I^r^. 1^r^ manu saec. XV *Expositio super psalmista continua. y.* Ff. I^v^. II^r^ diversis manibus saec. XIII calami probationes ac nonnulla latino et narbonensi idiomate, inter quae occurrunt nomina Petri et presbiteri Manfredi. II^v^ vacuum. 125^v^. 126 quaedam parvi pretii. 127^r^ possessorum notulae flocci faciendae. 127^v^ *precio florinorum trium auri.* Inter f. 67 et f. 68 frustulum membran. mm. 145 × 104 insertum est.

Operculorum tabulae rubro corio saec. XVI obductae.

90. 91. Saec. XII-XIII, membran.

I (**90**) mm. 396 × 275, ff. 229.

II (**91**) mm. 396 × 271, ff. I. 218.

⟨**Petri Lombardi** commentarii in psalmos⟩ (M. 191, 55-1296).

Volumen prius commentarios continet usque ad psalmum 75 inclusive, posterius vero ex psalmo 76 usque ad finem. Litterae maximae auro illitae et coloribus ornatae, maiores autem rubro et caeruleo alterno. Auctoritates in marginibus minio exscriptae. Uterque codex binis columnis diligenter exaratus exhibet in margine inferiore f. 1 stemma manu saec. XV adpictum cum inscriptione: *VRBANVS × DE × FLISCO.* F. 229^r^ vacuum. 229^v^ quaedam turpiter erasa et notula manu saec. XV bis conscripta *Prima pars psalterij glossati melioribus notis.* 1^r^ in summo margine: *1499. 1 augusti.* Ff. I. 218^v^ codicis 91 vacua. In folio posteriori tabulae adglutinato *S. Nicolò*, quaedam nullius pretii et nomen quoddam erasum et superindutum nomine *Nicolaus de flisco.*

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

92. Saec. XIV, membran., mm. 384 × 260, ff. 292.

⟨**Petri Lombardi** commentarii in psalmos⟩ (M. 191, 55-1296).

Codex binis columnis exaratus. Litterae initiales omnes psalmorum auro et coloribus, aliquando etiam imaginibus biblicis distinctae, maximae rubro et caeruleo, maiores rubro aut caeruleo colore depictae. Litterae initiali praefationis inest imago Petri Lombardi scribentis. Auctoritates minio exscriptae in margine superiore complurium foliorum. Opere absoluto (f. 292^v^) legitur *Angele qui meus es custos pietate supern*⟨a⟩ | *Me tibi commissum serua. tutare. gubern*⟨a⟩ | *Terge meam mentem uiciis et labe uetern*⟨a⟩

| *Assiduusque comes mihi sis, uiteque lucern*<a>. Complura folia aliquantulum oleo maculata. Brevia additamenta in marginibus passim occurrunt.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii exhibentur.

93. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 386 × 260, ff. 354 (+ ff. 169-178 librarii oscitatione bis numeratis).

<**Petri Lombardi** commentarii in psalmos> (M. 191, 55-1296).

Codex binis columnis exaratus. Litterae maximae ac maiores rubro et caeruleo colore exornatae, perraro autem auro coloribus imaginibus depictae. In margine superiore foliorum auctoritates rubro atramento exscriptae. Brevia additamenta marginalia passim occurrunt. F. 354^{v} opere absoluto, *finito Christus rex, Libro sit benedictus* et quaedam plumbo pallidissimo exarata parvi, ut videtur, momenti.

Integumentum tesseras gentilicias Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii praebet.

94 (olim 8, cf. f. I^{r}). Saec. XIV in., membran., mm. 415 × 245, ff. I. 319 (+ ff. 223^{a}. 247^{a}. 281^{a} librarii oscitatione neglectis).

<**Petri Lombardi** commentarii in psalmos> (M. 191, 55-1296).

Folium 248^{r} in marginibus fragmentum exhibet <postillae Hugonis de s. Charo in psalmum 113>, quod inc. *In exitu Israel. tytulus. alleluia. supra imitauit gentes ad laudem* et des. *confusus sum et erubui. et ubi debet* (ed. Lugduni 1645, 2, f. 294^{r}-294^{v}, col. b, 13).

Codex binis columnis exaratus. Litterae maximae rubro et caeruleo, interdum etiam auro coloribus imaginibus distinctae, maiores vero rubro et caeruleo, perraro autem auro et coloribus ornatae. F I^{v} vacuum. I^{r} notula parvi momenti catalaunica lingua exscripta. 317, opere absoluto, legitur: *finito Christus rex libro sit benedictus.* 317^{v}-318^{v} possessoris notula erasa aliaque plumbo pallidissime exarata. F. 319^{r} actus matrimonialis an. 1339 et notitia de nativitate filii lingua catalaunica conscripta, dein *Item obijt idest fuit occissus. per. male uolentibus. suis. petrus dessalvanhio filium quondam. Willelmi. burgensis. carurcj. XXIII. die mensis. octobris. anno. domini. millisimo. ccc°. LXJ°. hora completorij. qua ora. itur. spasiatum. et fuit. factum apud pontem uoquatum. deualantre. cuius. anima requiesquat in pace amen*, pauca nullius momenti aliaque plumbo hic illic evanido exarata. 319^{v} pauca nullius, ut videtur, pretii.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

95. Saec. XIV, membran., mm. 367 × 270, ff. 264.

<**Petri Lombardi** commentarii in psalmos> (M. 191, 55-1296).

Codex binis columnis exaratus. Litterae maximae coloribus distinctae, maiores autem rubro et caeruleo colore exornatae. F. 198 vacuum. In folio priori tabulae adglutinato scriptum legimus: *die XIIII mensis octobris 1511 fuit factum consixtorium publicum et papa sedit pro tribunali in sede maiestatis et priuauit IIII Cardinales uidelicet Cardinalis sancte crucis Cardinalis sancti malo Consentinus baiocensis et ipsemet pronu*<n>*ciauit in forma procurator ficalis penis.* Folio posteriori tabulae adglu-

tinato manu saec. XV pauca insunt de virtute invocationis B. M. Virginis, quae referre non expedit.

Integumenti tabulae corio castanei coloris saec. XVI obductae. Fibulae avulsae.

96. Saec. XIII ex., membran., mm. 370 × 264, ff. 274 (+ ff. 141ᵃ. 156ᵃ. 244ᵃ librarii oscitatione neglectis, — ff. 190-199 omissis).

⟨**Petri Lombardi** commentarii in psalmos⟩ (M. 191, 55-1296).

In marginibus duo librarii saec. XIII-XIV scholia amplissima in praefationem Petri Lombardi et in psalmos 1-72 festinanter exscripserunt. Scholium in psalmum primum inc. *Intentio huius psalmi et aliorum est generare conformitatem christi in hominibus que consistit in uirtutibus quarum finis est beatitudo.* Scholium in psalmum secundum inc. *Quare fremuerunt gentes. Quidam hebrei dicunt quod iste psalmus et precedens sunt unus psalmus. unde Gamaliel dicit quod primus psalmus incoatur a beatitudine et finitur in beatitudine.*

Codex binis columnis exaratus. Litterae maximae interdum auro coloribus imaginibus distinctae, saepe vero rubro et caeruleo colore pariter atque litterae maiores exaratae. Tituli et auctoritates minio exscripta sunt.

Integumenti tabulae corio castanei coloris saec. XVI obductae.

97. Saec. XIII, membran., mm. 315 × 216, ff. I. 226.

⟨**Petri Lombardi** commentarii in psalmos⟩ (M. 191, 55-1296).

Ff. I. 1. 225-226 avulsa ex codice continente Decretales cum notulis marginalibus. Ff. Iᵛ. 225-226 continent Gregorii IX Decretal. II, 28, 1-2; I, 1 usque ad v. *admittunt.* F. 1 continet eiusdem Gregorii IX Decretal. III, 1, 1-6. 9; 2, 1-3 usque ad v. *publice tenent.*

Litterae maximae auro coloribus figuris distinctae, maiores rubro et caeruleo, interdum etiam auro et coloribus. Tituli et auctoritates rubro exscripta. In marginibus additamenta passim occurrunt, perraro vero notulae plumbo pallidissimo exaratae. F. 224ʳ, opere absoluto, legitur *explicit psalterium glosatum. Christus laudetur. quia libri finis habetur. amen.* 224ᵛ elenchus quorundam nominum communium. 226 quod fuit integumento adglutinatum, posteriori in pagina perevanidum. I altero folio chartaceo vacuo adglutinatum est.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

98 (olim 2429, cf. f. 1ʳ). Saec. XII, membran., mm. 331 × 250, ff. 135.

Psalterium, cantica, hymni et alia.

1 (f. 1ʳ). **Psalterium gallicanum,** cum titulis seu prologis ex s. Augustini enarratione in versiculum primum fere omnium singulorum psalmorum, glossis interlinearibus et scholiis marginalibus praesertim ex eiusdem enarrationibus in psalmos (cf. M. 36, 67-1028; 37, 1033-1966)

paucisque vero ex s. Hieronymo. Praemittitur <s. Basilii> prologus in psalmos <Rufino interprete>, in ms. s. Augustino tributus: *Omnis scriptura diuinitus inspirata* (M. 36, 63-66). **2. Cantica**, hymni et preces. [1] (f. 123^{v}). *Confitebor tibi domine.* [2] (f. 124). *Ego dixi in dimidio dierum meorum.* [3] (ibid.). *Exultauit cor meum.* [4] (f. 124^{v}). *Cantemus domino.* [5] (f. 125). *Domine audiui audicionem tuam.* [6] (f. 125^{v}). *Audite cęli quę loquor.* [7] (f. 126^{v}). *Benedicite.* [8] (f. 127). *Benedictus.* [9] (ibid.). *Magnificat.* [10] (ibid.). *Nunc dimittis.* [11] (f. 127^{v}). *Te Teum.* [12] (ibid.). *Gloria in excelsis.* [13] (ibid.). *Pater noster.* [14] (f. 128). *Credo.* [15] (ibid.). *Quicumque uult saluus esse.*

3 (f. 129). *Incipiunt uersus metrice compositi de laude psalterii* (M. G. H., Poet. lat., 1, p. 92-93, carm. 5).

4 (f. 129^{v}). Expositio in precationem dominicam. Inc. *Pater noster qui es in cęlis. hoc nomine et caritas excitatur. quid enim carius filiis debet esse quam pater?* Des. *Reliqua uero. IIII. ad temporalem uitam pertinere uidentur.*

5 (f. 130). Expositio in symbolum apostolorum. Inc. *Symbolum quod continetur breuiter propter aeternam salutem omne quod credimus nuncupatur a similitudine quadam translato uocabulo.* Des. *Remissione peccatorum. etiam post baptisma. huius carnis resurrectionem. Inde uitam ęternam. amen.*

6 (f. 130^{v}). Litaniae maiores. Inter sanctos: Audoenus, Austregisilus, Medardus, Gildardus, Vedastus, Launomarus.

7 (f. 133^{v}). <Fragmentum enarrationis s. Augustini in psalmum 150> (M. 37, 1960-1963, n. 3).

Ff. I-II ex libro binis columnis saec. XIII exarato avulsa <codicis Iustiniani> fragmenta cum <Accursii glossis> continent: [1] (f. I) lib. I, 3 inde a v. *intentio calumniosa* usque ad v. *prouincias mo*<derantium> (Corpus iuris civ., ed. P. Krueger, Berolini 1892, 2, p. 22, n. 32, lin. 16 - 24, n. 36, lin. 24); [2] (f. II) lib. I, 6-9 inde a v. <qualiter>*cumque habuerunt* usque ad v. *fidei nostre* si<gnum> (loc. cit., p. 60, n. 3, lin. 6 - 61, n. 7, lin. 3).

Codex partim lineis plenis, partim duabus columnis exaratus. Litterae maximae variis saepe coloribus exornatae, maiores rubro et caeruleo alterna vice depictae, tituli minio exscripti. F. 133^{r} quaedam parvi momenti. Foliis 134^{v}-135^{r} notulae insunt iudiciariae et pecuniariae a Pardello iudice conscriptae, quas distinctius enucleare operae pretium non visum est. 135^{r} manu ipsius Pardelli legitur: *Anno domini M°. CCC. teresimo* (!) *indictione. I mensis maij die nono eiusdem interfecti sunt comes Anguillar et bercollus de domo ursina a Stephano de colupna.* 135^{v} duae notulae eiusdem valde evanidae.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

99. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 436 × 296, ff. 249 (+ ff. 224-223 librarii oscitatione bis numeratis, — f. 228 omisso).

V. et N. Testamenti libri aliquot cum <glossa ordinaria Wala-

fridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari (Bibl. cum glossa, 3, f. 309-439^{v}; 6, f. 163-275; cf. M. 113, 1079-1232; 114, 425-752).

1 (f. 1). Liber Proverbiorum, praefixo s. Hieronymi prologo: *Iungat epistola* (M. 28, 1305-1308). **2** (f. 40^{v}). Liber Ecclesiastes, praevio s. Hieronymi prologo: *memini me* (M. 23, 1061-1062). **3** (f. 54). Canticum canticorum cum (f. 53^{v}) praefationis fragmento inde a v. *Salomon idest pacificus* (M. 113, 1127, C, 6-1128). **4** (f. 70). Liber Sapientiae, praemisso prologo: *Liber sapientie* (M. 113, 1167). **5** (f. 90^{v}). Liber Ecclesiastici cum ⟨s. Hieronymi⟩ prologo: *Multorum nobis et magnorum* (M. 29, 445-446) et fragmento ⟨praefationis Rabani Mauri in commentaria in Ecclesiasticum⟩, a v. *Iesu filii sirach* ad v. *commentarius sit* (M. 109, 763, B, 14-764, A, 14). **6** (f. 143). Actus Apostolorum. Praemittuntur: 1) prologus: *Lucas antiocensis natione syrus - proficeret medicina* (Bibl. cit., 6, f. 163); 2) glossa in eundem: *Lucas medicus antiocensis - conscribi actus apostolorum* (Bibl. cit., loc. cit.); 3) ⟨locus ex s. Hier. epistula ad Paulinum excerptus⟩ (M. 28, 178, 4-6). Glossae ordinariae (f. 195^{v}) subtexitur ⟨introitus in eosdem actus partim ex s. Hier., de vir. inlustr. 7, concinnatus⟩. Inc. *Fluuius egrediebatur de loco uoluptatis. ad irrigandam paradysum qui inde diuiditur in IIII capita.* Des. *omnia uerba eius medicamenta animarum lugentium.* **7** (f. 196^{v}). S. Iacobi epistula. Praeeunt: 1 (f. 196) ⟨narratiuncula de s. Iacobi vita ex lib. s. Hier. de vir. inlustr. concinnata⟩ (inc. *Iacobus cognomento iustus,* des. *adriani titulum habuit nouissimum*), 2 (ibid.) ⟨s. Hier. prologus in epistulas catholicas⟩: *Non ita est ordo* (M. 29, 863-874); 3 (ibid.) ⟨glossae fragmentum in vitam s. Iacobi⟩ ordine ab edito diversum, quod inc. *Huic operi. Ieronimus* et des. *et absentes per epistolam consolari increpare instruere corrigere uel corripere* (Bibl. cit., 6, f. 209^{v}); 4 (ibid.) ⟨argumentum in epistulas catholicas ex s. Hier. epistula ad Paulinum depromptum⟩: *Iacobus petrus* (M. 28, 178, 7-9). **8.** S. Petri (f. 204^{v}) epistula I; - (f. 212^{v}) II. **9.** S. Ioannis (f. 218) epistula I; - (f. 227) II; - (f. 229) III. **10** (f. 229^{v}). S. Iudae epistula. **11** (f. 233^{v}). S. Ioannis Apocalypsis. Glossa ordinaria in 21, 20 ad f. 248 translata est. Praemittuntur: 1 (f. 232^{v}) praefatio, quae inc. *Omnes qui pie uolunt uiuere* et des. *parabole salomonis hee sunt* (Bibl. cit., 6, f. 239^{v}-240^{v}); 2 (ibid.) prothemata in Apocalypsim: *Sicut in secularibus libris tria queruntur - et certa premia intentio pacienter ferre omnia* (Bibl. cit., 6, f. 240^{v}-241^{r}).

Litterae maximae auro, coloribus, imaginibus ex sacrae Scripturae historiis depromptis exornatae, maiores rubro et caeruleo depictae. F. 142 vacuum. Prologorum et praefationum tituli desiderantur.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

100. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 371 × 250, ff. 147 (+ f. 85^{a} librarii oscitatione omisso).

V. T. libri aliquot cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 3, f. 309-439^{r}; cf. M. 113, 1079-1232).

1 (f. 1). Liber Proverbiorum, praevio s. Hieronymi prologo: *Iungat epistola* (M. 28, 1305-1308). **2** (f. 43). Liber Ecclesiastes, praefixo (f. 42^{r}) ⟨s. Hieronymi⟩ prologo: *Memini me* (M. 23, 1061-1062). **3** (f. 56^{v}). Canticum canticorum cum praefationis fragmento ab editis ordine tantum diverso, inde a v. *Salomon* (M. 113, 1127, C, 5-1128, D, 9). **4** (f. 73). Liber Sapientiae, proposito prologo: *Liber Sapientie* (M. 113, 1167). **5** (f. 92^{r}). Liber Ecclesiastici cum ⟨s. Hieronymi prologo⟩: *Multorum nobis* (M. 29, 445-446) et ⟨Rabani Mauri fragmento praefationis commentariorum in Ecclesiasticum⟩ a v. *Librum ihesu* ad v. *commenta sit* (M. 109, 763, B, 14-764, A, 14).

Litterae maximae rubro caeruleo flavo colore depictae, maiores rubro et caeruleo exornatae. Margines notulis conspersi. F. 147^{v} vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

101. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 362 × 254, ff. 151.

V. T. libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 3, f. 309-386^{r}; cf. M. 113, 1079-1184).

1 (f. 1). Liber Proverbiorum, praevio s. Hieronymi prologo: *Iungat epistola* (M. 28, 1305-1308). **2** (f. 69^{v}). Liber Ecclesiastes, praefixo ⟨s. Hieronymi prologo⟩: *Memini me* (M. 23, 1061-1062). **3** (f. 90^{r}). Canticum canticorum, praemisso praefationis fragmento ab editis ordine tantum diverso, inde a v. *Salomon* (M. 113, 1127, C, 5-1128, D, 9). Subnectitur (f. 115^{v}) glossae ordinariae notula ⟨de tribus osculis⟩, quae inc. *Tria sunt oscula. Primum pedum. II. manuum. III. oris,* et des. *cuius castissimus amplexibus frui desiderat ab ipso osculum postulat. Osculetur me osculo oris sui.* **4** (f. 116). Liber Sapientiae.

Glossa ordinaria in Ecclesiasten abrumpitur v. *ad uoluptatem hortari* (Bibl. cit., 3, f. 354^{v}, F, a, lin. 5). Litterae maximae, quarum prima exhibet in ventre Salomonis imaginem, auro, coloribus, foliis aut floribus eleganter manu saec. XV depictae, litterae maiores rubro et caeruleo colore exornatae. Ff. 68^{v}. 151^{v} vacua.

In tegumenti dorso stemma Alexandri VII.

102. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 303 × 199, ff. II. 197.

V. T. libri aliquot omnino ut in cod. 100, prologo in librum Sapientiae excepto.

1 (f. 1^{v}). Liber Proverbiorum. 2 (f. 57). Liber Ecclesiastes. 3 (f. 75). Canticum canticorum. 4 (f. 97). Liber Sapientiae. 5 (f. 126). Liber Ecclesiastici.

Litterae maximae, prima excepta, desiderantur, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis; litterae maiores rubro et caeruleo colore depictae. In marginibus complurium foliorum notulae occurrunt. Ff. I. II. 196. 197 vacua.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii exhibentur.

103. Saec. XII, membran., mm. 250 × 164, ff. 114.

⟨**Isaiae** prophetia⟩ cum ⟨s. Hieronymi prologo⟩: ⟨N⟩*emo cum prophetas* (M. 28, 825-828), ⟨prothematis in glossam ordinariam⟩, ordine tantum ab editis diversis: *Non sicut ait montanus - nolui libros explanationis extendere* (Bibl. cum glossa, 4, f. 2, A, 1-B, 25), ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cit., 4, f. 3^{v}-108^{v}; cf. M. 113, 1231-1316).

F. 113^{v} complent brevissimae notitiae de regibus Phul, Teglaphalasar, Salmanasar, Sennacherib, Assaradon, Merodac, Baladan et de Ezechia. F. 114 duabus columnis exaratum continet Alexandri ⟨III⟩ epistulam ad T⟨heobaldum⟩ Cantuariensem Archiepiscopum eiusque suffraganeos (Iaffè-Loewenfeld, n. 10590). Subsequitur ⟨invectivae in Cistercienses fragmentum⟩, quod inc. *Cisterciensium tunicas sub quibus sancte religionis putabatur latere sinceritas. contra nos et unitatem ecclesie furere diutius quam oportuerit hucusque patiencia nostra tolerauit.*

Codex nullis titulis auctus. F. 113^{v}, libro expleto, litteris capitalibus scriptum legimus: *Salomon scripsit.*

In tegumenti dorso insignia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

104. Saec. XII-XIII, membran., mm. 269 × 186, ff. 129.

⟨**Isaiae** prophetia cum (f. 1) s. Hieronymi prologi fragmento⟩: *Nemo cum prophetas* (M. 28, 825, B, 1-6 usque ad v. *conscripserunt*), ⟨prothematis in glossam ordinariam, excerptorum dispositione tantum ab editis diversis⟩: *Non sicut ait montanus - nolui libros explanationis extendere* (Bibl. cum glossa, 4, f. 2, A-B, 25), (f. 2) argumento ⟨ex s. Epiphanii lib. de vitis prophetarum excerpto⟩: *Ysaias nobili genere natus* (M. 113, 1231, B, 1-5), ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cit., 4, f. 3^{v}-108^{v}; cf. M. 113, 1231-1316).

Codex nullis titulis instructus. Deest vox " Visio „ quae litteris maximis pingenda erat. Litterae maiores ac maximae rubro et caeruleo colore depictae. Complura folia a tineis corrosa, pauca vero acu et acia consuta. F. 1 avulsum ex codice saec. XII psalterium

continente, psalmum 10 continet a v. ⟨sagit⟩*tas suas* ad v. *spiritus procella*⟨rum⟩; eoque usus est librarius saec. XII-XIII ad codicis defectus supplendos.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

105. Saec. XIII, membran., mm. 322 × 225, ff. I. 161.

Isaiae prophetia, praeter argumentum, omnino ut in cod. praecedenti.

Litterae maiores ac maximae rubro et caeruleo colore distinctae. Ff. I. 161 vacua. Ff. 47^{v}. 48^{r}. 134^{r}. 160^{v} notulae plumbo exaratae.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

106. Saec. XIII, membran., mm. 333 × 238, ff. I. 109.

Isaiae prophetia, praeter argumentum, omnino ut in cod. 104.

Littera maxima rubro et caeruleo colore depicta atque litterae maiores alterutro colore alternis vicibus exscriptae. Correctiones glossarum marginales atque additamenta hic illic occurrunt. F. I^{r} quaedam leguntur nullius momenti, pauca conspiciuntur turpiter erasa creditaeque pecuniae notulae quinque, in quibus occurrunt nomina *Guillelmus de Gomer, Maistre Jehans de Chamaux uel Goscet Mestre Nicolas, Ioannes de tauels.* I^{v} scholia in Marc. 7, 31 et Matth. 20, 28 litteris currentibus exscripta. 1^{r} nonnulla plumbo exarata, quae referre non iuvat. 107^{v}-109 miscellanea de rebus ad theologiam et ad sacram Scripturam spectantibus, quae distinctius enucleare operae pretium non visum est.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

107. Saec. XIV, membran., mm. 376 × 266, ff. I. 445 (+ ff. 118-127 librarii neglegentia bis numeratis et f. 214^{a} omisso).

V. T. libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 4, f. 110^{v}-331^{v}; cf. M. 114, 9-64).

1. Ieremiae (f. 2) prophetia; - (f. 127^{v}) lamentationes; - (f. 161^{v}) oratio. Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨s. Hieronymi⟩ prologus: *Ieremias propheta* (M. 28, 903-904); [2] (ibid.) ⟨prothemata⟩ eidem prologo subnexa: *Deus ad benefaciendum promptus - sicut in hoc ipso uolumine continetur* (Bibl. cit., 4, f. 110^{v}, E, 5-H, 1); [3] (f. 126) ⟨prothemata in lamentationes⟩: *Sicut cantica canticorum sunt - ideo hostibus subiacuit* (loc. cit., f. 178^{v}-179). **2** (f. 170). Prophetia Ezechielis. Praeeunt: [1] (f. 167) ⟨s. Hieronymi prologus⟩: *Ezechiel propheta* (M. 28, 993-996): [2] (f. 167^{v}) ⟨introductiones in eandem⟩: *Non omnis captiuus - plenum humane nature tempus accedat* (Bibl. cit., 4, f. 208^{r}-209). **3** (f. 347). Prophetia Danielis. Praemittuntur: [1] (f. 346) ⟨s. Hier. prologus⟩: *Danielem prophetam* (M. 28, 1357-1360); [2] (f. 346^{v}) ⟨prothemata⟩: *Sciendum autem nullum prophetam - manifesta predicatione annotat* (Bibl. cit., 4, f. 294).

Litterae maiores pariter atque maximae rubro et caeruleo colore distinctae. Ff. 166^v. 345^v. 444^v. 445 vacua. F. I ex codice saec. XIII-XIV binis columnis exarato avulsum nonnullas continet quaestiones ⟨de confirmatione⟩.

Integumentum tesseras gentilicias Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii praebet.

108. Saec. XIII, membran., mm. 373 × 270, ff. II. 139.

Ieremiae et Danielis opera cum ⟨glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 4, f. 110^v-202; 294-331^v; cf. M. 114, 9-64).

1. Ieremiae (f. 1^v) prophetia; - (f. 74) lamentationes; - (f. 101^v) oratio. Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨prothemata⟩: ⟨D⟩*eus ad benefaciendum promptus* - *sicut in hoc ipso uolumine continetur* (Bibl. cit., 4, f. 110^v, E, 5-H, 1); [2] (f. 73) ⟨prothemata in lamentationes⟩: *Sunt cantica canticorum* - *perspicatori uiam aperio lectori* (loc. cit., f. 178^v-179, C, 3). **2** (f. 105^v). Prophetia Danielis. Praeeunt: [1] ⟨s. Hieronymi prologus⟩: *Danielem prophetam* (M. 28, 1357-1360); [2] ⟨prothematum fragmentum⟩ ordine tantum ab editis diversum. Inc. *Sciendum autem*. Des. *arguere nititur falsitatis* (Bibl. cit., 4, f. 294, A, 1-B, 12).

Ff. I^v-II ex quodam codice saec. XIV binis columnis exarato avulsa antiquae versionis de anima ⟨Aristotelis⟩ duo continent fragmenta, quorum prius (2, 8) inc. *firmorum percussionem fieri ad inuicem* et des. *aeris mo*⟨t⟩*us sonus est. Sed qui* (cf. ed. Biehl, Lipsiae 1884, p. 52, 19 - 55, 13) et alterum inc. (3, 11) *ipsum iam uidetur quod tam delectabile et bonum simplex* et des. *unde tangibilium excellentia non corrumpit sed animal quia necessarie solum habere hunc. alios autem* (cf. ed. cit., p. 97, 17-104, 4). F. 139 ex eodem codice, a quo ff. I-II, avulsum complet fragmentum ⟨Physicae auscultationis⟩, quod inc. (8, 9) *in quo C. Non igitur in equali ipsa C.* et des. *quod indiuisibile est et inpartibile et nullam habens magnitudinem* (cf. ed. Prantl, Lipsiae 1879, p. 192, 11-195, 26).

Litterae librorum et versiculorum initiales, praeter unam, minio exscriptae. Margines notulis conspersi sunt. F. 138^r vacuum. I operculo olim adglutinatum perevanidum exstat. 138^v proprietarii nomen et codicis pretium turpiter erasa aliaque nullius momenti. 139^v manus saec. XIV-XV hanc notam nunc evanidam apposuit: *Ego iacobus cypriani redidi i*⟨stum⟩ *librum... magistri iohannis* et manus saec. XV inferius addidit: *Glossa interlinearis super Hieremiam.*

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

109. Saec. XIV, membran., mm. 325 × 229, ff. I. 226.

Ieremiae et Danielis opera cum glossa ⟨ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 4, f. 110^v-202; 294-331^v; cf. M. 114, 9-64).

1. Ieremiae (f. 2) prophetia; - (f. 121) lamentationes; - (f. 158^{v}) oratio. Praeeunt: [1] (f. 1) ⟨s. Hieronymi prologus⟩: *Ieremias propheta* (M. 28, 903-904); [2] (ibid.) ⟨prothemata⟩: *Deus ad benefaciendum est promptus - sicut in hoc ipso uolumine continetur* (Bibl. cit., 4, f. 110^{v}, E, 5-H, 1); [3] (f. 120) ⟨prothemata in lamentationes⟩: *Sunt cantica canticorum - merito hostibus subiacuit* (loc. cit., f. 178^{v}-179). **2** (f. 168). Prophetia Danielis, ultimo versiculo omisso. Praemittuntur: [1] (f. 164) ⟨s. Hieronymi prologus⟩, qui f. 164^{v} iterum repetitur: *Danielem prophetam* (M. 28, 1357-1360); [2] (f. 167^{v}) ⟨prothemata⟩, quorum pars iterum invenitur f. 164^{v}: *Sciendum autem nullum prophetam - et uinum concupiscentiae non bibit* (Bibl. cit., 4, f. 294, A, 1-B, 35). Praetexuntur prothematis (f. 167) verba: *Materia huius auctoris sunt decem uisiones - Ipse enim confregit mare eneum et columpnas ereas.*

Ff. 218^{v}-224 ⟨Chronici⟩ fragmenta complent. Inc. *Ab adam usque moysen patriarche. A moyse usque ad samuelem iudices.* Des. *Tercius herodes agrippa cuius auus herodes primus fuit. Secundus patruus qui iacobum interfecit.*

Litterae maximae nullae exstant, spatio ad eas excipiendas vacuo relicto; maiores autem rubro et caeruleo colore alterna vice exscriptae. Prologus in Danielem scholia marginalia glossasque interlineares praebet. Ff. I^{v}. 163^{v}. 224^{v}. 225^{r} vacua. 21. 216 acu filoque consuta. I^{r} saec. XV *Hieremias et Daniel glossati.* 225^{v} quaedam plumbo pallidissimo exarata. 226^{r} notula: *per f*⟨lorenos⟩ (?) *5.* 226^{v} manus saec. XV scripsit: *Jeremias et Daniel cum Glosa.*

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

110. Saec. XII, membran., mm. 196 × 129, ff. II. 102.

1. Ieremiae (f. 3) lamentationes; - (f. 57^{v}) oratio cum ⟨glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 4, f. 179-202). Praemittuntur (f. 1) ⟨prothemata⟩: *Sunt cantica canticorum - perspicatiori uiam aperio lectori* (loc. cit., 178^{v}-179, C, 3). **2** (f. 65^{r}). Liber **Ecclesiastes** cum (f. 64) ⟨s. Hieronymi prologo⟩: *Memini me* (M. 23, 1061-1062) et glossa marginali et interlineari ⟨ex eiusdem commentario concinnata⟩, quae inc. *Tribus nominibus fuisse appellatum salomonem* et des. *labor est carnis non spiritus. hanc similitudinem librorum prohibet. libri autem qui ad unum referruntur sunt labor non carnis sed anime* (cf. M. 23, 1063-1174, et Bibl. cit., 3, f. 341-354^{r}).

Ff. I. II. 101. 102 saec. VII litteris uncialibus binis columnis exarata et nunc inter maximi pretii membranas translata, fragmenta lectionarii continent magna ex parte erasa et diversis notis saec. XIII referta, quarum praecipuae sunt: [1] (f. I^{r}) contractus obligationis de cruce cuidam abbati cedenda, priori in parte erasus; [2] (f. 101^{v}) modus quidam conficiendi medicinam et census s. Con-

stantii; [3] (f. 102^{r}) notulae de mutuata pecunia et de cautione praestita, in quibus inter alia scriptum legimus: *Iohannes cafarellus, presbiter andreas, bartholomeo de zoffo et sacrista sancti constantii.*

Litterae maiores aeque ac maximae rubro aut caeruleo colore exscriptae interdum coloribus illuminatae sunt. Margines complurium foliorum inferiores forfice excisi. F. 1 manu saec. XV *Expositio trenorum idest lamentationis hieremie.* 2^{v}. 99^{v} pauca erasa. 100 obsecrationes, possessoris nota turpiter erasa, modus conficiendi medicinas aliaque nullius prorsus momenti saec. XIII exarata.

Integumenti tabulae rubro corio saec. XVI obductae fibularum vestigia tantum exhibent.

111. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 317 × 225, ff. I. 161.

Ezechielis prophetia cum ⟨glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 4, f. 209-290). Praemittuntur: [1] ⟨s. Hieronymi prologus⟩: *Ezechiel propheta* (M. 28, 993-996); [2] ⟨introductiones⟩, quae inc. *Non omnis captiuus* et des. *plenum humane nature tempus accedat* (Bibl. cit., 4, f. 208^{v}-209).

Litterae maiores aeque ac maximae rubro et caeruleo colore distinctae. Ff. I. 160^{v}. 161 vacua. 160 possessoris nota turpiter erasa.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

112. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 337 × 232, ff. I. 391 (+ ff. 224-263 librarii oscitatione bis numeratis et 329^{a} neglecto, — 350-359 omissis).

V. T. libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 4, f. 209-427^{v}; 2, f. 240-269^{v}).

1 (f. 3). Prophetia Osee. Praeeunt: [1] (f. 2) ⟨s. Hieronymi praefatio in XII prophetas⟩: *Non idem ordo* (M. 28, 1071-1072); [2] (ibid.) ⟨prothematum fragmentum⟩ quod inc. *Ordo prophetarum* et des. *a ieronimo facta et exposita* (Bibl. cit., 4, f. 333, A, 1-10); [3] (f. 2^{v}) ⟨prologus⟩: *Temporibus ozie et ioathe - templum dei purgasse ac purificasse monstratur* (loc. cit., f. 332-332^{v}). **2** (f. 34^{v}). Prophetia Ioel. Praemittuntur: [1] (f. 33) ⟨prologus⟩: *Sanctus ioel apud hebreos - auribus percipe terra* (loc. cit., f. 350^{v}-351); [2] (f. 34) ⟨alter prologus⟩: *Ioel fatuel filius* (Tischendorf, p. LXVIII); [3] (f. 34^{v}) ⟨s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum c. 42⟩ (M. 83, 144). **3** (f. 46). Prophetia Amos, praeviis tribus ⟨prologis⟩, quorum primus (f. 45): *Ozias rex cum dei religionem - ad euersionem earumdem ciuitatum processuram uoluit demonstrare* (Bibl. cit., 4, f. 357^{v}-358), secundus: *Amos propheta et rusticus* (Tischendorf, p. LXVIII), tertius: *Hic amos propheta - sepultusque est cum patribus suis* (Bibl. cit., 4, f. 358-358^{v}). **4** (f. 67).

Prophetia Abdiae, praefixo (f. 66) ⟨prologo⟩: *Iacob patriarcha - in nostro sonat eloquio* (loc. cit., f. 370-370^v). **5** (f. 71^v). Prophetia Ionae. Praeeunt: [1] (f. 70) ⟨prologus⟩: *Sanctum ionam hebrei affirmant - quo a facie tua fugiam* (loc. cit., f. 372^v-373); [2] (f. 71) ⟨s. Isidori Hisp. de ortu et obitu patrum c. 45⟩ (M. 83, 144-145). **6** (f. 78). Prophetia Michaeae cum (f. 77^v) ⟨prologo⟩: *Temporibus ioathe. achaz - interitum adfuturum denuntiauit* (Bibl. cit., 4, f. 376^v-377) et (f. 78) argumento ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum desumpto⟩: *Micheas de morasti* (M. 28, 175, 10-11). **7** (f. 92). Prophetia Nahum, praemissis duobus ⟨prologis⟩, quorum prior (f. 91): *Naum prophetam - libri huius demonstratur* (Bibl. cit., 4, f. 385) et alter: *Sciendum autem - futurus est dominus* (loc. cit., f. 385). **8.** Habacuc (f. 101) prophetia; - (f. 106^v) oratio. Praemittuntur: [1] (f. 99) ⟨prologus ex s. Hier. prologo et commentariis in Habacuc excerptus⟩ a v. *Quatuor prophete* ad v. *miseriam uenire desiderat* (M. 25, 1335, A, 14 - 1337, D, 4); [2] (f. 100^v) ⟨glossa in argumentum⟩, quae inc. *Abacuc amplexans* et mutila des. *dulce nominare et omnibus predicare* (Bibl. cit., 4., f. 390, B, 12-D, 11). **9** (f. 110^v). Prophetia Sophoniae. Praeeunt: [1] (f. 109^v) ⟨prologus⟩: *Tradunt hebrei - textu lectionis denunciauit* (loc. cit., f. 396-397); [2] (f. 110^v) ⟨argumentum ex s. Hier. epistula laudata excerptum⟩: *Speculator sophonias* (M. 28, 175, 17-19). **10** (f. 119^v). Prophetia Aggaei cum (f. 118^v) ⟨prologo⟩: *Iheremias propheta ob causam periurii - interitum regnorum exterorum significat* (Bibl. cit., 4, f. 401^v-402) et (f. 119^v) ⟨argumento ex s. Hier. epist. laudata desumpto⟩: *Aggeus festinus* (!) (M. 28, 175, 20-22). **11** (f. 126^v). Prophetia Zachariae cum (f. 125^v) ⟨prologo⟩: *Anno secundo darii - per noctem prophete est reuelata* (Bibl. cit., 4, f. 405^v-406) et (f. 126^v) ⟨argumento ex s. Hier. epist. laudata desumpto⟩: *Zacharias memor domini* (M. 28, 175, 23-37). **12** (f. 153^v). Prophetia Malachiae, praevio (f. 152^v) prologo: *Deus per moysen - quod deus alienos coluerint significant* (Bibl. cit., 4, f. 422^v-423). **13** (f. 163). Prophetia Danielis cum (f. 161) ⟨s. Hier. praefatione⟩: *Danielem prophetam* (M. 28, 1357-1360) et (f. 162^v) ⟨prothematis eidem prologo subnexis⟩: *Sciendum autem - christi manifestissima predicatione annotat* (Bibl. cit., 4, f. 294). Subsequuntur: [1] (f. 209) index regum Persarum, Aegyptiorum et Syriorum; [2] (f. 209^v) ⟨introductio in Danielem⟩, quae inc. *Sicut in tabernaculo domini erant tabule integre et uniformes* et des. *tandem agit de destructione... belis. et interfectione draconis. et sic finit tractatum.* **14** (f. 211). Libri I-II Ezrae, ⟨praefixo (f. 210) s. Hier. prologo⟩: *Utrum difficilius* (M. 28, 1471-1474). **15** (f. 236^v bis). Prophetia Ezechielis. Praemittuntur: [1] (f. 234 bis) ⟨s. Hier. prologus⟩: *Ezechiel propheta* (M. 28, 993-996); [2] (f. 234^v bis) ⟨introductiones⟩: *Non omnis captiuus - humane nature tempus accedant* (Bibl. cit., 4, f. 208^v-209).

Litterae maximae auro, coloribus, saepissime et imaginibus ex s. Scripturae historiis desumptis distinctae sunt, litterae maiores rubro et caeruleo colore depictae. Ff. I^v. 391^v vacua. In priore custodiae folio integumento adglutinato indiculus legitur regum duarum et decem tribuum manu saec. XV (Bibl. cum glossa, 4, f. 333, A, 10-23). I^r manus saec. XVI scripsit: *libri regum* (!) *cum glossa.* 1^r notula: *Se par Ba IIII.* 1^r stemma card. Iuliani della Rovere cum catenis s. Petri in vinculis; dein insigne (velum argenteum cum antenna aurea in pagina caerulea) cum inscriptione litteris capitalibus auratis: *Ilarem datorem* | *Diligit Deus.* 301^v quaedam erasa.

Integumenti tabulae viridi corio saec. XVI obductae fibularum vestigia retinent.

113. Saec. XIII, membran., mm. 356 × 236, ff. I. 182 (+ ff. 8^a. 11^a librarii neglegentia omissis).

Duodecim prophetae minores cum iisdem glossis, prologis, prothematis et argumentis, quae in cod. praecedente occurrunt, glossa tantum in argumentum prophetiae Habacuc excepta.

1 (f. 2^r). Prophetia Osee. **2** (f. 36^r). Prophetia Ioel. **3** (f. 50). Prophetia Amos. **4** (f. 76^r). Prophetia Abdiae. **5** (f. 81^r). Prophetia Ionae. **6** (f. 89^r). Prophetia Michaeae. **7** (f. 106). Prophetia Nahum. **8.** Habacuc (f. 115^v) prophetia; - (f. 122) oratio. **9** (f. 126). Prophetia Sophoniae. **10** (f. 136^v). Prophetia Aggaei. **11** (f. 143^v). Prophetia Zachariae. **12** (f. 172). Prophetia Malachiae.

Ff. I. 182, ex quodam codice saec. XIII avulsa, continent: 1) ⟨s. Hier. praefationem in Isaiam⟩: ⟨N⟩*emo cum prophetas* (M. 28, 825-828); 2) ⟨prothemata in Isaiam⟩, ordine tantum ab editis diversa: *Nemo putet me ysaiam breuiter posse exponere* - ⟨nolui libros explana⟩*tionis extendere* (Bibl. cum glossa, 4, f. 2, A - B, 25); 3) ⟨Isaiae prophetiae 1, 4⟩ usque ad v. ⟨V⟩*e genti* cum ⟨glossa odinaria et interlineari⟩ (loc. cit., f. 3^v-4). F. 180^r indicem continet regum duarum et decem tribuum (loc. cit., f. 333, A, 10-23).

Litterae maximae auro, argento, coloribus, saepe et rudibus imaginibus depictae, maiores rubro et caeruleo colore alterna vice exscriptae. Ff. 8^v. 181^r vacua. 8^r_a index. 180^v. 181^v notulae quaedam saec. XIV plumbo exaratae. 182^r nota: *per a 4* et pauca alia, quae non expedio. Folia complura tineis ac madore deturpata.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii exhibentur.

114. Saec. XII, membran., mm. 292 × 178, ff. 96.

V. T. Libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria⟩ usque ad v. (Sophon., 2, 10) *in loco suo* et ⟨Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ usque ad v. (Habacuc, 2, 10) *lapides ciuitatis* (Bibl. cum glossa, 4, f. 333-399^r) et iisdem, nisi aliter notetur, praefationibus, prologis, prothematis, quae in cod. 112 occurrunt.

1 (f. 2). ⟨Prophetia Osee⟩. **2** (f. 25). ⟨Prophetia Ioel⟩. **3** (f. 35). ⟨Prophetia Amos⟩. **4** (f. 53). ⟨Prophetia Abdiae⟩. **5** (f. 55^r). ⟨Prophetia Ionae, addita glossa in argumentum⟩: *nullus tipi sui melior - incredulus perit* (Bibl. cit., 4, f. 373^v). **6** (f. 60^v). ⟨Prophetia Michaeae⟩, omisso argumento. **7** (f. 73). ⟨Prophetia Nahum⟩. **8.** ⟨Habacuc (f. 78^v) prophetia, addito argumento ex s. Hier. epistula ad Paulinum deprompto⟩: *Abacuc luctator fortis* (M. 28, 175, 14-16); - (f. 83) ⟨oratio⟩. **9** (f. 85^r). ⟨Prophetia Sophoniae⟩, omisso argumento. Eiusdem prophetiae fragmentum (1, 1-11) f. 72 occurrit. **10** (f. 92^r). ⟨Prophetia Aggaei⟩ usque ad v. (2. 16) *ibi contaminata erunt*, prologo et argumento omissis.

Codex nullos titulos nullasque praebet litteras initiales. Prologi et argumenta plerumque in marginibus minutis notis exscripta sunt. Alter librarius priori iunior additamenta marginalia hic illic addidit.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

115. Saec. XIII in., membran., mm. 300 × 197, ff. 139.

Duodecim prophetae minores, iisdem, nisi aliter notetur, glossis, praefationibus, prologis, prothematis, quae in cod. 112 occurrunt, instructi atque locupletati.

1 (f. 4). Prophetia Osee, addito prothematis indice regum duarum et decem tribuum (Bibl. cum glossa, 4, f. 333, A, 10-23). **2** (f. 33). Prophetia Ioel. **3** (f. 43). Prophetia Amos. **4** (f. 62). Prophetia Abdiae. **5** (f. 65^r). Prophetia Ionae, ⟨addita glossa in argumentum⟩: *Nullus typi sui melior - incredulus perit* (loc. cit., f. 373^r). **6** (f. 72). Prophetia Michaeae. **7** (f. 85). Prophetia Nahum. **8.** Habacuc (f. 91^r) prophetia, alio fragmento glossae in argumentum suffecto a v. *Commentatur ieronimus* ad v. *tholosano episcopo* (loc. cit., f. 390, D, 5-1 ab imo); - (f. 96) oratio. **9** (f. 98^r). Prophetia Sophoniae. **10** (f. 105^v). Prophetia Aggaei. **11** (f. 110^r). Prophetia Zachariae. **12** (f. 132^v). Prophetia Malachiae, addito prologo ⟨ex s. Hier. epistula ad Paulinum deprompto⟩: *Malachias in fine omnium prophetarum* (M. 28, 175, 28-31).

Ff. 1-2 saec. XII-XIII exscripta complent: [1]) ⟨s. Hier. praefatio in XII prophetas⟩; [2]) ⟨prothemata in Oseam⟩; [3]) ⟨prologus⟩: *Temporibus ozie;* [4]) ⟨Osee prophetiae 1, 1 cum glossa ordinaria et interlineari⟩: quae omnia in ff. 3-4 repetuntur.

Litterae maximae rubro et caeruleo colore depictae, maiores alterutro colore alternis vicibus exaratae. Notulas marginales alter librarius passim addidit. In summo margine folii 2^r, manu saec. XIII *Iste liber est ecclesie parisiensis.* 139^r notulae a

quodam codicis possessore saec. XIV plumbo exscriptae. Folium 139 notulas plumbo exaratas aliaque exhibet parvi, ne dicam nullius momenti.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

116. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 375 × 259, ff. I. 100.

Duodecim prophetae minores, iisdem, nisi aliter notetur, glossis, praefationibus, prologis et prothematis instructi, quae in cod. 112 occurrunt.

1 (f. 2). Prophetia Osee. **2** (f. 22^{v}). Prophetia Ioel. **3** (f. 30). Prophetia Amos. **4** (f. 43^{v}). Prophetia Abdiae. **5** (f. 46). Prophetia Ionae, ⟨addita glossa in argumentum⟩: *Nullus typi sui melior - incredulus perit* (Bibl. cum glossa, 4, f. 373^{v}). **6** (f. 50^{r}). Prophetia Michaeae. **7** (f. 58^{r}). Prophetia Nahum. **8.** Habacuc (f. 63^{r}) prophetia, addito altero fragmento glossae in argumentum, quod inc. *Commentatur. ieronimus* et des. *tholosano episcopo* (loc. cit., f. 390, D, 5-1 ab imo); - (f. 67) oratio. **9** (f. 69^{r}). Prophetia Sophoniae. **10** (f. 74^{r}). Prophetia Aggaei. **11** (f. 78^{r}). Prophetia Zachariae. **12** (f. 95^{v}). Prophetia Malachiae.

Litterae maiores pariter atque maximae rubro et caeruleo colore distinctae. Notulae marginales plumbo exaratae passim occurrunt. F. I^{v} vacuum. I^{r} in membranae frustulo adglutinato index saec. XV scriptus.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

117. Saec. XIII. XIV, membran., mm. 307 × 212, ff. I. 286.

Quattuor evangelia cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 5-244; cf. M. 114, 65-426).

1 (f. 1^{r}). Evangelium s. Matthaei. Praemittuntur: [1] ⟨argumentum⟩: *Matheus ex iudea* (M. 103, 273-274); [2] ⟨prologus⟩: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65). **2** (f. 83^{r}). Evangelium s. Marci. Praeeunt: [1] (f. 82) ⟨argumentum⟩: *Marcus euangelista* (M. 103, 279-280); [2] (ibid.) Bedae ⟨epistula ad Accam⟩ (M. 92, 131-134); [3] (f. 82^{r}) ⟨excerpta quaedam⟩ ex Beda, s. Hieronymo et s. Augustino, quorum primum inc. *Beda. Scripturus ewangelium,* et ultimum inc. *Beda. dei filium appellat quem in prima.* **3** (f. 136^{r}). Evangelium s. Lucae, praevio ⟨argumento⟩: *Lucas syrus natione* (M. 103, 285-286). **4** (f. 223). Evangelium s. Ioannis. Praemittuntur: [1] (f. 220) ⟨commendatio s. Ioannis, Beda auctore⟩: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636); [2] (ibid.) ⟨praefatio⟩: *Omnibus diuine scripture paginis* (M. 35, 1377-1380); [3] (ibid.) ⟨glossa in s. Ioannis commendationem⟩: *Vinum aliud est nuptiale - sic humanis mentibus intimare* (Bibl. cit., 5, f. 184^{r}, B, 16-185, A, 25).

Codicem duo scripserunt librarii, quorum prior saec. XIII folia 1-135 et alter saec. XIV reliqua exaravit. Primae litterae evangeliorum ss. Matthaei et Marci auro, coloribus, imaginibus distinctae; reliquae litterae maximae rubro et caeruleo colore, maiores aut rubro aut caeruleo aut atramento exaratae. Glossulae in argumentorum lineas interiectae eaedem maxima ex parte sunt, quas in Biblia cum glossa impressas legimus. Notulae marginales diversis manibus exscriptae passim reperiuntur. In priore volumine duplex foliorum enumeratio; antiquior numeris romanis expressa incipit ab initio utriusque evangelii.

Ff. I^{v}. 133-135. 219. 221^{v}. 222. 285^{v}. 286^{v} vacua. I^{r} scriptum legimus rubris litteris: *Die XX Decembris MDLXXVII. Sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. dedit hunc librum Bibliothecę Vaticanae.* 286^{r} manu saec. XV *precium huius libri est in argenteis unciis III* ||||| et inferius alia manu *M̊. CCCC̊. LXVIII prima indictione ego frater* ||||| ||||| *in botontina Ciuitate. Amen.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii expressae sunt.

118. Saec. XIV, membran., mm. 427×290, ff. I. 278.

Quattuor evangelia omnino, nisi aliter notetur, ut in cod. praecedenti.

1 (f. 1^{r}). Evangelium s. Matthaei, addita glossa in argumentum, quae inc. *Modus tractandi talis est* et des. *uel facte sunt promissiones* (Bibl. cum glossa, 5, f. 3^{v}-4). **2** (f. 86^{r}). Evangelium s. Marci. Praeeunt tantum: [1] ⟨argumentum⟩: *Marcus euangelista* (M. 103, 279-280); [2] ⟨introductio in argumentum⟩ ab edita fragmentorum ordine diversa, quae inc. *Quatuor sunt qualitates* et des. *hominem a surdo et muto spiritu quod discipuli nequibant liberauit* (Bibl. cit., 5, f. 88^{v}). **3** (f. 137^{r}). Evangelium s. Lucae. **4** (f. 225^{r}). Evangelium s. Ioannis.

Litterae maiores aeque ac maximae rubro et caeruleo colore depictae. Insunt marginibus correctiones vel additamenta rubro colore ab altero librario prioris aequali exarata. Quibusdam in foliis notulae exstant plumbo pallidissimo exscriptae. F. I^{r} vacuum. I^{v} in membranae frustulo adglutinato index eadem manu, quae indicem codicis praecedentis exaravit.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

119. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 420×270, ff. I. 262.

Quattuor evangelia cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 5-244; cf. M. 114, 65-426).

1 (f. 1^{r}). Evangelium s. Matthaei, praeviis ⟨argumento⟩: *Matheus ex iudea* (M. 103, 273-274) et ⟨prologo⟩: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65). **2** (f. 81). Evangelium s. Marci cum (f. 80) ⟨argumento⟩: *Marcus euangelista dei* (M. 103, 279-280) et ⟨introductione⟩: *Primum expulsio demonis - aquila est ascendendo* (Bibl. cit., 5, f. 88^{r}-89^{v}, ordine tamen diverso). **3** (f. 129). Evangelium s. Lucae, praemisso (f. 128^{v}) ⟨argumento⟩: *Lucas syrus natione*

et antiochenus (M. 103, 285-286), cui subnectitur nota: *Lectorem obsecro - memor benigne* (Bibl. cit., 5, f. 122, 24-32). **4** (f. 213). Evangelium s. Ioannis cum (f. 212) eiusdem <commendatione, Beda auctore>: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636) et <prologo>: *Omnibus diuine scripture* (M. 114, 355-356).

F. 262, quod est ab alio codice avulsum eodem saec. XIV exarato, continet fragmentum <Libri Sapientiae>, scil. a v. *similiter decidi* ad v. *omnipotentis dei sincera* (7, 3-25), cum glossa <ordinaria et interlineari> (Bibl. cit., 3, f. 373^v-374^v).

Litterae initiales auro coloribus imaginibus ornatae, maiores rubro et caeruleo depictae. F. I^r legitur *Librum. hunc euangeliorum. Melioribus. glosis. glosatum. emi ego* | *Martinus* | *ab heredibus. Cristofari. Campanarii. Mercatoris.* | *Ianuensis. Anno domini 1470 p.^{a} octobris per Manus. M. Stephani. or. sancte. Marie seruorum.* Sequitur monogramma satis evanidum. Folio I^v adglutinata sunt duo frustula membranea, in quibus manus saec. XV scripsit *Ista quatuor euangelia glosata* | *euangeliorum* | *quatuor euangelista grozati.* Marg. inf. f. 1^r conspicitur in ornamento variis coloribus distincto scutum gentis Fiesco, ut docet inscriptio notis argenteis *Urbanus* | *de Flisco.* 212^v imo marg. *iste liber est iohis de ywit* (?) *can. cam̄rum.* Folium 262 nova membrana refectum est; 262^v, olim tegumento codicis adglutinatum, admodum pessumdatum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

120 (olim 2266; cf. f. I^r). Saec. XIV, membran., mm. 408 × 275, ff. III. 340.

Quattuor evangelia cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 5, f. 5-244; cf. M. 114, 65-426).

1 (f. 2). Evangelium s. Matthaei, praemissis (f. 1) <argumento>: *Matheus ex iudea. sicut in ordine* (M. 103, 273-274) et <prologo>: *Matheus. cum primo predicasset* (M. 114, 63-65). **2** (f. 103). Evangelium s. Marci, praevio (f. 102) <argumento>: *Marcus euangelista dei electus* (M. 103, 279-280) cum <introductione> in idem: *Primum expulsio demonis - metamus in celo* (Bibl. cum glossa, 5, f. 88^v-89^v, ordine tamen diverso). **3** (f. 165^v). Evangelium s. Lucae cum <argumento>: *Lucas syrus natione et antiochenus. arte medicus* (M. 103, 285-286), cui subnectitur nota: *Lectorem obsecro studiose - memor benigne* (Bibl. cit., 5, f. 122, 24-32). Glossa ordinaria desinit in v. *et amore firmaret* (Bibl. cit., 5, f. 183^v, F, 13). **4** (f. 274). Evangelium s. Ioannis cum (f. 273) eiusdem <commendatione, Beda auctore>: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636) et <prologo>: *Omnibus diuine scripture* (M. 35, 1377-1380; 114, 355-356).

Litteras maximas conspicuas reddunt aurum colores imagines. Litterae maiores rubro et caeruleo colore illitae sunt. Ff. I^v. II^r. III^v. 101^v. 339^v. 340 vacua. I^r *V. 2266* | *120. N.* II^v cernuntur imagines Iesu Christi crucifixi et B. V. Mariae coronatae. III^r pictura iudicii ultimi; summo margine iterum adscriptum est *Euangelia glosata*, marg.

inf., manu saec. XIV, *Hunc Librum Emit Frater* ||||| ||||| *pro anima sua et Benefactorum Suorum* | *et quicumque hunc titulum deleuerit deleatur de libro* | *viuentium.* 339 indiculus occurrit partim erasus librorum quos codicis proprietarius possedit.

In tegumenti tabulis scuta Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

121 (olim 13; cf. f. I^r). Saec. XIII-XIV, membran., mm. 420 × 270, ff. I. 139.

Novum Testamentum, praeter s. Pauli epistulas, cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 5-244; 6, f. 210-275; 163-208^v; cf. M. 114, 65-426; 671-752; 425-470).

1 (f. 1). S. Matthaei evangelium, praemissis ⟨argumento⟩: *Matheus ex iudea* (M. 103, 279-280) et ⟨prologo⟩: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65). **2** (f. 25^v). Evangelium s. Marci cum ⟨argumento⟩: *Marcus euangelista dei* (M. 103, 279-280) et ⟨introductione⟩ in idem, quae inc. *Primum expulsio demonis,* des. *metamus in celo* (Bibl. cit., 5, f. 88^v-89^v, ordine tamen diverso). **3** (f. 40^v). S. Lucae evangelium, praevio ⟨argumento⟩: *Lucas natione syrus et antiochenus* (M. 103, 285-286). **4** (f. 66). Evangelium s. Iohannis, praemissis ⟨commendatione⟩: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636) et ⟨prologo⟩: *Omnibus diuine scripture* (M. 114, 355-356). **5** (f. 80). S. Iacobi epistula cum ⟨s. Hieronymi prologo ad VII epistulas canonicas⟩: *Non ita est ordo aput grecos* (M. 29, 863-874) et ⟨argumento⟩ quod inc. *Iacobus cognomento iustus,* des. *habuit notissimum,* ut in cod. 78, f. 150. **6** (f. 83). S. Petri epistula I; - (f. 86^v) II. **7** (f. 88^v). S. Ioannis epistula I; - (f. 92^v) II; (f. 93) III. **8** (f. 93^v). S. Iudae epistula. **9** (f. 95). S. Ioannis Apocalypsis cum ⟨prothematum fragmentis⟩, sc. a v. *Deus pater* ad v. *configurauit* et a v. *inter reliquos* ad finem (Bibl. cit., 6, f. 240, F, 11 ab imo - H, 9; 241, A-C). **10** (f. 108^v). Actus Apostolorum cum ⟨prologo⟩ qui inc. *Lucas antiocensis natione syrus,* des. *proficeret medicina* et altero qui inc. *Lucas medicus antiocensis,* des. *conscribi actus apostolorum* (Bibl. cit., 6, f. 163).

Litterae maximae depictae sunt rubro et caeruleo colore, maiores vero rubro aut caeruleo. Ff. I^v. 139 vacua. I^r *V. 13* | *121. N.*

In codicis operculis stemmata Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

122 (olim 2827; cf. f. I^r). Saec. XIV in., membran., mm. 359 × 246, ff. I. 269.

Quattuor evangelia cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 5-244; cf. M. 114, 65-426).

1 (f. 3^v). Evangelium s. Matthaei. Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨s. Hieronymi prologus⟩: *Plures fuisse* usque ad v. *uiuis canendis* (M. 26, 15-20, B, 1);

[2] (f. 1^v) alter ⟨prologus⟩: *Matheus cum primum predicasset* (M. 114, 63-65); [3] (f. 3) ⟨argumentum⟩: *Matheus ex iudea sicut in ordine* (M. 103, 273-274). Interiecta sunt: ⟨prooemium quoddam in Matthaeum⟩ (f. 1), quod inc. *Nomen libri euangelium grece,* des. *dispensationem christi reuelandam preuiderunt;* ⟨scholium⟩ (f. 1^v): *In sapientia dei patris discimus mundum calcare - salutem operamur*; ⟨prologus⟩: *Haec causa compulit matheum - euangelice uite statum docet;* ⟨glossae tres⟩ (f. 2) in s. Matthaei librum generationis, sc. historica (inc. *Iudas habuit tres filios,* des. *testimonium habens in aqua*), mystica (inc. *In his patribus christus prefiguratur,* des. *filiorum in ecclesia completur*), moralis (inc. *In his patribus significantur uirtutes,* des. *qui est nostra terra promissionis*). **2** (f. 83^v). Evangelium s. Marci cum ⟨argumento⟩: *Marcus euangelista dei et petri in baptismate* (M. 103, 279-280). **3** (f. 132^v). Evangelium s. Lucae cum ⟨argumento⟩: *Lucas natione syrus arte medicus* (M. ibid., 285-286). **4** (f. 219). Evangelium s. Ioannis, praemissis (f. 218) ⟨prologo⟩: *Omnibus diuine scripture* (M. 114, 355-356) et (f. 218^v) ⟨commendatione, auctore Beda⟩: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636).

Litterae maximae auro variisque coloribus, saepe et imaginibus eleganter ornatae, litterae maiores rubro et caeruleo depictae. Ff. I^v. 268. 269^v vacua. I^r *V. 2827* | *122. N.* 269 pauca prorsus erasa.

In tegumenti tabulis exhibentur tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

123 (olim 2300; cf. f. I^r). Saec. XIV, membran., mm. 350 × 245, ff. I. 162.

Evangelia **1** (f. 1^v) s. Matthaei, **2** (f. 100) s. Marci ⟨cum Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 5-88; 90 - 121; cf. M. 114, 65-244). Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨argumentum⟩: *Matheus ex iudea* (M. 103, 273-274); [2] (f. 1^r) ⟨prologus⟩: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65); [3] (f. 99) alter ⟨prologus⟩: *Marcus euangelista dei* (M. 103, 279-280); [4] (ibid.) ⟨introductio⟩: *Primum expulsio demonis - metamus in celo* (Bibl. cit., 5, f. 88^v-89^v, alio tamen ordine). Glossa ordinaria in evang. s. Marci desinit v. *uobiscum sum* (Bibl. cit., 5, f. 88, A, 3). Librarius alter prioris aequalis scholiis copiosis margines conspersit, inter quae (f. 96^v) versus 21 de tribus Mariis (inc. *Historiam ueterem si uersificando sequamur,* des. *Iacobus alphei cleophea matre maria*) et (f. 99) versus quinque de evangelistarum symbolis (inc. *Quatuor est primus. primus tribus. alter opimus,* des. *Bos uolat in nono. decimo sua queque repono*), idemque f. 98^v *introitum in marcum secundum magistrum bertrandum* descripsit. Inc. *Noli timere uermis iacob* ⟨Isa. 41, 14⟩ etc. *Ne primitiue fundatores ecclesie audito illo domini uerbo.* Des. *helyas longe prius moysen fuit.*

Litterae maximae et maiores rubro caeruloque colore depictae. Ff. I^{v}. 101. 102^{v} vacua. I^{r} *V. 2300* | *123. N.* 1^{r} manu saec. XIV *Liber sancti Rufi. Si quis ei abstulerit anathema sit.* 162 indiculus rerum notabilium ex Evangeliis Lucae et Matthaei.

In tegumenti tabulis stemmata Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

124. Saec. XIV, membran., mm. 320 × 227, ff. I. 227.

Evangelia **1** (f. 2^{v}) s. Matthaei, **2** (f. 130^{v}) s. Ioannis cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 5, f. 3^{v}-88; 185-244; cf. M. 114, 65-178; 356-426). Praemittuntur: [1] (f. 1) <argumentum>: *Matheus ex iudea sicut in ordine* (M. 103, 273-274); [2] (ibid.) <prologus>: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65); [3] (f. 129) <s. Ioannis commendatio, auctore Beda>: *Hic est iohannes euangelista* (M. 92, 633-636); [4] (ibid.) <prologus>: *Omnibus diuine* (M. 114, 355-356).

Litterae maiores pariter ac maximae rubro et caeruleo colore depictae. Ff. I^{v}. 227 vacua. I^{r} legitur index capitum manu librarii coaequali. S. Ioannis evangelium in marginibus et inter lineas notulas exhibet litteris minutissimis exaratas. Margo inferior complurium foliorum oleo maculatus est.

Tegumenti tabulae saeculo XVI corio rubro obductae sunt et fibulis exornatae, quarum vestigia tantum invenies.

125 (olim 2839; cf. f. I^{r}). Saec. XII, membran., mm. 267 × 170, ff. II. 91.

S. Matthaei evangelium cum <glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 5, f. 5-88; cf. M. 114, 63-178). Praemittuntur: [1] (f. 1) <argumentum>: *Matheus ex iudea* (M. 103, 273-274); [2] (f. 1^{v}) <prologus> in quattuor evangelistas, qui inc. *Cum multi scripsisse euangelia legantur* et des. *non recusemus passionem;* (f. 2) <interpretatio nominum hebraicorum progenitorum Iesu Christi>, quae inc. *Tres tesserescedecades in generatione christi* et des. *amari et undosi mundi edidit lucem;* [4] (f. 2^{v}) <nota de septem Evangelii bonis>: *Primum bonum. quod sapientia - quo nobis datur spiritus timoris.*

Folium II avulsum ex codice graeco saec. XI descripto, continet <epistulam I **s. Petri**> a v. ὅτι καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι ad v. μέλει περὶ ὑμῶν (4, 17-5, 7) cum explanatione quae inc. ἐνστάντος καιροῦ et des. ἀσεβεῖν εἰς θεόν (Cramer, Catena in epistolas catholicas, Oxonii 1840, p. 79, 5-28).

F. 89^{v}-90^{v}. Excerpta ex concilio calcedonensi, Rabano Mauro, s. Augustino, s. Hieronymo, quae distinctius recensere operae pretium non visum est. F. 90^{v}. <Brevis notitia de Psalmorum usu>. Inc. *Sciendum quod. VIII. sunt psalmi.* Des. *mentem tuam consolabitur* (cf. M. 101, 465).

Litterae maiores rubrae, maximae desiderantur. Ff. I^v. 91 vacua. I^r parte inf. *V. 2839* | *125. n.* Manus saec. XIII in margine folii 1 adscripsit *Liber iste est conuentus fratrum minorum de papia, Mateus.* 90, manu saec. XIV, *Iste liber est fratrum minorum de papia. Si quis furatus eum fuerit indignationem omnipotentis dei et petri et pauli apostolorum eius incurrat atque beati ffrancisci* (!). 90^v quaedam erasa.

In tegumenti tabulis conspiciuntur tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

126. Saec. XII, membran., mm. 268 × 189, ff. 111.

S. **Matthaei** evangelium (f. 3) cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 5-88; cf. M. 114, 65-178). Praemittuntur (f. 1) ⟨argumentum⟩ quod inc. *Natus* (leg. " Matthaeus ,,) *ex iudea sicut in ordine primus* (M. 103, 273-274) et ⟨prologus in evangelistas⟩, qui inc. *Cum multi scripsisse euangelia legantur. soli quattuor Matheus. Marcus. Lucas. et Iohannes,* des. *si non recusemus compassionem;* (f. 1^v) ⟨interpretatio nominum hebraicorum progenitorum Iesu Christi⟩ (= cod. 125, f. 2); (f. 3) ⟨nota de septem bonis evangelii⟩ (= cod. 125, f. 2^v).

Litterae maximae et maiores rubro aut caeruleo colore illitae; primum argumenti vocabulum rubris et caeruleis litteris alternis; primum evangelii verbum minio exscriptum. F. 111^v vacuum. Summo margine folii codicis tegumento posteriori adglutinati legitur notula quaedam saec. XIII exarata, quam referre non iuvat.

In codicis asseribus tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobellluzzi card. bibliothecarii.

127. Saec. XIV, membran., mm. 335 × 238, ff. I. 128.

Evangelia 1 (f. 1^v) s. Marci, 2 (f. 49^v) s. Lucae cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 88^v-183^v; cf. M. 114, 179-356). Praeeunt ff. 1. 49 ⟨argumenta⟩: *Marcus euangelista dei electus; Lucas syrus nacione antiochenus* (M. 103, 230. 285-286). Argumento in Lucam subnectitur (f. 49^v) nota: *Lectorem obsecro - memor benigne* (Bibl. cit., 5, f. 122, 24-32).

Evangeliorum argumentorumque litteras initiales aurum et colores distinguunt. Ff. 1^v. 47^v. 48. 127^r vacua. F. 1 manus saeculi XV indiculum exaravit. 127^v *Euangelia Marci et Luce cum glossa.* 128^r *per a. 5.* 128^v, olim codicis operculo adglutinatum, notarii actum continet adeo pessumdatum, ut legi nequeat.

Integumenti tabulae saec. XVI corio rubro obductae: fibulae ceciderunt.

128. Saec. XII ex., membran., mm. 244 × 165, ff. II. 115.

S. **Marci** (f. 4), praemisso (f. 1) ⟨argumento⟩: *Marcus euangelista dei electus et petri* (M. 103, 279-280), evangelium cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa iterlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 88^v-121; cf. M. 114, 179-224).

Ff. I-II. 115, quae pertinuerunt ad codicem Vaticanum graecum 503, saec. IX binis columnis exaratum, continent fragmenta, magna ex parte turpiter abrasa, <**Epiphanii** operis contra haereses>, scil. lib. I, tom. I, haer. 13. 14. 15 (M. P. G., 41, 237 sqq.).

Litterae initiales ff. 1. 4 desiderantur, maximae et maiores rubro et caeruleo alterno depictae. F. II^{v} summo marg. manus saec. XV adscripsit *Euangelium marci glossatum.* 1 marg. sup. *Euangelium Marci.* 114^{v} vacuum.

Tegumenti asseres corio rubro saec. XVI contecti.

129. Saec. XII ex., membran., mm. 276 × 171, ff. 69.

S. Marci (f. 8^{v}) evangelium usque ad v. *aduoluit lapidem ad hostium* (15, 46), cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria> usque ad v. *dicitur esse permixtus* et <Anselmi Laudunensis glossa interlineari> usque ad v. *operculum spei* (Bibl. cum glossa, 5, f. 88^{v}-119^{v}, E, 25; cf. M. 114, 179-240). Praemittitur (f. 6^{v}) <argumentum>: <M>*arcus euangelista dei et petri in baptismate* (M. 103, 229-280).

Ff. 1-6 sermones aliquot continent diversis saec. XII-XIII manibus exaratos, sine auctoris nomine. **1** inc. <S>*entio fratres karissimi. sentio cum sapiente illo qui ait. Gratior est fructus,* des. *purgatam inuenire alieno reatu et immunem a suo.* **2** (f. 1^{v}) inc. <D>*auid futura spiritu praeuidens. liberauit inquit,* des. *satagite ut eum laudare. cum eo regnare ualeatis. qui uiuit* etc. **3** (f. 2) inc. *Spiritu sancto ysaias edoctus,* des. *dignetur. in eo ministrare auxilium gratie sue qui uiuit* etc. **4** (f. 3^{v}) inc. <Q>*uantas comissis uobis ouobis* (!) *debeatis,* des. *nisi aperiatur tectum. non demittetur paraliticus ante christum.* **5** (fragmenta) inc. (f. 4^{v}) *Dicit apostolus. si est in uno corpore,* des. (f. 5) *Gratia uobis. et pax multiplicetur in recognitione dei.* **6** inc. *Etsi post minas deus facit bona,* des. *uniuersa facientibus. ipsi audire contempserit.* Sequitur rasura.

F. 6. Antiphona: *Benedicamus domino quem chorus angelorum laudat* etc. cum neumatis.

Litterae initiales nullae exstant. In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

130. Saec. XII, membran., mm. 220 × 146, ff. 66.

S. Marci (f. 3), praemisso (f. 1) <argumento>: *Marcus euangelista dei. et petri in baptismate* (M. 103, 279-280), evangelium cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 5, f. 88^{v}-121; cf. M. 114, 179-244).

Primum argumenti pariter atque evangelii vocabulum notis rubris et caeruleis alternis exaratum. Litterae initiales ff. 1. 3 desiderantur, reliquae litterae maximae, aeque ac

maiores, rubrae. 66^{v} marg. inf. rubro charactere legitur *liber Clareuallis de Flastra* | *quem qui furatus fuerit uel retinere* | *presumpserit, anathematis uinculo* | *subiciatur.*

In tegumenti tabulis exstant tesserae gentiliciae Pii VI et F. Zelada card. bibliothecarii.

131. Saec. XII ex., membran., mm. 250 × 161, ff. 136.

S. Marci evangelium (f. 3) cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 5, f. 90-121; cf. M. 114, 179-244). Praemittitur (f. 1) <argumentum>: <M>*arcus euangelista dei electus* usque ad v. *meruerat in genere* (M. 103, 279-280, 11).

Litterae initiales et tituli desunt: litterae maiores rubrae. Extrema evangelii verba (f. 135^{v}-136) alia manus supplevit. 136^{v} manus saec. XV quaedam conscribillavit nullius momenti.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

132. Saec. XII ex., membran., mm. 265 × 162, ff. 121.

S. Lucae evangelium (f. 3^{r}) cum (f. 1) <argumento>: *Lucas syrus natione et antiocenus* (M. 103, 285-286), <Walafridi Strabi (f. 3^{r}) glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 5, f. 122-183^{r}; cf. M. 114, 243-356). Glossula argumento interiecta differt ab edita in Bibl. cit., f. 121^{r}-122. In fine (f. 120) post notam: *Lectorem obsecro - memor benigne* (Bibl. cit., 5, f. 122, 24-32) argumentum: *Lucas antiocensis, natione syrus* denuo invenies et, alia manu saec. XIII, (f. 120^{r}) sermonem in cantic. canticor. 8, 14, qui inc. *Inter sanctarum testimonia scripturarum que beatissimo benedicto patri nostro,* des. *suis tunc inpetret discipulis largiendam, auctore deo et domino nostro ... amen.*

Litterae initiales (ff. 1^{r}. 4^{r}) sunt variis coloribus distinctae, tituli minio exarati. F. 3^{r} vacuum; l. 2 alia manu coaequali suppleta; 119^{v}. 120 saec. XII-XIII descripta binis columnis.

In tegumenti dorso conspiciuntur stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

133. Saec. XII ex., membran., mm. 258 × 188, ff. 121.

S. Lucae (f. 2) evangelium cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 5, f. 122-183^{r}; cf. M. 114, 243-356). Praemittuntur (f. 1) <argumentum>: *Lucas antiocenus* (M. 103, 285-286) et (f. 2) nota: *Lectorem obsecro - benigne* (Bibl. cit., 5, f. 122, 24-32).

F. 121^{r} manus saec. XIII hymnos descripsit, qui inc. *Summi regis mater et filia; O salutaris. uirgo stella maris* (Chevalier, nn. 19741. 13685).

Litterae maximae et maiores rubro caeruloque colore illitae. Ff. I. II vacua. 121^{v}

Lucas. glo. et quaedam saec. XIV-XV plumbo pallidissimo exarata, nullius, ut videtur, pretii.

Codicis opercula obducta sunt corio rubro signato saec. XVI.

134. Saec. XII, membran., mm. 240 × 164, ff. 111.

1 (f. 2). **S. Ioannis** evangelium, praemissis (f. 1) ⟨commendatione, auctore Beda⟩: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636) et ⟨prologo⟩: *Omnibus diuine scripture* (M. 114, 355-356), cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 185^v-244; cf. M. 114, 356-426).

2 (f. 56). *Incipiunt. meditationes. uenerabilis uiri guidonis. prioris cartussie.* Inc. *Bonum michi domine quod humiliasti me.* Des. *cum tradiderit regnum deo et patri et erit deus omnia in omnibus amen.*

3 (f. 71). *Incipit expositio super apocalipsi. Iohannis apostoli.* Inc. *Apocalipsis est reuelatio. hanc reuelationem eo tempore meruit uidere.* Des. mutila *et deus pater est templum illius ciuitatis. Ciuitas sanctorum non egent* (!) *sole. neque luna ut luceat.*

Codicem partim lineis plenis, partim (f. 56-70) binis columnis diversae manus scripserunt. Littera initialis argumenti in Ioan. evang. (f. 1) coloribus ornata: initialis evangelii (f. 2) apostoli imaginem pictam exhibet. Tituli rubri. 110^v marg. inf. *est liber sancte marie clarevallis de clento.* 111 vacuum. In folio codicis operculo posteriori adglutinato legitur *Die XXVIII. Mensis Iulij. MDLXIII Rd. D. Alexius Laurentianus almę Urbis Romę Gimnasij generalis Bidellus hunc librum ad Vaticane bibliothecę usum restituit si forte ipsius antea fuit ut conscientiam et animam suam redderet immunem et si in hoc aliquid d*⟨etri⟩*menti foret nullam prorsus lęsionem pateretur.*

In tegumenti asseribus stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

135. Saec. XII, membran., mm. 273 × 186, ff. 48.

S. Ioannis (f. 2) evangelium cum (f. 1) ⟨eiusdem commendatione, Beda auctore⟩: *Hic est iohannes* (M. 92, 633-636), ⟨prologo⟩: *Omnibus diuinae scripturae* (M. 114, 355-356), ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 185^v-244; cf. M. 114, 356-426), paucis tantum omissis.

In fine operis (f. 48) addita sunt: postilla in s. Ioan. evang. 1, 3; locus ex s. Gregorii Moral., 14, 38 excerptus (M. 75, 1063, B, 10-1064, A, 7) et notula de sacerdotum potestate absolvendi peccata, quam memorasse tantum sufficiat.

Litterae maximae variis coloribus tinctae, maiores rubrae. F. 48 codicis operculo adglutinatum est.

In tegumentis insignia gentilicia Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

136. Saec. XII-XIII, membran., mm. 264 × 179, ff. I. 97.

S. Ioannis (f. 3) evangelium cum (f. 1) ⟨eiusdem commendatione⟩: ⟨H⟩*ic est iohannes* (M. 92, 633-636), ⟨prologo⟩: *Omnibus diuine scripture* (M. 114, 355-356), ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 5, f. 185^{v}-244, cf. M. 114, 356-426).

Ff. 1-2. 91-96 alia manus exaravit. I. 97 vacua. Litterae initiales desunt. In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

137. Saec. XIV, membran., mm. 381 × 267, ff. 154.

1 (f. 1). **Actus Apostolorum** cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cit., 6, f. 163-208^{v}; cf. M. 114, 425-470). Praemittuntur (f. 1) duo ⟨prologi⟩, quorum prior: *Lucas medicus - conscribi actus apostolorum* et alter: *Lucas antiocensis natione syrus - proficeret medicina* (Bibl. cit., 6, f. 163). Subnectitur (f. 105) introitus in eosdem Actus Apost. (inc. *Fluuius egrediebatur de loco uoluptatis*, des. *medicamenta diuinarum languentium*) magna ex parte concinnatus ex ⟨s. Hier., de viris inlustr. 7⟩; cf. cod. 78, f. 150. **2** (f. 107^{v}). **S. Ioannis** Apocalypsis, cum (f. 107) prologo s. Hieronymi: *Iohannes apostolus* (M. 114, 709), ⟨Walafridi Strabi (f. 106) glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis (f. 107^{v}) glossa interlineari⟩ (Bibl. cit., 6, f. 241-275; cf. M. 114, 709-752). Glossas de 12 lapidibus pretiosis (Bibl. cit., 6, f. 273, A, 11-273^{v}, F, 20) in fine commentarii (f. 153^{v}-154^{v}) invenies.

Litterae initiales rubro colore et caeruleo ornatae. In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

138. Saec. XIV in., membran., mm. 353 × 240, ff. 150.

Novi Testamenti libri aliquot cum ⟨glossa ordinaria Walafridi Strabi et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 6, f. 163-275; cf. M. 114, 425-470; 671-752).

1 (f. 1^{v}). Actus Apostolorum. Praeeunt (f. 1) duo ⟨prologi⟩, quorum prior: *Lucas medicus. antiocensis - conscribi actus apostolorum* et alter: *Lucas antiocensis natione. syrus - eius proficeret medicina* (Bibl. cit., 6, f. 163). In fine (f. 70) legitur ⟨introitus in eosdem Act. Apost.⟩ magna ex parte concinnatus ex ⟨s. Hier., de viris inlustr. 7⟩, qui inc. *Fluuius egrediebatur*, des. *medicamenta animarum lugentium*, ut in cod. 78, f. 150. **2** (f. 71). S. Iacobi epistula cum (f. 70^{v}) vita eiusdem ⟨ex s. Hier., de viris inlustr. 2⟩ magna ex parte concinnata, quae inc. *Iacobus cognomento iustus* et des. *habuit nouissimum*, ut in cod. 78, f. 150, ⟨s. Hieronymi prologo (f. 71) in epistulas catholicas⟩:

Non ita est ordo (M. 29, 863-874), prothematum (f. 70^v-71) fragmento, sc. a v. *Huic operi* usque ad v. *instruere corrigere uel corripere* (Bibl. cit., 6, f. 209^v, F, 2-H, 40), sed ordine turbato, <argumento (f. 71) in epistulas catholicas ex s. Hieronymi epist. ad Paulinum>: *Iacobus Petrus* (M. 28, 178, 7-9.). **3.** S. Petri (f. 81^v) epistula I; - (f. 91^v) II. **4.** S. Ioannis (f. 98^v) epistula I; - (f. 109^v) II; - (f. 111) III, cum (f. 98^v) fragmento glossae in praefationem, sc. a v. *scripserat iohannes* ad finem (Bibl. cit., f. 228, B, 16-C, 27). Prologus et argumenta desiderantur. **5** (f. 112). Iudae epistula. **6** (f. 116^v). S. Ioannis Apocalypsis, praemissis (f. 115^v) prothematis: *Sicut in secularibus - patienter ferre omnia* (Bibl. cit., 6, f. 240^v-241). Glossa de 12 lapidibus pretiosis (Bibl. cit., 6, f. 273, A, 11-273^v, F, 20) in fine commentarii legitur (f. 148).

Litterae maximae auro coloribus et interdum imaginibus distinctae; maiores rubro ac caeruleo colore pictae. Ff. 149^v. 150^v vacua. Exstant in marginibus notae ipso saec. XIV plumbo exaratae. 150^r pauca in Apoc. 17, 9; 21, 4. 19; in Pauli epist. ad Hebr. 11, 30; in Iacobi epistulam, quae nullius sunt pretii.

In tegumenti tergo stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

139. Saec. XII, membran., mm. 281 × 185, ff. I. 178.

S. Pauli epistulae cum <Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari> (Bibl. cum glossa, 6, f. 3^v-162^v; cf. M. 114, 469-670). Praemittuntur duo prologi, quorum prior (f. 1^v): *Primum queritur quare post euangelia* (M. 111, 1275-1278), alter (f. 4): <R>*omani sunt qui ex iudeis - concordiam cohortatur* (Bibl. cit., 6, f. 2).

1 (f. 7). Ad Romanos. Praemittitur (f. 6^v) <argumentum>: <R>*omani sunt partis* (M. 114, 469) cum eiusdem <expositionis> fragmento, sc. a v. *Pro altercatione* ad v. *gratie dei* (Bibl. cit., 6, f. 3, B, 4-2 ab imo). **2** (f. 40^v). Ad Corinthios I cum <argumento>: <C>*orinthii ... et hi similiter* (M. 114, 519) et <expositione>: *Corinthii sunt achaici - humilitatis ut seruus et cetera* (Bibl. cit., 6, f. 33). **3** (f. 73^v). Ad Corinthios II. Praeeunt <argumentum>: *Post actam* (M. 114, 551) et eiusdem <expositionis> pars: *Quibusdam corinthiorum - proponit* (Bibl. cit., 6, f. 61^v, E, 14-G, 17). **4** (f. 93). Ad Galatas, praevio <argumento>: <G>*alathe sunt greci* (M. 114, 569) cum <expositionis> parte, sc. a v. *hi ueritatem* ad v. *ad salutem sufficit* (Bibl. cit., 6, f. 78^v, E, 23 - G, 21). **5** (f. 104). Ad Ephesios, praevio (f. 103^v) <argumento>: <E>*phesii sunt asiani* (M. 114, 587) cum <expositione>: *Hi per paulum - gratiam* (!) *data* (Bibl. cit., 6, f. 89-89^v, G, 1). **6** (f. 113^v). Ad Philippenses, duobus praemissis <argumentis>, quorum prius: <P>*hylipenses sunt macedones* (M. 114, 601), alterum: *hi paulo per epafroditum,* usque ad v. *contra eum senserant* (Bibl. cit., 6, f. 97^v, F, 4 ab imo - H, 3 ab imo). **7** (f. 121). Ad Colossenses cum duobus <argumentis>, quorum prius: *Colossenses sicut*

(M. 114, 609), alterum: *quibus non ipse - illi docuerant* (Bibl. cit., 6, f. 103^{v}, F, 14-H, 21). **8** (f. 128). Ad Thessalonicenses I, duobus praemissis ⟨argumentis⟩, quorum prius: ⟨T⟩*hessalonicenses sunt* (M. 114, 615), alterum: *qui facile,* usque ad v. *alios corrigant* (Bibl. cit., 6, f. 109, A-C, 12). **9** (f. 134^{v}). Ad Thessalonicenses II cum ⟨argumento⟩: *Ad thessalonicenses* (M. 114, 619). **10** (f. 138). Ad Timotheum I, praeviis ⟨argumentis⟩: ⟨T⟩*imotheum instruit* (M. 114, 623) et: *Timotheo relicto in asia,* usque ad v. *quomodo eam regat* (Bibl. cit., 6, f. 116, A, 34-B, 2). **11** (f. 146). Ad Timotheum II, praemissis ⟨argumento⟩: ⟨I⟩*tem thymotheo* (M. 114, 633) et alterius argumenti " Apostolus cum esset " parte: *Paulus iam a mundo - multis modis* (Bibl. cit., 6, f. 123^{v}, F, 6-G, 4 ab imo). **12** (f. 151^{v}). Ad Titum, duobus praeviis ⟨argumentis⟩, sc.: *Titum commonefacit* (M. 114, 637) et: *Tito relicto - a nicopoli* (Bibl. cit., 6, f. 128, C, 7-11). **13** (f. 155). Ad Philemonem, praemissis duobus ⟨argumentis⟩, quorum prius: ⟨P⟩*hylemoni familiares* (M. 114, 641), alterum: *Phylemoni familiares litteras mittit - de carcere* (Bibl. cit., 6, f. 130, D, 6-1 ab imo). **14** (f. 157). Ad Hebraeos. Praemittuntur (f. 156^{v}) duo argumenta, quorum alterum: *In prioribus dicendum est* (M. 114, 643), alterum: *Ecclesiis hebreorum - maior est eis* (ex fragmentis argumenti: " In primis " (M. 114, 643) et eiusdem expositionis: " Quidam veritatis " (Bibl. cit., 6, f. 131) concinnatum.

F. I e codice saec. XI exarato petitum, fragmentum continet ⟨Libri pontificalis⟩, sc. a v... *sexta synodo qui per dei* ad v. *quieuit ac se humiliauit* (Ioh. V, n. 2 - Serg. I, n. 3; vol. I, 366, 6-372, 1 Duchesne).

Litteras maximas auro et coloribus depictas distinguunt ornamenta imagines animalia quaedam inter se aut cum apostolo colluctantia. Desunt litterae initiales prologorum argumentorumque fere omnes. F. I^{v} erasum vix legi potest. 1^{r} manus saec. XV adscripsit *Epistolle pauli;* alia manus adiecit *cum glossis.* 179. 180^{v} vacua. 180^{r} *finito libro reddatur gloria christo.*

Integumenti tabulae corio rubro saec. XVI contectae.

140. Saec. XII ex., membran., mm. 290 × 196, ff. 236.

S. Pauli epistulae cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 6, f. 3^{r}-162^{v}; cf. M. 114, 469-670).

1 (f. 1). Ad Romanos. Loco argumenti invenies tantum ⟨expositionis⟩ v. *Pro altercatione - gratię dei* (Bibl. cit., 6, f. 3, B, 4-2 ab imo). **2** (f. 48^{v}). Ad Corinthios I cum ⟨expositione argumenti⟩: *Corinthii sunt, achaici - humilitatis. ut seruus etc.* (Bibl. cit., 6, f. 33). Argumentum omissum est. **3** (f. 95). Ad Corinthios II. Loco argumenti ⟨expositionis pars⟩: *Quibusdam corinthiorum - proponit* (loc. cit., f. 61^{v}, E-G, 17). **4** (f. 123). Ad Galatas. Argumenti

loco leguntur ⟨expositionis⟩ v. *hi ueritatem - sufficit ad salutem* (Bibl. cit., 6, f. 78^{v}, E, 23-G, 21). **5** (f. 137). Ad Ephesios cum ⟨argumenti expositione⟩: *hi per paulum - dei data* (loc. cit., f. 89-89^{v}, G, 1). **6** (f. 150). Ad Philippenses, praevio ⟨argumento⟩ inde a v. *hi, paulo per epafroditum* (loc. cit., f. 97^{v}, F, 4 ab imo - H, 33). **7** (f. 159^{v}). Ad Colossenses cum ⟨argumento⟩: *quibus non ipse*, usque ad v. *docuerant* (loc. cit., f. 103^{v}, F-H, 21). **8** (f. 168^{v}). Ad Thessalonicenses I, praemisso ⟨argumento⟩: *qui facile* usque ad v. *ab athenis* (loc. cit., f. 109, A-C, 13). **9** (f. 176^{v}). Ad Thessalonicenses II. **10** (f. 181). Ad Timotheum I, praevio ⟨argumento⟩: *Timotheo in asia*, usque ad v. *quo eam regat* (loc. cit., f. 116, A-B, 2). **11** (f. 191^{v}). Ad Timotheum II, praemissa ⟨argumenti⟩ parte: *Paulus iam a mundo - multis modis* (loc. cit., f. 123^{v}, F, 6-G, 4 ab imo). **12** (f. 198^{v}). Ad Titum cum ⟨argumenti⟩ fragmento: *Tito relicto - a nicopoli* (loc. cit., f. 128, C, 7-11). **13** (f. 202^{v}). Ad Philemonem, praevio ⟨argumento⟩: *Philemoni, familiares - de carcere* (loc. cit., f. 130, D, 6-1 ab imo). **14** (f. 204). Ad Hebraeos, praemisso brevi argumento (*Ecclesiis hebreorum - maior est eis*) ex argumento " In primis " (M. 114, 643) et eiusdem expositione: " Quidam veritatis " (Bibl. cit., 6, f. 131) concinnato.

Litterae maximae auro et coloribus ornatae: maiores rubro et caeruleo alterne illitae. In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

141. Saec. XII in., membran., mm. 254 × 167, ff. 193.

S. Pauli epistulae cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 6, f. 3^{v}-162^{v}; cf. M. 114, 469-670), iisdem argumentis, nisi aliter notetur, instructae, quae in cod. 139 occurrunt. Prologi desunt.

1 (f. 1). Ad Romanos, omisso argumento: " Romani sunt partis ". **2** (f. 35^{v}). Ad Corinthios I. Argumenti expositio usque ad v. *reuocans ad unitatem* (Bibl. cit., 6, f. 33, B-D, 19). **3** (f. 74). Ad Corinthios II. **4** (f. 96^{v}). Ad Galatas. **5** (f. 107^{v}). Ad Ephesios. **6** (f. 118). Ad Philippenses, omisso argumento: " Philippenses sunt macedones ". **7** (f. 125^{v}). Ad Colossenses, omisso argumento: " Colossenses sicut ". **8** (f. 133). Ad Thessalonicenses I. **9** (f. 140). Ad Thessalonicenses II. **10** (f. 143). Ad Laodicenses (M. 153, 565-568). Desunt initio v. " Paulus - neque ". **11** (f. 144). Ad Timotheum I. **12** (f. 153^{v}). Ad Timotheum II. **13** (f. 160). Ad Titum. **14** (f. 164). Ad Philemonem, omisso argumento: " Philemoni familiares " (M. 114, 641). **15** (f. 166). Ad Hebraeos.

Litterae initiales, pariter ac tituli summo foliorum margine adscripti, minio illitae. Littera initialis prima (f. 1), grandiori forma, rubro flavo caeruleo colore ornata. Ff. 192^{v}.

193^r vacua. 1 marg. inf. manu saec. XIV *Epistole pauli glossate per .. f. ..* 192^v manus saec. XV notavit *Iste sunt epistole pauli glosate depromte ad usum fratris ...* quae secuntur evanida non legi. Inferius *Iste liber est mei magistri Pauli Petri ... ciuis Romani et ...* reliqua non expedio. 193^v excerpta de nomine Iesu ex s. Bernardi ⟨sermone 15 in Cantica, nn. 6. 7⟩ (M. 183, 846-847). Manus saec. XV pauca addidit ex s. Augustini enarratione in psalm. 72 (M. 36, 928, 19-22).

Tegumenti tergum exhibet stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

142. Saec. XII, membran., mm. 271 × 181, ff. 122.

S. Pauli epistulae tres cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria, non tamen integre, et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 6, f. 3^v-77).

1 (f. 1). Ad Romanos. **2** (f. 45). Ad Corinthios I cum ⟨argumenti expositione⟩ usque ad v. *reuocatis ad unitatem* (Bibl. cit., 6, f. 33, D, 19). **3** (f. 90^r). Ad Corinthios II usque ad v. (12, 19) *propter edificationem.* Praemittitur ⟨argumentum⟩: *Post actam* (M. 114, 551) cum expositione: *Quibusdam proponit* (Bibl. cit., 6, f. 61^r, E, 14-G, 17).

Foliis 121-122, quae ab alio codice petita saec. XII-XIII binis columnis descripto et exsecta sunt, occurrunt glossae Placentini Pessulani, Baldi et aliorum. Prima glossa integra inc. *Emere cogitur debitor fratris sui partem addictam creditori ex diuisionis necessitate.*

Codex binis columnis diligenter perscriptus, mutilus est in fine. Litterae primae initiali variis pictae coloribus inest imago s. Pauli: reliquae litterae initiales desiderantur. Epistulae ad Romanos initium notis rubris et caeruleis conspicuum; principium epistulae I ad Corinthios minio exaratum. Margines sunt passim notulis pallidioribus conspersi, quae nullius sunt pretii. Pars externa folii 86, quae exciderat, filo consuta. 122^v, olim tegumento adglutinatum, satis pessumdatum.

In tegumenti dorso conspiciuntur scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

143. Saec. XII, membran., mm. 285 × 198, ff. 183.

S. Pauli epistulae cum ⟨Lanfranci commentario⟩ (M. 150, 105, D-406). Glossula interiecta ab ed., l. c., dissentit. Prima est: *seruus ihesu christi: non legis;* secunda *vocatus apostolus: uel ab hominibus uel potius ad hoc uocatus ut sit apostolus;* tertia *segregatus. id est a ceteris apostolis;* ultima *dimissum: scilicet a me in iter quod ire uolebat.* Singulis epistulis praemittuntur solita argumenta (M. 114, 469. 519. 551. 569. 587. 601. 609. 615. 619. 625. 633. 637. 641. 643). Argumentum in epist. ad Romanos inscribitur in cod. *prologus.*

1 (f. 1). Ad Romanos. **2** (f. 34). Ad Corinthios I; - (f. 67) II. **3** (f. 88^v). Ad Galatas. **4** (f. 99^r). Ad Ephesios. **5** (f. 111). Ad Philippenses. **6** (f. 119). Ad Thessalonicenses I; - (f. 126) II. **7** (f. 130).

Ad Colossenses. **8** (f. 137^{v}). Ad Timotheum I; - (f. 146^{v}) II. **9** (f. 153). Ad Titum. **10** (f. 157). Ad Philemonem. **11** (f. 159). Ad Hebraeos.

Folium tegumento codicis posteriori adglutinatum, fragmentum exhibet ⟨Sexti Decretal. lib. III, tit. I-IV⟩, ex codice saec. XIV binis columnis descripto et rubricato. Inc. ⟨moni⟩*ti non resipuerint*. Des. *nisi tantum ei de prouentibus* (Corpus Iur. Canon. ed. Richter-Friedberg, Lipsiae 1881, p. II, coll. 1018, 10-1020, 18 ab imo).

Commentarius pereleganter exaratus est litteris minutis erectis, epistulae litteris grandiori forma. Litterae maximae et maiores rubro viridi flavo colore distinctae. Tituli rubri.

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

144. Saec. XII ex. membran., mm. 260 × 174, ff. 263.

⟨**Petri Lombardi** in s. Pauli epistulas omnes collectanea⟩ (M. 191, 1297-1696; 192, 9-520). Desunt solita argumenta.

F. 98. Excerpta ex s. Augustino, de Trin. lib. XII. Primum inc. *Videamus ubi sit* (c. 1, ap. M. 42, 997). Ultimum des. *in uno homine quereretur* (c. 12, ap. M. 42, 1008, 10 ab imo).

Codex duabus columnis exaratus et passim correctus. Desunt litterae initiales, praeter primam auro et coloribus saec. XV ornatam. Praefationis et (f. 2^{v}) commentarii in epist. ad Romanos initia notis rubris et caeruleis alternis depicta sunt ipso saec. XV. In marginibus invenies auctoritates minio exscriptas. F. 72 vacuum. 180 lacinia constans mm. 278 × 37, scholium exhibet in epistulam ad Ephes. 6, 16. Inc. *Tela dicuntur, quia de longe mittuntur*. Des. *primam gloriam lucere conpellunt*.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

145. Saec. XIV, membran., mm. 423 × 297, ff. 267.

S. Pauli epistulae cum ⟨Petri Lombardi collectaneis⟩ (M. 191, 1297-1696; 192, 9-520). Argumenta paululum differunt ab editis.

1 (f. 2). Ad Romanos, praemissa (f. 1) Petri Lombardi praefatione: *Principia rerum*. **2** (f. 67^{v}). Ad Corinthios I; - (f. 115^{v}) II. **3** (f. 141^{v}). Ad Galatas. **4** (f. 162^{v}). Ad Ephesios. **5** (f. 177^{v}). Ad Philippenses. **6** (f. 188). Ad Colossenses. **7** (f. 197). Ad Thessalonicenses I; - (f. 204) II. **8** (f. 208^{v}). Ad Timotheum I; - (f. 220) II. **9** (f. 226). Ad Titum. **10** (f. 230). Ad Philemonem. **11** (f. 231). Ad Hebraeos.

Duae manus ipsa librarii aetate scholia amplissima in marginibus foliorum 1^{v}-102. 193-199 addiderunt. Praeit (f. 1^{r}) prologus quidam seu principium lecturae in s. Pauli epistulas. Inc. *de comedente exiuit cibus et de fortis egressa est dulcedo. iud. XIIII. hoc est probleuma sansonis quod non potuerunt philistei soluere per tres dies. et loquitur ad litteram de leone*. Des. *uolens eos humiliari ut*

omnia attribuant gratie dei. Scholium I inc. *Hec autem epistola diuiditur in tres partes. primo more suo premittit salutationem. Secundo captat beniuolentiam.* II inc. *Paulus qui interpretatur secundum glossam quietus.* Aliae manus notulas marginales et interlineares hic illic exararunt partim atramento, partim plumbo.

Codex duabus columnis scriptus litteras maximas variis coloribus exornatas praebet, maiores vero rubro et caeruleo alterne depictas. Folium 267[v] vacuum.

In codicis tegumentis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

146. Saec. XIV, membran., mm. 467 × 310, ff. 278.

S. Pauli epistulae cum ⟨Petri Lombardi collectaneis⟩ (M. 191, 1297-1696; 192, 9-520). Singulis epistulis praemittuntur solita argumenta: primum tantum, ut ap. M., l. c., desideratur.

1 (f. 2). Ad Romanos, praevia (f. 1) P. Lombardi praefatione: *Principia rerum.* **2** (f. 70). Ad Corinthios I; - (f. 120) II. **3** (f. 147). Ad Galatas. **4** (f. 170[v]). Ad Ephesios. **5** (f. 187). Ad Philippenses. **6** (f. 197[r]). Ad Colossenses. **7** (f. 206[v]). Ad Thessalonicenses I; - (f. 213[r]) II. **8** (f. 218). Ad Timotheum I; - (f. 229[r]) II. **9** (f. 236[r]). Ad Titum. **10** (f. 240). Ad Philemonem. **11** (f. 241). Ad Hebraeos.

Codex binis columnis exaratus est. Litterae maximae variis coloribus et figuris ornatae, maiores colore rubro et caeruleo alterna vice illitae. F. 278 notae partim erasae, partim plumbo pallidissimo conscriptae.

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

147. Saec. XIV in., membran., mm. 384 × 265, ff. III. 325.

S. Pauli epistulae cum ⟨Petri Lombardi collectaneis⟩ (M. 191, 1297-1696; 192, 9-520) et solitis argumentis, primo excepto.

1 (f. 2). Ad Romanos, praemissa (f. 1) ⟨P. Lombardi praefatione⟩. **2** (f. 76). Ad Corinthios I; - (f. 133[r]) II. **3** (f. 165[r]). Ad Galatas. **4** (f. 192[v]). Ad Ephesios. **5** (f. 212). Ad Philippenses. **6** (f. 225[v]). Ad Colossenses. **7** (f. 237[v]). Ad Thessalonicenses I; - (f. 247) II. **8** (f. 252[v]). Ad Timotheum I; - (f. 266) II. **9** (f. 274). Ad Titum. **10** (f. 278[r]). Ad Philemonem. **11** (f. 280). Ad Hebraeos.

In marginibus et inter lineas vir quidam doctus librarii coaequalis glossas et scholia copiosissima in suum usum digessit, idemque in foliis II. III. 325[r] complures quaestiones disputatas conscripsit, quarum prima inc. *Possunt queri de ueritate. primo quid secundum rationem sit. Secundo, in quo conueniat. uel differat. uerum a bono.* Insunt tituli: [1]) *de ueritate,* [2]) *de trinitate,* [3]) *de spe,* [4]) *de pluribus coniugiis,* [5]) *de discretione ciborum,* [6]) *de precepto prelatorum,* [7]) *de custodia angelorum,* [8]) *de obedientia,* [9]) *de prophetia,* [10]) *de obedientia claustra-*

lium, [11]) *de precio sanguinis christi,* [12]) *de preceptis.* Inscriptiones has exaravit ipso saec. XIV alter codicis possessor, idemque textum hic illic correxit, scholia nonnulla addidit, in f. II^{r} principium lecturae in s. Pauli epistulas conscripsit (inc. *iudicum. VIIII. e. de comedente exiuit cibus. et de forti egressa est dulcedo. nec potuerunt per tres dies,* des. *oremus uerum sansonem cum lacrimis ut nobis illam aperiat quod ipse prestare dignetur etc.*) et in parte superiore summarium quoddam festinanter confecit, quod referre non iuvat.

Codex binis columnis exaratus litteras maximas praebet auro et coloribus distinctas, in quibus s. Pauli effigies pictae sunt. Litterae maiores rubro colore et caeruleo alterna vice illitae. F. I^{r} vacuum. 325^{v} manu saec. XV *in isto uolumine sunt CCC et XXIIII folia.* Inferius quaedam perspiciuntur erasa.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

148. Saec. XIV, membran., mm. 435 × 290, ff. 276.

S. Pauli apostoli epistulae omnes cum ⟨Petri Lombardi collectaneis⟩ (M. 191, 1297-1696; 192, 9-520).

1 (f. 2). Ad Romanos, praemisso (f. 1) P. Lombardi prologo. **2** (f. 70). Ad Corinthios I; - (f. 121^{v}) II. **3** (f. 149^{v}). Ad Galatas. **4** (f. 171^{v}). Ad Ephesios. **5** (f. 188). Ad Philippenses. **6** (f. 198^{v}). Ad Colossenses. **7** (f. 208). Ad Thessalonicenses I; - (f. 215^{v}) II. **8** (f. 220). Ad Timotheum I; - (f. 230) II. **9** (f. 236). Ad Titum. **10** (f. 239^{v}). Ad Philemonem. **11** (f. 241). Ad Hebraeos.

Solita argumenta omnia, praeter in epist. ad Hebraeos, desiderantur.

Codex binis columnis exaratus litteras maximas auro rubro caeruleo, maiores vero rubro tantum et caeruleo alterno depictas praebet. Exstant in marginibus notae pallidissimae stilo exaratae. Inter f. 194 et 195 insertum est frustulum membran. mm. 354×132, in quo legitur commentarius in epist. ad Phil. a v. *umbram* (leg. « verbum ») *legalium* ad v. *tamptans* (!) *si quo modo* (M. 192, 245, B, 13-247, A, 10).

In tegumenti operculis ligneis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

149. 150. Saec, XIV, membran.

S. Pauli epistulae omnes cum ⟨Petri Lombardi collectaneis⟩ (M. 191, 1297-1696; 192, 9-520) in duo volumina divisae. Singulis epistulis, exceptis ad Romanos et ad Corinthios I, solita praeeunt argumenta.

I (**149**) mm. 380 × 259, ff. 228.

1 (f. 2^{r}). Ad Romanos, praevia (f. 1) ⟨P. Lombardi praefatione⟩. **2** (f. 104). Ad Corinthios I; - (f. 183^{v}) II. **3** (f. 228^{v}). Ad Galatas usque ad v. *seculorum amen* (1, 5). Commentarius abrumpitur v. *gratia sit uobis id est remissio* (M. 192, 95, 4 ab imo).

II (**150**) mm. 372 × 247, ff. 199.

1 (f. 1). Ad Galatas inde a v. *Miror quod* (1, 6). Commentarius inc. a v. *peccatorum et pax a deo patre mentis* (M. 192, 95, 4 ab imo). **2** (f. 35^v). Ad Ephesios. **3** (f. 59). Ad Philippenses. **4** (f. 75^v). Ad Colossenses. **5** (f. 88). Ad Thessalonicenses I; - (f. 99) II. **6** (f. 106). Ad Timotheum I; - (f. 123) II. **7** (f. 133^v). Ad Titum. **8** (f. 139). Ad Philemonem. **9** (f. 141^v). Ad Hebraeos.

Codex binis columnis exaratus. Litteris epistularum initialibus s. Pauli inest imago. Litterae maximae omnes auro et coloribus pictae, maiores rubro et caeruleo alterno. Complurium foliorum margines superiores externi maculati sunt. Secundi voluminis f. 199^v vacuum.

In tegumentorum dorso scuta Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

151. An. 1295 (cf. f. 206^v), membran., mm. 362 × 238, ff. I. 208.

S. Pauli epistulae cum ⟨Petri Lombardi collectaneis⟩ (M. 191, 1297-1696; 192, 9-520). Singulas epistulas, praeter primam, solita argumenta praecedunt.

1 (f. 2). Ad Romanos. **2** (f. 47^v). Ad Corinthios I; - (f. 84) II. **3** (f. 104). Ad Galatas. **4** (f. 121). Ad Ephesios. **5** (f. 133^v). Ad Philippenses. **6** (f. 142). Ad Colossenses. **7** (f. 149^v). Ad Thessalonicenses I; - (f. 155) II. **8** (f. 158^v). Ad Timotheum I; - (f. 167^v) II. **9** (f. 173^v). Ad Titum. **10** (f. 176). Ad Philemonem. **11** (f. 177). Ad Hebraeos.

Codex duabus columnis perscriptus est. Litteris maximis auro et coloribus ornatis insunt imagines pictae. Litterae maiores rubro et caeruleo colore alterno illitae. Ff. I^r. 207. 208 vacua. I^v possessionis nota *Iste liber est...* nunc penitus deleta. 206^v legitur *Expliciunt epistole beati pauli apostoli. Deo gratias XIII°. kal. martii. anno domini M^o. CC^o. Nonagesimo. V^o.*

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

152. Saec. XIII ex., membran., mm. 344 × 240, ff. 48.

Epistulae catholicae I-VII cum ⟨Walafridi Strabi glossa ordinaria et Anselmi Laudunensis glossa interlineari⟩ (Bibl. cum glossa, 6, f. 210-239; cf. M. 114, 671-710). Desunt argumenta; glossas in s. Hieronymi prologos partim tantum invenies, sc. in Iacobum (f. 1) a v. *Catholice dicuntur epistole hee* ad v. *fuerat ordinatus;* in Petrum (f. 12) inde a v. *Tempore quo;* in Ioannem (f. 31) inde a v. *Scripserat iohannes* (Bibl. cit. 6, ff. 209^v, F, 9-37; 216^v, F, 8 ab imo; 228, B, 6 ab imo).

1 (f. 1). Iacobi epistula. **2.** S. Petri (f. 12^v) epistula I; - (f. 23^v) II.

3 (f. 31[v]). S. Ioannis epistula I; - (f. 42[v]) II; - (f. 44) III. **4** (f. 45). Epistula s. Iudae.

Litterae initiales coloribus et auro conspicuae. Margines folii 1 nova membrana refecti. F. 48[v] vacuum.
In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

153-156 inter libros in membrana impressos translati et signati *Membr. II 76-79*, continent Nicolai de Lyra Postillas in Testamentum vetus et novum Venetiis editas a. 1481.

157. Saec. XIV ex., membran., mm. 456 × 309, ff. 411 (+ 128[a]-librarii oscitatione neglecto).

Nicolai de Lyra Postillae in complures Veteris Testamenti libros (Bibl. cum glossa 1, f. 23-377[v]; 2, f. 3[v]-314; 3, f. 4-307).

1 (f. 2). In Genesim, praemissis (f. 1) duobus prologis, sc. ⟨de commendatione sacrae Scripturae in generali⟩ et ⟨de intentione auctoris et modo procedendi⟩ (loc. cit., f. 3-4). Caput I inc. *Omissis diuisionibus otiosis, accipio illam quae magis consueta est dici. tota sacra scriptura diuiditur.* **2** (f. 43). In Exodum. Quae in fine (f. 76) sequuntur v. *beneficium lucis* (Bibl. cit., 1, f. 213, F, 4 ab imo), ad explanationem figurae tabernaculi (quam habes f. 76[v]), differunt ab editis. **3** (f. 77). In Leviticum. **4** (f. 94). In Numeros. **5** (f. 114). In Deuteronomium. **6** (f. 133[v]). In lib. Iosue. **7** (f. 146). In lib. Iudicum. **8** (f. 158). In lib. Ruth. **9** (f. 160). In Regum lib. I-IV cum ⟨praefatiuncula⟩. **10** (f. 228). In Paralipomenon lib. I-II cum ⟨praefatione⟩. **11** (f. 253[v]). In lib. I-II Ezrae cum ⟨prologo⟩. **12** (f. 264[v]). In lib. Esther. **13** (f. 269[v]). In Iob cum ⟨praefatione⟩. **14** (f. 303[v]). In Psalmos cum (f. 302) praefatione usque ad v. *ut infra dicetur* (loc. cit, f. 84[v], G, 18).

Codex binis columnis exaratus est. Litterae maximae auro et coloribus ornatae; maiores rubro et caeruleo alterno. Tituli in summis foliorum marginibus litteris rubris et caeruleis. F. 1[r] cernuntur imagines Dei creatoris, Iesu Christi crucifixi, beatae Virginis, s. Francisci et Nicolai de Lyra diligenter pictae. Hic illic figurae occurrunt coloribus et auro distinctae. 411[v] marg. inf. *Volumen istud cum duobus sequentibus est reuerendissimi domini domini de thurenno cardinalis,* manu saec. XV.
In codicis tegumento scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

158. Saec. XV, membran., mm. 368 × 262, ff. I. 215.

Nicolai de Lyra Postillae in aliquot Veteris Testamenti libros (Bibl. cum glossa, 1, f. 23-377[v]; 2, f. 3[v]-59[v]).

1 (f. 3[v]). In Genesim. Caput I inc. *Omissis diuisionibus curiosis, accipio illam quae magis consueta est dici. tota enim sacra scriptura* etc. Praemittuntur

[1] (f. 1). Nicolai ⟨prologus primus de commendatione sacrae Scripturae in generali⟩; [2] (f. 2) ⟨prologus secundus de intentione auctoris et modo procedendi⟩ (Bibl. cit., 1, f. 3^{v}-4). **2** (f. 60). In Exodum. Verbis *beneficium lucis* (loc. cit., f. 213^{v}, F, 4 ab imo) subicitur (f. 103, 15) *Ad lucem perpetuam nos perducat pater et filius et spiritus sanctus Amen.* Quae sequuntur de tabernaculi figuris, ad quas recipiendas spatia vacua in cod. relicta sunt, differunt ab editis. **3** (f. 103^{v}). In Leviticum. **4** (f. 125). In Numeros. **5** (f. 149^{v}). In Deuteronomium. In fine subicitur *Sed in noua lege maior et maximus legislator surrexit scilicet ihesus qui uocatur christus. Qui equaliter cum patre* etc. **6** (f. 175^{v}). In lib. Iosue. **7** (f. 194). In lib. Iudicum. **8** (f. 212). In lib. Ruth.

Codex binis columnis scriptus litteram maximam primam variis coloribus et auro, reliquas coloribus tantum ornatas praebet. Litterae maiores colore rubro et caeruleo alterno illitae sunt. Ff. I^{v}. 214^{v}. 215 vacua. I^{r} manu saec. XV *Expositio super libros iudicum et ruth.* Alia manus adiecit *Genesis* supra lin. et in fine *et aliquibus aliis.* 1^{r} ornamentum inelegans depictum, in quo stemma conspicitur card. Condolmer.

In tegumenti tergo exstant scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

159. Saec. XV, membran., mm. 373 × 268, ff. I. 144.

Nicolai de Lyra Postillae in aliquot Veteris Testamenti libros (Bibl. cum glossa, 2, f. 62-269^{v}; 305-314).

1 (f, 1). In Regum lib. I-IV cum ⟨praefatiuncula⟩. **2** (f. 93). In Paralipomenon lib. I-IV cum ⟨praefatione⟩. **3** (f. 123^{v}). In Ezrae lib. I-II cum ⟨prologo⟩. **4** (f. 138). In lib. Esther.

Codex duabus columnis exaratus litteram initialem primam variis coloribus et auro, reliquas coloribus tantum ornatas exhibet. Litterae maiores sunt rubro et caeruleo alterna vice illitae. Ff. I^{v}. 92^{v}. 144 vacua. I^{r} manus saec. XV notavit *Expositio super libros regum.* In marg. inf. folii 1 stemma gentis Condolmer depictum cernitur, superimposito galero rubro. In ff. 56-59 spatia ad figuras excipiendas vacua relicta invenies.

Tegumenti dorsum praefert tesseras gentilicias Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

160. Saec. XIV, membran., mm. 355 × 258, ff. 77.

Nicolai de Lyra Postillae in aliquot Veteris Testamenti libros (Bibl. cum glossa, 2, f. 189^{v}-269^{v}; 305-314; 3, f. 308^{v}-368).

1 (f. 1). In Paralipomenon lib. I, praemisso prologo; - (f. 12) lib. II. **2** (f. 21^{v}). In Ezrae lib. I-II. Deest prologus. **3** (f. 33^{v}). In librum Esther. **4** (f. 38^{v}). In Proverbia cum ⟨praefatione⟩. **5** (f. 59). In Ecclesiasten. **6** (f. 69^{v}). In Canticum canticorum.

Codex binis columnis exaratus. Litterae initiales rubro et caeruleo colore depictae.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XI et B. Pamphili card. bibliothecarii.

161. Saec. XV, membran., mm. 374 × 261, ff. 98 (— ff. 15. 50. 72 librarii oscitatione neglectis, + f. 24ª).

Nicolai de Lyra Postillae in aliquot Veteris Testamenti libros (Bibl. cum glossa, 3, f. 4-83; 308-368).

1 (f. 1). In librum Iob, praevia ⟨praefatione⟩. **2** (f. 47ᵛ). In Proverbia cum praefatione. **3** (f. 75). In Ecclesiasten. **4** (f. 87). In Canticum canticorum.

Codex duabus columnis exaratus litteras maximas praebet variis coloribus ornatas, primam etiam auro illitam. Litterae maiores rubro et caeruleo alterno exscriptae. Ff. 97. 98 vacua. 1ʳ summo marg. exstat nota numeralis *116* cancellata.

In tegumenti dorso Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii tesserae gentiliciae.

162. An. 1329 (cf. f. 89ᵛ), membran., mm. 303 × 242, ff. II. 91.

Nicolai de Lyra (f. 2) Postilla in Psalmos (Bibl. cum glossa, 3, f. 87-307) cum (f. 1) praefatione usque ad v. *ut infra dicetur* (loc. cit., f. 84ᵛ, G, 18). In fine (f. 89ᵛ) rubris litteris legitur *explicit postillas* (!) *super librum psalmorum edita a fratre. Nicholao de lyra de ordine fratrum minorum. sacre theologie doctore. anno domini M° C° C° C° XXVI°.*

F. 89ᵛ. *Incipiunt uirtutes psalmorum.* Inc. *1° Beatus uir qui non abyt. Si qua mulier non continet.* Des. *8 domine dominus noster. Si puer non dormit et clamat scribe eum et nomen pueri et liga ad brachium eius et dormiet.* F. 90-91. ⟨Fragmentum unius ex correctoriis corruptorii divi Thomae⟩. Prima integra quaestio est 115 art. 6 partis primae Summae divi Thomae et inc. *In responsione principali recitans opiniones quorumdam dicit quod secundum rationem quorundam.* Ultima est 33 art. 7 partis secundae secundae. Des. mutila *numquam facienda esset secreta uisitacio. nisi premissa.*

Codex binis columnis exaratus est. Litterae initiales rubro et caeruleo colore depictae. Ff. 1ʳ. 62ᵛ vacua. Iᵛ quaedam nullius pretii. IIʳ index complurium canticorum sacrorum, quae in Bibliis fere omnia leguntur: sequuntur nomina auctorum psalterii. IIᵛ manu saec. XV *In primo pluteo inferius, bibliothecę magne secretę* | *Bibliothecę apostolicę* et pauca alia nullius prorsus momenti. 1ʳ summo marg. ipsius librarii manu *presenti huic operi sit gratia neupmatis* (!) *almi;* marg. inf. *geruasio detur.* 89ᵛ notis rubris *Iste liber scriptus qui scripsit sit benedictus, anno domini millesimo ccc° uicesimo nono a geruasio wallence apud parisus.*

Tabulae codicis saec. XVI corio rubro contectae sunt.

163. Saec. XIV, membran., mm. 308 × 234, ff. I. 158.

Nicolai de Lyra Postillae in librum Psalmorum et in Danielem (Bibl. cum glossa 3, f. 87-307; 4, 293ᵛ-328, C).

1 (f. 4). In Psalmos cum (f. 2) praefatione usque ad v. *infra dicetur* (Bibl.

cit., 3, f. 84ᵛ, G, 18). In fine (f. 132) *Explicit postilla super libros psalmorum. edita a fratre Nicholao de lyra de ordine fratrum minorum sacre theologie doctore. anno domini M. CCC. XXVI°.* **2** (f. 133). In Danielem usque ad c. 12 inclusive.

Ff. I. 1. 158 continent, inter alia, duo principia lecturae in s. Scripturam manu saec. XIV; alterum (f. 1) inc. *de excelso misit ignem in ossibus meis et erudiuit. tren. 1. Certum est quod per ignem ut scitis eloquia diuinarum scripturarum et per ossa doctores earum;* alterum inc. (f. 158) *fons sapientie uerbum dei in excelsis. ecc. I. Multorum sollicitudo et studium ad hoc praecipue laborauit.* 157 fragmentum exhibet quaestionis disputatae vel commentarii in sententias. Inc. *quam possibilis, et possibilis unitur et coniungitur agenti, ut forme non in primo sed in postremo. causa autem coniunctionis.*

Codex binis columnis scriptus est. Litteram initialem primam (f. 2) caeruleo colore depictam rubrae lineae exornant; reliquae initiales minio exaratae. Ff. Iʳ. 158, olim codicis operculis adglutinata, sunt male habita. 1ᵛ summo marg. manu saec. XV *In primo pluteo bibliothece magnae secretae Bibliothecę apostolicae.* In marg. sup. f. 2ʳ *postilla. N. de lira super danielem* alia manu saec. XV. 132 imo marg. *Iste liber. costitit. III florenos a* ||||| 132ᵛ vacuum.

Tabulae codicis corio rubro saec. XVI obductae fibularum vestigia praeferunt.

164. Saec. XV in., membran., mm. 351 × 248, ff. 87.

Nicolai de Lyra Postillae in aliquot Veteris Testamenti libros (Bibl. cum glossa, 3, f. 368-479; 2, 283ᵛ-314).

1 (f. 1). In librum Sapientiae. **2** (f. 14). In Ecclesiasticum. **3** (f. 50). In Machabaeorum lib. I; - (f. 59ᵛ) lib. II. **4** (f. 68ᵛ). In librum Tobiae cum ⟨praefatione⟩. **5** (f. 74ᵛ). In Iudith. Inc. *Post librum baruth qui fuit scriptus tempore captiuitatis ut supra.* **6** (f. 82). In librum Esther. Desunt in fine verba *ad Dei laudem* etc.

Codex duabus columnis exaratus. Litterae maximae auro et coloribus distinctae, maiores rubro et caeruleo alterne illitae. F. 1ʳ ornamentum variis coloribus et auro, satis tamen ineleganter pictum, conspicitur, cum stemmate gentis Condolmer, cui superimponitur galerus ruber. 87ʳ *Iacobus plebanus Mugle Tergestine dyocesis scripsit.* 87ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso isignia gentilicia Clementis XI et B. Pamphili card. bibliothecarii.

165. An. 1385 (cf. f. 248), membran., mm. 350 × 248, ff. 248.

Nicolai de Lyra Postillae in prophetas (Bibl. cum glossa, 4, f. 110-427ᵛ).

1 (f. 1). In Ieremiam cum prologo. In fine legitur nota *Hic autem librum Baruch et epistolas ieremie omitto. quia non sunt de canone.* **2** (f. 62). In Baruch. **3** (f. 69ᵛ). In Ezechielem cum ⟨praefatione⟩. Post v. (f. 72) *inspicientis multa suppleri* (Bibl. cit., 4, f. 212, D, 12 ab imo) figurarum spatium vacuum reli-

ctum: item (f. 79^v) post v. *in parte orientali* (loc. cit., f. 222^r, G, 27). **4** (f. 142). In Danielem cum prologo. **5** (f. 184^r). In Oseam cum praefatione. **6** (f. 198^v). In Ioelem. **7** (f. 203^v). In Amos. **8** (f. 211^v). In Abdiam. **9** (f. 213). In Ionam. **10** (f. 215). In Michaeam. **11** (f. 221). In Nahum. **12** (f. 223^v). In Habacuc. **13** (f. 227). In Sophoniam. **14** (f. 230). In Aggaeum. **15** (f. 232). In Zachariam. **16** (f. 244^v). In Malachiam.

Codex duabus columnis exaratus est. Tituli, aeque ac figurae, minio picti; litterae maximae auro, coloribus et prophetarum imaginibus ornatae (cf. Seroux d'Agincourt, *Histoire de l'art*, ad tab. LXXXI); maiores rubro et caeruleo alterne illitae. Ff. 141^v. 248^r vacua. Ornamento marginibus folii 1^r appicto inest imago pueri a duobus draconibus arrepti. 248^v, absoluto opere, legitur *Explicit postilla magni Nycolai de lyra ordinis minorum, super malachiam prophetam. millesimo. III^c LXXXV.^{to} 21. febr.* | *Si bene postillas, lector contaberis illas,* | *Mentis fauillas, non habebis forte pusillas,* | *Hic liber est scriptus, qui scripsit sit benedictus.*

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XI et B. Pamphili card. bibliothecarii.

166 (olim 2278; cf. f. I^r). Saec. XIV in., membran., mm. 409 × 300, ff. II. 243.

Nicolai de Lyra Postillae in complures Veteris Testamenti libros (Bibl. cum glossa, 3, f. 338-368; 4, f. 3-202; 208-307; 423-427).

1 (f. 1). In Proverbia inde a v. *utero et loquitur* (Bibl. cit., 3, f. 338, G, 14-341). **2** (f. 2). In Ecclesiasten. **3** (f. 8^r). In Canticum canticorum. **4** (f. 13^r). In Isaiam cum ⟨prologo⟩. **5** (f. 53^r). In Ieremiam cum ⟨praefatione⟩. Subiungitur nota: *Hic autem librum baruth et epistolas ieremie omitto* etc., ut in cod. 165, f. 61^r. **6** (f. 79^r). In Ezechielem cum ⟨praefatione⟩. In ff. 81. 84. 109 post v. *multa suppleri*, *inspicientis suppleri*, *usque ibi* (loc. cit., ff. 212, B, 12 ab imo; 222^r, G, 32; 290, C, 7 ab imo) spatia vacua relicta sunt ad figuras excipiendas. **7** (f. 112). In Danielem cum ⟨praefatione⟩. **8** (f. 132). In Oseam cum prologo. **9** (f. 138^v). In Ioelem. **10** (f. 140^v). In Amos. **11** (f. 144^r). In Abdiam. **12** (f. 145^r). In Ionam. **13** (f. 146^r). In Michaeam. **14** (f. 149). In Nahum. **15** (f. 150^r). In Habacuc. **16** (f. 152). In Sophoniam usque ad v. *eorum ibi dixi* (loc. cit., 400, B, 11 ab imo). Subnectitur (f. 152^r, col. 2, 19) In Aggaeum inde a v. *aliud ad cibum* (loc. cit., f. 404, C, 7). Finem postillae in Sophoniam et initium in Aggaeum invenies f. 161, ut etiam ex notula in marg. f. 152^v adscripta eruitur. **17** (f. 153). In Zachariam. **18** (f. 158^v). In Malachiam. **19** (f. 164^v). In Psalmos cum (f. 163) praefatione usque ad v. *infra dicetur* (loc. cit., 84^v, G, 18). Post v. *magna facta* (loc. cit., f. 97^r, F, 6 ab imo) spatium vacuum relictum est (f. 168^r), sed nihil deest.

242^v. *Particularitates personarum diuinarum prout scriptura*

ueteris testamenti. Inc. *Genesis primo. In principio creauit deus caelum et terram. ubi hebraica littera habet in principio heloym.* Des. *ad tria attributa diuina. scilicet sapientiam potestatem et bonitatem. sed hoc est superius probatum. sed ergo propositum personale* etc. Folium 243 desumptum ex codice binis columnis saec. XII exarato, fragmenta exhibet ⟨Isaiae⟩, a v. ⟨delect⟩*aberis super domino* ad. v. *argentum eorum* (58, 14-60, 9) et ⟨Expositionis in Lucae evang. c. 1⟩, quae partim cum Beda consentit. Inc. *magnificat anima mea dominum. sola qui*⟨ppe⟩ (M. 92, 322, A, 3). Des. *exempla proponitis adm...* reliqua non leguntur.

Codex initio mutilus binis columnis perscriptus est. Litteras maximas auro et coloribus insignes duae manus pinxerunt: prior, saec. XV, quae ff. 1^r. 13^v. 201^r. 210^r. 219^r. 226^r exornant, altera, saec. XIV, reliquas. Litterae maiores rubro et caeruleo colore alterne illitae. Ff. II^r 160^v. 162^v. 242^r vacua. I^r num. *6*, inferius, Rainaldi manu, *V. 2278* | *166 N.* I^v *Iesus* | *Nicolao de Lira sopra la Bibia* manu saec. XV. II^v index. 242^v imo marg. *ducatorum XXXII* manu saec. XV.

In tegumenti tabulis stemmata Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

167. An. 1482 (cf. f. 347), membran., mm. 403 × 284, ff. I 350.

Nicolai de Lyra, praemisso (f. 1) prooemio, expositiones in quattuor evangelia (Bibl. cum glossa, 5, f. 2-244).

1 (f. 5). In s. Matthaeum. **2** (f. 126^v). In s. Marcum. **3** (f. 155^v). In s. Lucam. **4** (f. 222). In s. Ioannem. Singulis expositionibus praeeunt auctoris prooemia et prologi, ut in ed. laudata.

In fine (f. 347^r) legitur librarii epistula de opere suo ad Sixtum IV. Inc. *Quemadmodum ab Ecclesia dei, sine intermissione, oratio.* Des. *fragilitati humanae et senectuti adscribat. Valeat Sanctitas tua felicissime. Et Satrianum, ante oculos benignos tuos tene.*

Singularum expositionum initia ornamentis variis coloribus auroque interlitis atque Sixti IV stemmate insignia. Titulus primus aureus, reliqui minio exscripti. Litterae initiales omnes auropictae et coloribus ornatae. Ff. I^v. 348-350 vacua. I^r summo marg. manus saec. XVI adnotavit *Nicolaus de lyra super euangelia.* 347^r litteris rubris *Laus omnipotenti Deo: Gloriosae Virgini Mariae: et istis Sanctis quatuor euangelistis. per. Petrum Episcopum satrianensem exscripsit. iussu, ac uoluntate Beatissimi. ac Sanctissimi. Domini. Syxti. PP. IIII. Romae. in Palatio Apostolico. decimo. Jan. M°. CCCC° LXXXII°.*

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

168. (olim 2288, cf. f. I^r). Saec. XIV, membran., mm. 276 × 205, ff. I. 97.

⟨**Nicolai de Lyra**⟩ opera complura.

1 (f. 1). Praefatio in quattuor evangelistas (Bibl. cum glossa, 5, f. 1). **2** (f. 4). ⟨Expositio in s. Matthaeum⟩ usque ad v. *nomen tante* (op. cit., f. 22, 4). **3.** Sermones in aliquot evangeliorum locos. **¹** (f. 21). In

Luc. 21, 25 sqq. Inc. *Sciendum est quod duo sunt inter allia que hominem retrahunt a malo et reducunt ad bonum.* Des. *nobis gratiam conferendo in presenti et gloriam in futuro. ad quam etc.* [2] (f. 26). *Dominica. 2ª. de aduentu* (in Matth. 11, 2 sqq.) Inc. *Nos uidemus per experientiam quod quanto res est maioris nobilitatis in se.* Des. *fuit inquit magnus in gratia et est multo magnus in gloria. Ad quam nos etc.* [3] (f. 29ᵛ). *Dominica 3ª. de aduentu* (in Ioan. 1, 19 sqq.). Inc. *Nos uidemus per experientiam, quod per responssionem humilem.* Des. *et sic istis custodis, nos ducat ad gloriam. Ad quam gloriam etc.* [4] (f. 33ᵛ). *Dominica. 4.* (in Luc. 3, 1 sqq.). Inc. *Nos uidemus per experientiam, quod quando aliquis magnus dominus puta papa uel imperator.* Des. *salua facta est anima mea. salua inquit in gloria eterna ad quam etc.* [5] (f. 36). *Dominica 4ª. de eodem.* Inc. *Nos uidemus per experientiam quod homo gaudet de ueritate.* Des. *nasci ab ea est prodire in lucem. Ad quam lucem nos perducat etc.* [6] (f. 40ᵛ). *In Natiuitate domini.* Inc. *Factum est autem... Luc. 2.* ⟨1⟩. *Valde conueniens est et consonum.* Des. *natus est de spiritu sancto est. ad quam.* [7] (f. 43ᵛ). ⟨De circumcisione⟩. Inc. *Postquam consummati... luc. 2.* ⟨21⟩. *quia nos uidemus quod nomina inponuntur.* Des. *Emite manum tuam de alto etc. usque allienorum. Ad quam etc.* [8] (f. 45ᵛ). ⟨De Epiphania⟩. Inc. *Cum natus esset... mat*⟨th.⟩ 2. ⟨1⟩. *Dignitas regalis est ut ad presencia regis.* Des. *proficue quia ducunt ad uitam eternam ad quam nos etc.* [9] (f. 50ᵛ). In Luc. 2, 42 sqq. Inc. *Sacra scriptura non sic solum nobis narrat ystorias.* Des. *hii sunt qui cum mulieribus non sunt etc. Ad quam etc.* [10] (f. 53ᵛ). In Ioan. 2, 1. Inc. *Secundum sententiam philosophorum generaliter loquendo.* Des. *ut se extendant ad gloriam eternam.* [11] (f. 57). In Matth. 13. Inc. *quatuor sunt inter alia que debent.* Des. *locabuntur in gloria paradysi ad quam gloriam etc.* [12] (f. 60ᵛ). In Matth. 20, 1 sqq. Inc. *Nos uidemus per experientiam quod quando aliquis ex labore suo.* Des. mutil. *et inuident eis de benedictione quam accipiunt.* [13] (f. 65). In Matth. 4, 1 sqq. Inc. *Sciendum est quod secundum sententiam sanctorum primus homo.* Des. *dyadema speciei de manu domini. quod regnum et dyadema nobis presta etc.* [14] (f. 69ᵛ). In Matth. 17, 1 sqq. Inc. *Nos uidemus per experientiam quod quando alicui afflicto.* Des. *deo placere, et ipse nobis retribuet gratiam in presenti et gloriam in futuro. Ad quam gloriam etc.* [15] (f. 74). *Dominica 3ª* (in Luc. 11, 14 sqq.). Inc. *Rationale est et congruum ut homo.* Des. *nam saluos nos facit in presenti per gratiam suam ut tandem nos perducat ad gloriam sempiternam. Ad quam gloriam etc.* [16] (f. 78ᵛ). In Ioan. 6, 1 sqq. Inc. *Nos uidemus per experientiam quod officium boni medici habentis aliquem.* Des. *ut a peccatis nos redimeret, et ad uitam eternam nos perduceret. Ad quam etc.* [17] (f. 82ᵛ). In Ioan. 8, 46 sqq. Inc. *Nos uidemus quod inter alia que desiderat homo.* Des. *pro fide in gratia. et in futuro facie*

ad faciem in gloria sempiterna. Ad quam uos per etc. [18] (f. 85). In Matth. 21, 1 sqq. Inc. *Diuersitas obpinionum fuit antiquitus.* Des. *qui facit uoluntatem dei manet in eternum scilicet in gloria paradisi. Ad quam me et uos perducat qui est benedictus etc.* [19] (f. 89). *Dominica resurrectionis domini* (in Marc. 16, 1 sqq.). Inc. *Nos uidemus per experientiam quod unusquisque delectatur in presentia.* Des. *annuntians resurrectionem christi per quem sumus iustificati. Ad quam liberationem nos.* [20] (f. 92). In Luc. 24, 13 sqq. Inc. *Notabile est et ualde congruum quod res.* Des. *et gaudium uestrum nemo tollat a uobis. Ad quam etc.*

Litterae maximae (ff. 1. 21) auro coloribus imaginibus conspicuae; maiores colore rubro et caeruleo exscriptae. I^r^ manu Rainaldi *V. 2288* | *168.* 1^v^ *Inferius In p. pluteo bibliothecę magnę secretae* | *Bibliothecę apostolicae.* 97^r^ manus saec. XV adnotavit *Finis istius operis in ultimo paragrafo datur. Ubi sciendum quod per abraam uidetur tamen carere uno quinterno. in ipso fine.* 97^v^ vacuum.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae exstant Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

169. An. 1450 (cf. 118), membran., mm. 393×267, ff. 134.

<Pseudo->Dionysii Areopagitae opuscula, Ambrosio Traversari interprete (S. Dionysii Areopagitae opera omnia quintuplici translatione versa, Coloniae 1556, p. 845-925).

1 (f. 1). De caelesti hierarchia. Inc. *Quod omnis diuina lux licet uarie .. que illustrat unum efficit. Capitulum primum. Omne datum optimum... Sed et candidissime illius lucis.* Des. *silentio onoranda putauimus.* **2** (f. 30^v^). De ecclesiastica hierarchia. Inc. *Sacerdotii quidem nostri functionem.* Des. *excitandas excudendasque scintillas.* **3** (f. 66^v^). De divinis nominibus. Inc. *Nunc iam uir dei.* Des. *ad significatiuam theologiam conscribendam.* **4** (f. 115). De mystica theologia. Inc. *Trinitas super substantialis omni bonitate ac deitate superior.* Des. *absolutus ab omnibus et ultra omnia est.* Subicitur (f. 118) rubris litteris *Absolui Ambrosius peccator Dionysii opuscula in monasterio fontis boni. XV. kal. aprilis. Anno dominice incarnationis M. CCCC. XXXVI. indictione. XV. Emendaui et cum greco contuli in heremo III. idus. aprilis. Laus deo sit semper* (cf. Mehus, A. Traversarii vita, p. ccccxxv). | *Et frater Iohannes baptista de frantia* (cf. cod. 198, f. 163^r^) *pauper et indignus monachus montis oliueti scripsit hoc opus pro beatissimo ac glorioso domino suo: domino Nicolao diuina prouidentia pape* (!) *quinto. Anno dominice incarnationis M°. CCCC°. L°. existente iubileo sancto.* **5** (f. 119). Epistulae I-X. Prima inc. *Tenebre luce uanescunt.* Ultima des. *posteris trades.* In fine legitur nota *Meminit se scripsisse que secuntur nominatim: que periere. De diuinis hymnis. De intellectualibus et sensibilibus.*

De theologica informatione. De anima. De significatiua theologia. De legali hierarchia. De angelicis proprietatibus et ordinibus. De iusto diuinoque iudicio.

Litterae maximae auro coloribus imaginibus eleganter excultae sunt, litterae maiores omnes ac foliorum complurium margines auro et coloribus. Tituli rubri. In parte inf. ff. 1r. 31r. 67r Nicolai V scutum depictum cernitur. Exstant hic illic variae lectiones.

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

170. Saec. XV, membran., mm. 400×258, ff. I. 116.

⟨Pseudo-⟩Dionysii Areopagitae opuscula, Ambrosio Traversari interprete, ut in cod. 169 (S. Dionysii Ar. opp. quintuplici translatione versa, p. 845-925).

1 (f. 1). De caelesti hierarchia. **2** (f. 25v). De ecclesiastica hierarchia. **3** (f. 57). De divinis nominibus. **4** (f. 100). De mystica theologia. **5** (f. 103). Epistulae I-X.

Litteras maiores aurum et colores pereleganter exornant. Tituli minio exscripti. F. 1r marg. inf. conspicitur insigne quoddam (facies hominis barbati quater in orbem repetita), cui superimponitur mitra episcopalis.

In codicis operculis scuta Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

171. Saec. XV, membran., mm. 327×234, ff. II. 288.

⟨Pseudo⟩Dionysii Areopagitae opuscula ab Ambrosio Traversari translata, ut in cod. 169 (S. Dyonysii Ar. opp. quintuplici translatione versa, p. 845-925).

1 (f. 1). De caelesti hierarchia. **2** (f. 62). De ecclesiastica hierarchia. **3** (f. 138v) De divinis nominibus. **4** (f. 247). De mystica theologia. **5** (f. 254). Epistulae I-X.

Litteris opusculorum epistularumque initialibus insunt imagines eleganti manu depictae. Litterae maiores omnes auro illitae et coloribus distinctae sunt; tituli rubri. Ff. 1r. 62r. 138v. 247r. 254 pictis ornatibus nitent. I. IIv. 286v. 287. 288 vacua. 1r in parte inf. stemma Nicolai V. IIr summo marg. scriptum legitur *Dionysius Areopagita.*

Codicis opercula lignea corio fulvo saec. XVI contecta.

172. Saec. XV, membran., mm. 275×175, ff. I. 165.

⟨Pseudo-⟩Dionysii Areopagitae opuscula, interprete Ambrosio Traversari, ut in cod. 169 (S. Dionysii Ar. opp. quintuplici translatione versa, p. 845-925).

1 (f. 1). De caelesti hierarchia. **2** (f. 35). De ecclesiastica hierarchia. **3** (f. 79v). De divinis nominibus. **4** (f. 140). De mystica theologia. **5** (f. 144). Epistulae I-X.

Litteras maiores aurum et varii colores, litteras opusculorum et epistularum initiales imagines belle pictae distinguunt. Singulorum opusculorum initia sunt ornamentis conspicua, in quibus, ff. 1^r. 35^r. 144^r, insignia cernuntur Nicolai V. Ff. I^v. 164. 165 vacua. I^r *Ex VII pluteo bibliothecae magnae secretae superius.* Ambrosii monachi subscriptio rubris litteris legitur in fine codicis, non, ut in codd. superioribus, post Mysticam theologiam.

In tegumenti dorso exhibentur stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

173. Saec. XV, membran., mm. 266 × 180, ff. III. 142.

<Pseudo->Dionysii Areopagitae opuscula, interprete Ambrosio Traversari, ut in cod. 169 (S. Dionysii Ar. opp. quintuplici translatione versa, p. 845-925).

1 (f. 1). De caelesti hierarchia. **2** (f. 29^v). De ecclesiastica hierarchia. **3** (f. 67^v). De divinis nominibus. **4** (f. 121). De mystica theologia. **5** (f. 124^v). Epistulae I-X.

Litterae maiores et maximae auro et coloribus pictae. Ff. I^r. II. III^r. 141. 142 vacua. I^v occurrit indiculus ipso saec. XV conscriptus. In titulo, qui notis aureis fulget (f. III^v), verbis *capitulum primum* subicitur *Ambrosius monacus · florentinus ex greco in latinum traduxit.* 1^r auro coloribus imaginibus ornatum, scutum offert cardinalis Barbo.

In codicis tegumentis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

174. Saec. XV, membran., mm. 284 × 196, ff. I. 109.

<Pseudo->Dionysii Areopagitae opuscula, interprete Ambrosio Traversari, ut in cod. 169 (S. Dionysii Ar. opp. quintuplici translatione versa, p. 845-925).

1 (f. 1). De caelesti hierarchia. **2** (f. 24). De ecclesiastica hierarchia. **3** (f. 54). De divinis nominibus. **4** (f. 93). De mystica theologia. **5** (f. 96). Epistulae I-X.

Litterae maximae aureae et coloribus ornatae, maiores caeruleae. Tituli rubri. F. I^r *ex VII pluteo bibliothecae magnae secretę superius.* Ff. I^v. 108^v. 109 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

175. Saec. XIV, membran., mm. 238 × 162, ff. I. 247 (+ 193^a).

Pseudo-Dionysii Areopagitae, s. Ioannis Damasceni, Boethii, s. Anselmi et aliorum opera complura.

1 <Pseudo->Dionysii Areopagitae opera per Ioannem Sarracenum latine versa (s. Dionysii Areopagitae opera quintuplici translatione versa, Coloniae 1556, p. 758-840). [1] (f. 1). De caelesti hierarchia, praemissis translatoris prologo: *Quoniam prudentie uestre - poteris impetrare,* epigrammate: *Angelicarum scripturarum* et indice capitum, quorum I inc. *quod omnis diuina,* XV *quomodo formantur,* ut in ed. cit. Inc. *Omne datum bonum et omne donum perfectum... sed cunctus a patre motus luminis apparitionis processus.* Des. *silentio*

uenerantes. [2] (f. 19). De ecclesiastica hierarchia, praeviis (f. 18v) prologo: *Post translationem angelice hierarchie - rationes ostendisse*, epigrammate: *Signa reuerendorum* et capitibus, quorum I inc. *que ecclesiastice*, VII *de hiis que sunt*, ut in ed. cit. Inc. *Quod nostra ierarchia.* Des. *ignis accenda*⟨m⟩ *scintillas.* [3] (f. 41v). De divinis nominibus cum prologo: *Memor ospitii et mee sponsionis - reor referendam* et capitulis, quorum I inc. *que sermonis intentio*, XIII *de perfecto et uno*, ut in ed. cit. Inc. *Nunc autem o beate.* Des. *ad simbolicam theologiam duce deo transibimus.* [4] (f. 73v). De mystica theologia, praemisso prologo: *Ante misticam theologiam - et doceo interpretatur.* Inc. *Trinitas supersubstantialis.* Des. *absoluta et super tota.* [5] (f. 75v). Epistulae I-XI. Prima inc. *Tenebre occultantur lumine.* Ultima, quam in marg. f. 85v manus saec. XV exaravit, des. *in eó uiues.* In complurium foliorum marginibus exstat commentarius interdum amplissimus, qui inc. *Iste introitus pergens ad orbem intellectualem, conuertit oculos ad solem intellectualem et petit ut radium.* 2 (f. 84). ⟨Prologi in Pseudo-Dionysii opera⟩. [1]) *Primus itaque liber qui inscribitur - uidelicet non introducat et cetera.* [2]) *Secundus uero (est enim inscriptio de ecclesiastica ierarchia) humane - ut celestis futura et cetera* (M. 122, 265-267, A, 9). [3]) *Tertius dehinc continet - in ipso intelligenda esse.* [4]) *Quartus de mistica theologia quantum - excellentiam essentie recuirere.* 3 (f. 86). ⟨**Ioannis Damasceni** De orthodoxa fide libri I-IV, interprete Ioanne Burgundione Pisano⟩. I inc. *Deum nemo uidit ...Ineffabilis est.* IV des. *gaudium fructificantes.* Alia manus textum correxit, marginesque notis conspersit. 4. **Boethii** opera complura cum glossis inter lineas et commentario in marginibus, qui inc. *Nota errorem arrii in hoc fuisse quod sicut confitebatur patrem esse solum deum.* [1] (f. 121). ⟨De persona et duabus naturis⟩ (M. 64, 1337-1354). [2] (f. 123v). Quomodo Trinitas unus Deus (in ms. *liber boetii de trinitate*) cum prooemio (M. ibid., 1247-1256). [3] (f. 126). Utrum Pater et Filius ac Spiritus Sanctus de divinitate substantialiter praedicentur liber (in cod. *epistola boetii ad iohannem Romanum diaconum de hiis specialiter que predicantur per hec nomina patris filii et spiritus sancti.* M. ibid., 1299-1302). [4] (f. 127). Quomodo substantiae bonae sint ad Ioannem diaconum (in ms. *de ebdomadibus.* M. ibid., 1311-1314). [5] (f. 128v). Fidei christianae complexio (in ms. alia manu *de fide catholica.* M. ibid., 1333-1338). [6] (f. 131). De personis et duabus naturis (in cod. *de duabus naturis in una persona christi*) usque ad v. *amare de*⟨beamus⟩ (M. 164, 1354, D, 1-2). 5. **S. Anselmi** opera varia. [1] (f. 138). De casu diaboli (M. 158, 325-360), cui praemittuntur prologus ad *librum De ueritate et ad librum de libertate arbitri et ad librum de casu diaboli* (M. ibid., 467) et *tituli* qui ap. M. singulis capitibus praeeunt. [2] (f. 144). De veritate (M. ibid.,

468-486), iisdem praeviis titulis qui ap. M. singulis capitibus praemittuntur. [3] (f. 147r). De libero arbitrio (M. ibid., 489-506), iisdem praemissis titulis qui ap. M. initio singulorum capitum leguntur. [4] (f. 150v). De conceptu virginali (M. ibid., 431-464), praefixis prologo et iisdem titulis qui ap. M. singula capita praecedunt. [5] (f. 156). De incarnatione Verbi inde a v. ⟨D⟩*omino et patri* (M. ibid., 261, B, 12). [6] (f. 169v). De azymo et fermentato, omisso cap. VII (M. ibid., 541-547). [7] (f. 160v). De sacramento altaris cum prologo (auctor operis est **Guilelmus** abbas S. Theodorici; ed. Tissier, Biblioth. Cisterciens. 4, 130-140. Cf. *Histoire litt. de la France*, 9, p. 448; 12, p. 323). [8] (f. 166). Excerpta ex s. Anselmi Meditationibus et Orationibus ea ipsa saec. XIV manu quae in codicis marginibus scholia interdum amplissima exaravit. Inc. *O peccator uita tua tota* (ex Medit. II, ap. M. 158, 722, B). Des. *a dilectissimo domino et amico tuo quidquid uolueris impetrare* (ex Orat. LXXIV, ap. M. ibid., 1010, C).

6 (f. 167). Sex capita philosophica, quorum titulos retulisse sufficiat: [1]) *Utrum distinctio personalis sit a parte principii naturaliter uel formaliter uel utriusque;* [2]) *Quid sit ratio seminalis secundum essentiam;* [3]) *Utrum uideamus inter suscipientes uel extra mictentes;* [4]) *Utrum in homine sint plures forme;* [5]) *Utrum angelus sit compositus ex materia et forma;* [6]) *Utrum sensitiua* ⟨sc. anima⟩ *sit a generante uel per creationem.*

7. S. Anselmi opera varia. [1] (f. 172). Cur Deus homo, sine praefatione (M. 158, 361-432). [2] (182v). *Epistula beati Anselmi ad archiepiscopum cantuariensem.* Inc. *Quoniam agenda sunt omnia consilio* Des. *aut inepta a conspectu prohibeatur aut correcta nolentibus prebeatur.* [3] (ibid.). Monologion cum prologo (M. ibid., 142-224). [4] (f. 191r). De processione Spiritus Sancti cum prologo (M. ibid., 285-326). [5] (f. 196). Proslogion (M. ibid., 223-242), praemissis (f. 195v) capitibus. [6] (f. 198). De concordia praescientiae et praedestinationis *et gratie et liberi arbitrii* (M. ibid., 507-542).

8 (f. 203). ⟨De anima liber⟩. Inc. *Fuerunt quondam qui uite presentis absorti deliciis nullam spem habuerunt.* Des. *de* ⟨te⟩*nebris ad tenebras transit, unum manens manet.* Opusculum capita complectitur XIII.

9 (f. 219). ⟨De anima⟩. Inc. ⟨I⟩*nter scientias que possunt haberi de creatura, scientia de anima maxime est desideranda.* Des. *non sequitur quod fiat resolutio utrius ad primam materiam.*

10 (f. 222). Commentarius in Pseudo-Dionysii opuscula et epistulas, in IV libros dispertitus. Inc. *Numquid nosti ordinem celi et rationem eius pones in terra Iob. XXXVIII,* ⟨33⟩. *in hiis uerbis intencio et utilitas huius libri.* Des. *esca potu et sompno non indiget etc. Amen.*

11 (f. 244). Excerpta ex praefatione **Hugonis de Sancto Victore** super ⟨Pseudo-Dionysii⟩ Angelicam hierarchiam et ex eiusdem ⟨Expositionis libris I-III⟩ (M. 175, 923-976).

12 (f. 246). Excerpta theologica, quae distinctius recensere minus utile visum est. Inc. *Ex nulla necessitate sed propria uoluntate in ligno se suspendi permisit.* Des. *Heu quot sunt qui agunt quod uolunt, quam pauci qui uelint quod prosit adeptum.*

Codex partim lineis plenis, partim (ff. 86-123^r; 166-171; 203-221; 246) binis columnis exaratus. Folium II^r exhibet indicem, possessionis notam, nunc penitus erasam, cuius verba tantum lego.... *filiorum lippi*, et primam partem salutationis angelicae. II^v *Quero de causa indiuiduitatis in existentibus quod eam efficiat* etc. *oculos contemplationis dicitur ut alibi.* 1^r in marg. externo exstat indiculus manu saec. XVII. 245^v vacuum. 247^r *Hunc librum Emi Ego Thomas de Sarzana a magistro Dominico | de figino ord. Predicatorum. in conuentu florentino.* Inferius prima pars salutationis angelicae plumbo exarata. 247^v *Exaudi nos domine sancte pater* etc. *in hoc abitaculo. Per christum;* superius pauca abrasa, quae inter *Iste liber est ad usum fratrum predicatorum de monte....*

In tegumenti tabulis stemmata conspicis Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

176. Saec. XIV, membran., mm. 350 × 240, ff. I. 295.

⟨Pseudo-⟩Dionysii Areopagitae opera a Ioan. Scoto et a Ioan. Sarraceno translata. Praemittuntur (f. 1) praefatio brevis in librum De caelesti hierarchia: *Magnus ariopagita dyonisius antiquus - conuersatione degebat* cum capitum tabula, (f. 2) Praefatio Anastasii apostolicae sedis Bibliothecarii ad excellentissimum et christianissimum regem Carolum (M. 122, 1026-1030), (f. 3) Ioannis Scoti Erigenae praefatio duplex, metrica altera, altera prosaica ad Carolum regem (M. ibid., 1030-1036), (f. 4^v) *prologus* in De caelesti hierarchia librum: *Primus itaque liber qui inscribatur - non introducat etc.* (ut in cod. 175, f. 84^v) et carmen elegiacum: *Lumine sydereo* (M. ibid., 1037), (f. 5) Brevis et valde necessaria declaratio dispositionis totius operis subsequentis et quae legentibus utilitas (M. ibid., p. VI), (f. 5^v) epigramma in De cael. hier., interprete Scoto: *Angelice sapientie* etc. (M. ibid., 1037).

1 (f. 8). De caelesti hierarchia, interprete Scoto (M. 122, 1038-1070) cum expositionibus Hugonis de Sancto Victore (M. 175, 923-1154; inc. f. 6 *Iudei signa querunt*), ipsius Scoti (M. 122, 126-266; inc. f. 8^v: *Sancti dionysii ariopagite primus liber qui inscribitur*), Ioan. Sarraceni (inc. f. 8: *Inter scriptores ecclesiasticos primum locum*) et cum Maximi aliorumque scholiis (inc. f. 5^v: *Quia prisci sancti cognomina que cum essent gentiles habebant.* Est schol. 1 in De divin. nomin. M., P. G. 4, 186. Cf. cod. Phillipp. 46, ap. Rose p. 68). **2** (f. 140^v). De caelesti hierarchia, interprete Sarraceno (S. Dionysii opp. quintuplici

translatione versa, Coloniae 1556, p. 759-775), cui praemittuntur (f. 139) Ratio quare veteri translationi Ioannis Scoti nova ista subiungitur, (f. 139v) prologus et (f. 140) capita, quorum I inc. *quod omnis diuina illuminatio,* XV *quod formatiue* (ed. cit., p. 758). **3** (f. 157). De ecclesiastica hierarchia, interprete Scoto (M. 122, 1069-1112), praeviis prologo: *Secundus uero liber cui est inscriptio* et VII capitum tabula (M. ibid., 265-268), cum Maximi scholiis (inc. f. 158v: *Quia deos efficit ac perficit christianorum hierarchia,* cf. M., P. G. 4, 116). **4** (f. 187). De divinis nominibus, interprete eodem (M. ibid., 1113-1182), cum prologo (f. 186v): *Tercius iste liber continet diuinarum nomina - in ipso intelligenda esse* (ut in cod. 175, f. 85), epigrammate (f. 187): *In animum splendor,* capitibus (M. ibid., 1111-1112) et Maximi scholiis (inc. f. 187: *Notandum quia aliud opus,* cf. M., P. G. 4, 186). **5** (f. 246v). De mystica theologia, eodem interprete (M. ibid., 1171-1176) cum prologo: *Quartus de mistica theologia liber - excellentiam recurrere* (ut in cod. 175, f. 85v), capitum tabula, epigrammate: *Nouam claritatem* (M. ibid., 1171-1172, et Maximi scholiis (inc. 247v: *Noua noua* (!) *siue simpla seu simplicia.* Cf. M., P. G. 4, 416). Praeit (f. 246) commentarius: *Epithoma timotheo beato* etc. *Trinitas superessentialis natura causa* etc. **6** (f. 252). Epistulae I-XI, eodem interprete (M. 122, 1177-1194, A, 14), praeter ultimam a Sarraceno translatam, cum Maximi scholiis (inc. f. 252: *Cognitio gaium istum,* cf. M., P. G. 4, 528). **7** (f. 268). De ecclesiastica hierarchia, Sarraceno interprete, praemissis prologo: *Post translationem,* epigrammate: *Signa reuerendorum* et capitibus, quorum I inc. *Que ecclesiastice,* VII *De hiis que sunt* (S. Dionysii opp., Coloniae 1556, p. 776-798). **8** (f. 277v). De divinis nominibus, eodem interprete, cum prologo: *Memor hospicii* et capitulis, quorum I inc. *quod sermonis intencio,* XII *De perfecto et uno* (ed. cit., p. 798-829). **9** (f. 290v). De mystica theologia, interprete eodem, cum prologo: *Ante misticam* et capitibus, quorum I inc. *De mistica theologia,* V *Quod nihil intelligibilium* (ed. cit., p. 829-831). **10** (f. 231v). Epistulae I-X, interprete eodem (ed. cit., p. 831-840).

Codex binis columnis descriptus litteras maximas rubro et caeruleo colore ornatas exhibet, titulos rubros. In marginibus alia manus, ipsa tamen librarii aetate, notulas exaravit. F. Ir *Liber ierarchie magni ariopagite dyonisij,* inferius, manu librarii aequali, *De viconia,* quod possessoris nomen legitur etiam in ff. 1r et 295v. F. Iv vacuum.

In tegumenti asseribus stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

177. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 338 × 230, ff. I. 208.

<Pseudo->Dionysii Areopagitae Hierarchia caelestis in latinum translata.

1 (f. 14). De caelesti hierarchia, interprete Ioanne Scoto (M. 122,

1038-1070), cum expositionibus Hugonis de Sancto Victore, Ioan. Sarraceni, ipsius Scoti et cum Maximi aliorumque scholiis, omnino ut in cod. 176. Praecedunt (f. 1-13) omnia quae in cod. cit., f. 1-5v leguntur. **2** (f. 187). Iterum De caelesti hierarchia, Sarraceno interprete, cum praefatione, prologo, capitum indice, ut in cod. laudato, f. 139.

Folium I partim codicis tegumento priori adglutinatum avulsum est ex albo, in quo manus saec. XIV consilii bononiensis decisiones descripserat. Speciminis gratia haec tantum retulisse sufficiat: *Item placuit toto consilio facto partito per dominum dictum potestatem bononiensem, quod reformatio consilii et masse populi lecta in presenti consilio* etc. Sub fine: *Consilium speciale et generale fecit domnus Lanfranchinus de Mallexellis* etc.

Codex duplici columna perscriptus est. Littera prima initialis (f. 1r) auro et coloribus ornata imaginem continet s. Dionysii. Reliquae litterae maximae rubro et caeruleo colore ornatae sunt, maiores vero aut caeruleo aut rubro exscriptae. Absoluto opere (f. 208v), legitur *Explicit liber beati dyonisii episcopi athenarum ex ariopagitis de celesti ierarchia. In nomine patris* etc. *Laus tibi sit christe quoniam liber explicit iste. Explicit iste liber scriptor sit crimine liber.*

In tegumento insignia gentilicia Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

178. Saec. XII ex., membran., mm. 274 × 185, ff. II. 60.

1 (f. 1). **⟨Pseudo-⟩Dionysii Areopagitae** De caelesti hierarchia, Ioan. Scoto interprete, usque ad v. *eque uerum habentem* (M. 122, 1038-1064, B, 14). **2** (f. 9). **Hugonis de Sancto Victore** expositio in Hierarchiam caelestem usque ad v. *habente multas ima*⟨gines⟩ (M. ibid., 923-1140, A, 6).

F. 60 olim custodiae codicis posteriori adglutinatum rescriptum est. Antiquioris scripturae uncialis duabus columnis distributae paucissima supersunt et adeo evanida, ut unum tantum vel alterum verbum perspexerim. Scriptura recentior, saeculi XI, et ipsa pessime habita, continet grammaticae fragmentum, in quo legi: *Exclamatio, Interrogatio, Sententia, Diffinitio, Transitio, Disiunctio.*

Codex binis columnis exaratus. F. Ir manu saec. XV *Liber sententiarum Io. Damasceni* (quae falsa inscriptio iteratur f. 59v); *Inferius, In pluteo 8° bibliothecę magnae secretae. Bibliothecae apostolicae.* Iv remedia quaedam: *Ad uolendum habere intelectum subtilem ad adiscendum scientiam accipiat linguam vpupe* etc. *Ad habendum bonam memoriam ad retinendum* etc. *Ad expellendum aquam de auribus* etc. *Ad malum auricule* etc. IIr pauca quaedam philosophica: *Boccius sic. diffinit personam. persona est rationalis nature indiuidua substantia* etc. *Nota quod secundum Damascenum liberum arbitrium est seruare rectitudinem uoluntatis.* IIv ⟨Duodecim abusiva saeculi⟩: *Sapiens sine moribus — et sic sostificatur* (!) *iustitia* (Cypriani opp. ed. Hartel 3, p. 152, 3-7); *XXVIIa distinctio primi libri decretalium. nec diaconi* etc. *Item XXXIIa distinctio primi libri. precipiendo mandamus* etc. (cf. Corpus iuris canon. ed. II Lipsiens. vol. 1,

1879, coll. 98. 117). Sequuntur sententiae sex italice in feminas: *chi a femena crede non ode ne uede — chi femena conduçe o mena non ese may de pena.* Haec omnia saec. XIV-XV adiecta sunt. 8ᵛ *Nota quod peccatum dicitur maius impliciter. uel maius contentu uel maius deletacione uel maius danificacione.* | *Ieremie* ⟨12, 1⟩ *iustus es domine si disputem tecum* etc. *neque etiam accusant diuina iudicia.* 9ʳ in margine externo *Est Hugonis de S. Victore in Dionys. Areopagitam commentarius,* manu saec. XVII. 59ʳ in marg. inf., manu saec. XVII, *Quae hic desunt suppleri possunt ex cod. 179.* F. 7ᵛ. 8ʳ vacua.

Codicis tabulae saec. XVI corio rubro contectae sunt fibulisque exornatae, quarum vestigia tantum exstant.

179. Saec. XII, membran., mm. 312 × 220, ff. 103.

Hugonis de Sancto Victore Expositio in ⟨Pseudo-⟩Dionysii Hierarchiam caelestem (M. 175, 923-1154).

Codex binis columnis exaratus. F. 1ʳ in margine summo scriptum legitur *liber fratrum sambucine si quis eum furatus fuerit, anathema sit.* 103ᵛ *Hic finit expositio. magistri. hugonis. sancti. victoris. parisiensis. super. angelicam. ierarchiam. beati. dyonysii. ariopagitę.*

In tegumentis scuta Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

180-185. An. 1479-1484, membran.

Philonis Iudaei opera a Lilio Tifernate latine versa et eiusdem manu (cf. cod. 180, f. 163) exarata (v. Pitra, Analecta sacra, 2, p. 331 sqq.).

I (**180**). An. 1479 (cf. ff. IIᵛ. 131ᵛ), mm. 331 × 232, ff. II. 165.

1 (f. 12). De incorruptione mundi (cf. Philonis opp., ed. Th. Mangey, 2, p. 487-516). Inc. *Omni quidem in re, non satis perspicua studioque digna.* Des. *contrarietates in sequentibus dicemus.* Praemittuntur: ¹ (f. 1). *Sanctissimo in Christo patri ac domino nostro domino Sixto Dei prouidentia pape IIII. Lilii Egidii Libellii Tyfernatis prologus.* Inc. *Potentia rerum illa creatrix.* Des. *de circularibus sermonem intexere.* ² (f. 4ᵛ). Epistula Sixto papae IV in librum Philonis de incorruptione mundi. Inc. *Primum uolumen Philonis.* Des. *improbare uidetur.* ³ (f. 5). Lilii Aegidii Tifernatis capitula. Inc. *Omnis quidem res incerta studioque dignissima.* Des. *intermissio processit.* **2** (f. 48). *De eo quod peius superponi meliori consuęuit* (cf. Philonis opp., ed. Mangey, 1, p. 191-225; ed. Cohn-Wendland, 1, Berolini 1896, p. 258-298). Inc. *Et dixit cain... Quod uult cain, tale.* Des. *insipientia deprehensi sunt.* Praemittuntur: ¹ (f. 32ᵛ). Epistula translatoris Sixto IV. Inc. *Pater Sanctissime, tua sanctitas.* Des. *pręclara quę lector inueniet.* ² (f. 33). Eiusdem capitula. Inc. *Quum dicit cain ad Abel.* Des. *insipientia quę per cain intelligitur.* **3** (f. 83). De agricultura (cf. Mangey 1, p. 300-328; Wendland, 2, 1897, p. 95-132). Inc. *Et incepit Noe homo agricola.* Des. *rusticatione rursus dicimus.* Praemit-

tuntur: [1] (f. 72). Epistula Sixto IV. Inc. *Primum philonis librum de cultu plantarum.* Des. *nulla fieri consideratione.* [2] (f. 72^v). Capitula translatoris. Inc. *Quamuis aliqui scriptores.* Des. *concitatissime superuolare.* **4** (f. 112^v). *Liber secundus de cultu plantarum* (cf. Mangey, 1, p. 329-356; Wendland, 2, p. 133-169). Inc. *Priori quidem libro.* Des. *neque soporatur; neque moritur sapiens.* Praeeunt: [1] (f. 102^v). Epistula Sixto IV. Inc. *Patrum Sanctissime, de plantarum.* Des. *rerum superlectilem.* [2] (f. 103^v). Capitula interpretis. Inc. *Ei qui de plantis sigillatim.* Des. *soporatur, neque moritur sapiens.* **5** (f. 142). *Quod inconuertibilis est diuinitas* (cf. Mangey 1, p. 272-299; Wendland, 2, p. 56-94). Inc. *Et post illud inquit, postquam.* Des. *reuocando iudicabit.* Praeeunt: [1] (f. 131^v). Epistula Sixto IV. Inc. *Augustinus in ecclesia dei.* Des. *hunc subieci: Ex arce tuę Sanctitatis Ceperanensi. VIII°. Idus Septembris M CCCC L XX VIIII.* [2] (f. 132). Translatoris capitula. Inc. *Quę anima uaria.* Des. *malum propositum exequitur.*

Litterae maximae auro et coloribus distinctae, maiores auro et caeruleo colore alterna vice oblitae. In marginibus exstant additiones nonnullae et notulae ipsius librarii manu. F. II^v litteris capitalibus caeruleis *beatissimo papae Sixto quarto Philonis iudaei alexandrini editionum primum uolumen de graeca in latinam linguam interpretatum anno Domini M° CCCC LXXVIIII°.* Folium 1^r ornamento satis eleganter picto conspicuum praefert Sixti IV effigiem cum inscriptione *Sixtus. IIII. Pont. max. sacricultor.* Litterae initiali primae inest imago Lilii Tifernatis. 163^r litteris caeruleis capitalibus *explicit Philonis primum volumen traductum de graeco a Lilio tyfernate et eiusdem manu scriptum* I. II^r. 163^v. 164. 165 vacua.

In tegumento insignia gentilicia Clementis XI et B. Pamphili card. bibliothecarii.

II (**181**). An. 1481 (cf. ff. 5^v. 57^v etc.), mm. 339 × 232, ff. II. 163.

1 (f. 29^v). De *mosaico* mundi opificio (cf. Philonis opp., ed. Mangey, 1, p. 1-42; ed. Cohn, 1, p. 1-60). Inc. *Legum latores plerique.* Des. *quasi characteribus impressus.* Praemittuntur: [1] (f. 1). Lilii Tifernatis prologus. Inc. *Seculorum auctor ille beatissimus.* Des. *contaminatior censetur.* [2] (f. 5^v). Epistula Sixto IV. Inc. *Ordine quidem secundum.* Des. *refecta: Commendo me pedibus Sanctitatis T⟨uae⟩. Ex arce tua Ceperanensi Pridie kal. febr. 1481.* [3] (f. 6). Capitula translatoris. Inc. *Principium legislationis Moyses.* Des. *diuinitatis quasi characteribus impressus.* **2** (f. 73). *De quibus sacrificant Cain et Abel* (cf. ed. Mangey 1, p. 163-190; ed. Cohn, 1, p. 202-257). Inc. *Et apposuit parere fratrem eius: ipsa cuiuspiam.* Des. *prebent holocaustum deo.* Praeeunt: [1] (f. 57^v). Epistula Sixto IV. Inc. *Didicimus quod is habet.* Des. *gressus assuefacere... Ex tua ceperanensi arce nonis februarii 1481.* [2] (f. 58). Capitula interpretis. Inc. *Cum locuta sit scriptura.* Des. *incontaminatum dabitur holocaustum.* **3** (f. 108). De cherubim et flammeo gladio *ac uersatili* (cf. ed. Mangey 1, p. 138

162; ed. Cohn, 1, p. 170-201). Inc. *Et eiecit adam... Nunc quidem eiecit* Des. *principali salutem adesse.* Praemittuntur: [1] (f. 93v). Epistula Sixto IV. Inc. *Audiui apostolum Paulum.* Des. *aliquem reuiuiscere. Datum in arce T⟨uae⟩ Sanctitatis ceperanensi idibus februariis Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.* [2] (f. 94). Capitula. Inc. *Adam quamuis emitti.* Des. *causa salutem adesse.* **4** (f. 134). *De his quae referuntur in speciem legum ad duo genera decem uerborum sextum et septimum contra adulteros et omnem intemperantiam et contra homicidas et omnem uiolentiam* (cf. Mangey, 2, p. 299-327). Inc. *fuit quandoque cum ego philosophię uacarem.* Des. *quę tacita sunt comprendit.* Praeeunt: [1] (f. 124v). Epistula Sixto IV. Inc. *Quo pręcepta sanctissime Patrum.* Des. *legentibus erunt in promptu... Datum pridie kl. Martias in arce Ceperani M° CCCC LXXXI°.* [2] (ibid.). Capita. Inc. *Gubernatio rei.* Des. *cognati essent uel consanguinei.* **5** (f. 158v). *Ne uituperentur mulieres* (cf. Mangey, 2, p. 327-334). Inc. *Hora locaque coetuum.* Des. *factoribus ipsis assimilari.* Praemittuntur: [1] (f. 153v). Epistula Sixto IV. Inc. *Dehonestare mulieres etiam esse.* Des. *impurum quomodo fiat... Datum nonis martii in arce Ceperani M CCCC LXXXI°.* [2] (f. 154). Capitula. Inc. *Duplex est species ciuitatum.* Des. *esse factoribus simillima.*

In fine (f. 163) Lilii apostrophe et distetrastichon pro gratiarum actione in beatum Antonium de Padua (Pitra, Anal. sacra, 2, p. 334).

Litterae maximae auro et coloribus distinctae. In marginibus additiones nonnullas invenies ipsius scribae manu et hic illic notulas ac lemmata. Ff. I. IIr vacua. IIv pictura ornamento circumdata, quae I. Christum exhibet benedicentem ac sanctum Petrum claves Sixto IV tradentem. In ornamento folio 1r appicto conspicis Sixti IV scutum a duobus geniis sustentatum et quinque imagines. Supra titulum litteris aureis exaratum pictura ad mundi creationem adludens.

In codicis operculis insignia gentilicia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

III (**182**). An. 1480 (cf. ff. 1. 6), mm. 332 × 225, ff. 173.

1 (f. 7). *Allegoriae* sacrarum legum post *sex dies* liber primus in duos divisus. I inc. *Et perfecti sunt... Intellectus generationem.* Des. *id ipsum facere uidentur* (cf. Philonis opp. ed. Mangey, 1, p. 43-46, 29; ed. Cohn, 1, p. 65, 2). Praemittuntur: [1] (f. 1). Lilii prologus. Inc. *Exigens saluator mundi.* Des. *domesticos interficientibus... Ex arce tuę Sanctitatis Ceperanensi. III°. nonas augusti 1480.* [2] (f. 6). Epistula Sixto IV. Inc. *Pater Sanctissime liber philonis.* Des. *firmanda compluribus... Ex tuę sanctitatis arce ceperani. XIII°. kal. iunii. M CCCC LXXX°.* [3] (f. 6v). Capitula interpretis. Inc. *Cum dicit scriptura et perfecti.* Des. *septenarium beneficia suscepisse.* II Allegoriarum lib. inc. (f. 17) *Et benedixit deus diei septimo* (Mangey, 1, p. 46, 30-65; Cohn, 1, p. 65, 3-89). Des. *mortuo colligato corpore.* Praeeunt: [1] (f. 9). Epistula Sixto IV. Inc. *Philonis secundus liber.*

Des. *sumus istorum uita.* [2] (f. 9^v). Interpretis capitula. Inc. *Benedictum ac sanctum uidentur.* Des. *mortuo corpore colligato.* **2** (f. 46). *De Cain successoribus apparenter sapientis et quomodo fit emigrans* (cf. Mangey, 1, p. 226-261; Wendland, 2, p. 1-41). Inc. *Exiuit autem Cain a facie dei... nunc addubito.* Des. *hic est et longitudinis uitae.* Praemittuntur: [1] (f. 29). Epistula Sixto IV. Inc. *Non est nouum pater.* Des. *fortitudo sine iustitia.* [2] (f. 30). Translatoris capitula. Inc. *Cum dicit scriptura exiuit.* Des. *hic est uitaeque longitudinis.* **3** (f. 72^v). De vita Moysi liber I (cf. Mangey, 2, p. 80-133). Inc. *Moysi secundum quidem aliquot.* Des. *maxime congruas uendicauit.* Praeit (f. 68) Lilii Aegidii *Archilibelli* epistula Sixto IV. Inc. *Missurus duo minuta.* Des. *conseruit oliuae Iesu Christi unico domino: Cui est potentia* etc. - F. 121^v. De vita Moysi *liber II qui est de legislatione* (cf. Mangey, 2, p. 134-144). Inc. *Prima quidem cohordinatio.* Des. *naturę ęternę genita.* Praeit (f. 120^v) epistula Sixto IV. Inc. *Santissime patrum liber philonis in uitam.* Des. *in arcam solis pepercit.* - (F. 131^v). De vita Moysi liber III *qui est de sacerdotio et prophetia.* Inc. *Iampridem Moysi quidem.* Des. *per sacras litteras recolitur.* Praemittitur (f. 128^v) epistula Sixto IV. Inc. *Qui conuersamur in domo dei.* Des. *a uirtutibus tumulatus.* **4** (f. 156^v). De nobilitate (cf. Mangey, 2, p. 437-444). Inc. *Qui nobilitatem quasi maximum bonum.* Des. *laudante aut puniente.* Praemittitur (f. 156) epistula Sixto IV. Inc. *Virtutis praeconium.* Des. *excitauit nobilitatis.* **5** (f. 162^v). De homicidiis (cf. Mangey, 2, p. 313, 26-322, 29). Inc. *Nomen quidem homicidium.* Des. *uiolenter interfectis seruis.* Praefixa est (f. 161) epistula Sixto IV. Inc. *Quoniam nulla supellex.* Des. *concedere uideatur.* **6** (f. 169). *De seruos interficientibus. domesticos* (et altera pars libri De homicidiis; cf. Mangey, 2, 322, 30-327, 26). Inc. *Serui fortuna quidem.* Des. *quę tacita sunt comprehendit.* Praemittitur (f. 169) epistula Sixto IV. Inc. *Lex diuina Pater.* Des. *auspicatus est regnum.*

Litterae initiales auro et coloribus ornatae. Occurrunt in marginibus translatoris additamenta nonnulla. F. 1^r ornamentum depictum est, in quo vides insignia gentilicia Sixti IV, tres prophetarum, ut opinor, imagines, candelabrum septiforme.

Integumentum scuta praefert Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

IV (**183**). An. 1481-1482 (cf. ff. 3^v. 70. 155^v), mm. 330 × 220, ff. III. 170.

1 (f. 15). *Liber post Hexameron et de creatione mulieris* (cf. Philonis opp. ed. Mangey, 1, p. 66-76; ed. Cohn, 1, p. 90-112). Inc. *Et dixit dominus deus, non est bonum... Quare o propheta.* Des. *hominum capax fuerit.* Praemittuntur: [1] (f. 1). Lilii prologus in volumen. Inc. *Adae prioris hominis.* Des. *sobrietate libellus est positus.* [2] (f. 3^v). Epistula Sixto IV. Inc. *Librum philonis de mulieris.* Des. *consuetu-*

dine digesta... Ex arce ceperanensi Octauo Idus Nouembris M CCCC LXXXI°. [3] (f. 4). Interpretis capitula. Inc. *Cum dominus deus dicit.* Des. *est offerenda modestia* **2** (f. 48). De confusione linguarum (cf. Mangey 1, p. 404-435; Wendland, 2, p. 229-267). Inc. *De his quidem prędicta placent.* Des. *improbis et impetuosis utens.* Praeeunt: [1] (f. 28^{v}). Epistula Sixto IV. Inc. *In eo libro patrum sanctissime.* Des. *catalogo sanctorum inseri meruit.* [2] (f. cit.). Capitula translatoris. Inc. *Qui sacrę scripturę detrahunt.* Des. *improbis et impetuosis utentes.* **3** (f. 91). *De exulibus et fugitiuis* (cf. Mangey, 1, p. 546-577; Wendland, 3, 1898, p. 110-155). Inc. *Et afflixit eam... Cum dixerimus.* Des. *existens simul uictitare.* Praemittuntur: [1] (f. 70). Epistula Sixto IV. Inc. *Patrum sanctissime qui nunc est.* Des. *studiosis non erunt incognita. Ex arce tuę Sanctitatis Ceperanensi. III. idus Augusti 1481.* [2] (f. 72). Translatoris capitula. Inc. *Agar ob ruborem fugit.* Des. *perfectis in bonis simul uictitare.* **4** (f. 116^{v}). *Libellus quę ad iudicem uel iudicis quę sunt partes* (cf. Mangey, 2, p. 344-348, 35). Inc. *Opinatur et legislator.* Des. *datum est, non concupisces.* Praemittuntur: [1] (f. 113^{v}). Epistula Sixto IV. Inc. *Patrum sanctissime librum philonis eorum.* Des. *et humanitate subiecimus.* [2] (f. 114). Capitula. Inc. *Qui scribuntur in Moysi.* Des. *miscebuntur cum improbis.* **5** (f. 131^{v}). De *pietate et* humanitate (cf. Mangey, 2, p. 383-405). Inc. *Pietatem cognatissimam.* Des. *utile se transtulisse.* Praeeunt: [1] (f. 119^{v}). Epistula Sixto IV. Inc. *In uitam Moysi anno superiore.* Des. *solacium infra subiecimus.* [2] (f. cit.). Capitula. Inc. *Moyses amator humanitatis fuit.* Des. *pulcherrimum est transfugisse.* [3] (f. 147). Lilii Sixto IV epistula ex doctrina Philonis de spiritu Dei, de angelis etc. Inc. *Luca euangelista syrus.* Des. *in traductione dudum facta lector inueniet.* **6** (f. 162). *Quod Noe factus est sobrius* (cf. Mangey, 1, p. 390-403; Wendland, 2, p. 215-228). Inc. *Quę de ebryetate ac de secuta.* Des. *dominorum puniatur.* Praeeunt: [1] (f. 155^{v}). Epistula Sixto IV. Inc. *Filium dei pater beatissime.* Des. *patris reuelata deriserit. kl. Martiis 1482 Ex arce ceperanensi.* [2] (f. 156). Translatoris capitula. Inc. *Sobrietate uti non solum.* Des. *princeps dominorum puniatur.*

In fine voluminis (f. 170) legitur **Lilii** carmen ad inofficiosos censores (Pitra, Anal. sacra, 2, p. 334).

Litterae maximae auro et coloribus ornatae; maiores autem auro et caeruleo colore alterne exscriptae lineolisque distinctae. Hic illic correctiones interlineares, additiones marginales, lemmata, notulae. F. II^{v} index in Philonis volumen VI, manu Lilii ipsius. Ff. I. II^{r}. III^{r} vacua. III^{v} pictura, in qua divina Trias mulierem de Adami latere et Ecclesiam de sanguine Christi formans repraesentatur. V^{r} in ornamento variis coloribus picto Sixti IV orantis effigies, eiusdem insignia gentilicia, aliae imagines.

In tegumenti tergo scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

V (**184**). An. 1483. 1484 (cf. ff. 1. 92), mm. 341 × 235, ff. 165.

1 (f. 26ᵛ). *Liber de uita sapientis ac legibus non scriptis* (cf. Philonis opp., ed. Mangey, 2, p. 1-40). Inc. *Sacris legibus in quinque libris.* Des. *uetus mos nequaquam scriptus.* Praemittuntur: [1] (f. 1) Lilii Tifernatis epistula Innocentio VIII super Philonis libros. Inc. *Innocentes et recti adheserint.* Des. *ad Philonem reuertimur... Ex... arce Ceperani VIII°. Idus Nouembris M° CCCC LXXX IIII°.* [2] (f. 3). Prologus Innocentio VIII in translationis volumen V. Inc. *Paulus Apostolus, Beatissime Pater, ille celestis.* Des. *opifex bonorum est.* [3] (f. 6ᵛ). Epistula Innocentio VIII in Philonis librum De vita. Inc. *Sapiens id est uir.* Des. *sunt omnia, Ipsi honor in secula seculorum amen.* [4] (f. 7). Capitula. Inc. *Primus quinque librorum.* Des. *mosque uetus nequaquam scriptus.* **2** (f. 67). *De uita politica que est Ioseph* (cf. Philonis opp., loc. cit., p. 41-79). Inc. *Tres quidem sunt idee.* Des. *tempus sufficientissimus gubernator.* Praeeunt: [1] (f. 52ᵛ). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Pater sancte intellexit curam.* Des. *habens in manibus suis. Datum.* [2] (f. 53). Capitula interpretis. Inc. *Tres idee per quas optimus finis.* Des. *preses ac dispensator optimus.* **3** (f. 103). *De conuentu ad prima rudimenta.* Desideratur initium. Inc. *Quibus plerique delectati permanent* (cf. Mangey, 1, 530, 25; Wendland, 3, p. 87, 14). Des. *uirtutis certamen exercitantis.* Praemittuntur: [1] (f. 92). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Ad profectum sapientie aditum.* Des. *ponit eam sub modio... Ex... arce Ceperanensi pridie kl. februarii. 1484.* [2] (f. 92ᵛ). Capitula. Inc. *Sarre nomen translatum.* Des. *appositio sane utili propter malas artes* (finis desideratur). **4** (f. 129ᵛ). Quod a Deo *missa sunt* somnia. Inc. *Ante hanc scriptura.* Quae subnectuntur v. *qui debuerant fieri* (cf. Mangey, 1, p. 626, 4; Wendland, 3, p. 212, 19) pertinent ad librum **5** (f. 133) De temulentia. Inc. *innocentia et frugalitas morum* (cf. Philonis ed. Mangey, 1, p. 358, 17-389). Des. *cognationem in eternum custodire.* Praemittuntur: [1] (f. 112). Epistula Innocentio VIII. Inc. *In somniorum imaginationes.* Des. *tue Sanctitati legenti suauia: Comendo* etc. [2] (f. 112ᵛ) Capitula. Inc. *Cum dicit scriptura et exiuit Iacob.* Des. *filium sancto donum.* **6** (f. 159). *Quod ab ebryetate* resipuit Noe. Inc. *Quae de ebryetate ac secuta.* Des. mutil. *aliter opinantium de honestate ac probitate* (Mangey, 1, p. 403, 2; Wendland, 2, p. 228, 19). Textus inde a v. (f. 162ᵛ) *sonis omnibus accomodatam* (Mangey, p. 398, 18; Wendland, p. 222, 24), foliis magna ex parte laceratis, perquam lacunosus est. Praemittuntur: [1] (f. 153ᵛ). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Quamuis codices grecos mendosos.* Des. *legatione gentis sue... Datum in arce tue sanctitatis Ceperanensi.* [2] (f. 154ᵛ). Capitula. Inc. *Sobrietate uti, non solum.* Des. *principe dominorum puniatur.*

Litterae maximae auro et coloribus distinctae, maiores auro et caeruleo alterne illitae. Tituli caerulei, primo tantum excepto, qui aureis litteris ornatus est. Passim cor-

rectiones et additamenta invenies. F. 1^r ornamentum, in quo conspicitur Innocentii VIII tessera gentilicia. Foliorum 163-165 frustula tantum supersunt.

In tegumento scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

VI (**185**). mm. 337 × 231, ff. 199.

1 (f. 19^v). De *transmigratione* Abrahami in duos libros dispertitus. Lib. I inc. *Et dixit dominus ad abraham... Volens deus.* Des. *mansuete: id utile ac bonum* (cf. Philonis opp., ed. Mangey, I, p. 436-459, 3; ed. Wendland, 2, p. 268-296). Praemittuntur: [1] (f. 1). Lilii prologus in volumen. Inc. *Verbum dei Sanctissime.* Des. *ubi minus, astericis (!).* [2] (f. 6^v). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Quę hic beatissime.* Des. *sibi ad iustitiam.* [3] (ibid.). Lilii capitula. Inc. *Cum dicit deus ad Abraham.* Des. *in medio temperatum est.* Lib. II inc. (f. 41) *Quod autem secum esse Lot* (cf. Mangey, p. 459, 4-472; Wendland, p. 296-314). Des. *quod egit opus non est eius.* Praeeunt: [1] (f. 33^v). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Pater sancte uidetur sequentis.* Des. *rictis setis denso ac fulcto.* [2] (f. 34). Capitula. Inc. *Quod Lot cum Abraham excedit.* Des. *eius non est opus.* **2** (f. 56). De animalibus *quę ad sacrificia et quę species sacrificiorum* (cf. Mangey, 2, p. 237-250). Inc. *Animalium quę in sacrificiis.* Des. *De sacrificantibus dicemus.* Praecedunt: [1] (f. 49^v). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Nihil noui aut abhorrens.* Des. *pennata sublimiter incedit.* [2] (ibid.). Capitula. Inc. *In uolatilibus quidem.* Des. *eorum ad esum reseruari.* **3** (f. 73). In Iulium Flaccum *et de prouidentia* (cf. Mangey, loc. cit., p. 517-544). Inc. *Secundus post Seianum flaccus Iulius suscipit.* Des. *auxilio dei fulcta.* Praemittuntur: [1] (f. 63^v). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Qui philonis liber in Iulium.* Des. *sint mente dolores.* [2] (f. 64). Lilii capitula. Inc. *Tiberii tempore primum.* Des. *more uictimę laceratus ac sepultus.* **4** (f. 120). *De his quę circa Gaium et ad eum legatione ac de uirtute* (cf. Mangey, loc. cit., p. 545-600). Inc. *Usquequo nos senes adhuc pueri sumus.* Des. *dissimilis ad Gaium ac retrouersa.* Praecedunt: [1] (f. 91^v). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Quę secundum Gaium.* Des. *ista fuerant reseruata.* [2] (f. cit.). Lilii capitula. Inc. *Fortuna quidem est instabilis.* Des. *ciuitatum euanescerent.* **5** (f. 175^v). Quod a Deo *missa sunt* somnia lib. III (cf. Mangey, 1, p. 659-699). Inc. *Tertiam speciem somniorum.* Des. *et ore et labiis et ipsis.* Subicitur *Hinc in exemplari gręco spatia uacua relicta sunt duorum magnorum membranę foliorum et subdit | Hoc modo deficit in exemplari | Si inuenitur finis huius tertii libri philonis quod a deo missa sunt somnia.* Praecedunt: [1] (f. 156). Epistula Innocentio VIII. Inc. *Fuerunt beatissime pater, qui dixerunt.* Des. *prouenerunt in lucem.* [2] (f. 156^v). Capitula. Inc. *Tribus existentibus somniorum.* Des. *friuoli uita spectatur.*

Margines continent nonnulla additamenta. F. 1 ornamentum depictum est cum stemmate Innocentii VIII. Ff. 199v. 200 vacua.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

186. Saec. XV, membran., mm. 281 × 207, ff. I. 158.

Miscellanea.

1. ⟨**Pseudo-Ignatii** epistularum antiqua versio⟩ (Opera Patrum apostolicorum, ed. Funk, 2, p. 55-213). [1] (f. 1). Ad Mariam Cassobolitam. [2] (f. 1v). Ad Trallianos. [3] (f. 5). Ad Magnesianos. [4] (f. 8). Ad Tarsenses. [5] (f. 10). Ad Philippenses. [6] (f. 16v). Ad Smyrnenses. [7] (f. 19v). Ad Polycarpum usque ad v. *propter nos ut hominem* (op. cit., p. 159, 18). [8] (f. 20). Ad Antiochenses. [9] (f. 21v). Ad Heronem. [10] (f. 23). Ad Ephesios. [11] (f. 27v). Ad Romanos. [12] (f. 29). ⟨Heronis laus in eum et successoris eius⟩ (op. cit., 2, p. 214).

2 (f. 29v). **S. Polycarpi** epistulae ad Philippenses antiqua versio (Opera PP. apostolic., ed. Zahn, Lipsiae 1876, 2, p. 111-133).

3 (f. 32). ⟨**Benedicti ab. Anianensis** Admonitio ad filium spiritualem⟩ (in ms. *Magni basilii epistola,* sed alia, ut videtur, manu et in rasura) (M. 103, 683-700).

4 (f. 41v). *Çrisostomi de ueritate carnis cristi contra manicheos*. Inc. *Etiamne te ausus est spiritus infirmitatis attingere.* Des. *securitatis intrare, per dominum* etc.

5 (f. 56v). ⟨**Rufini** commentarius in symbolum Apostolorum⟩ (M. 21, 385-386).

6 (f. 77). **Laurentii Vallensis** epistula ad Laurum Quirinum. Inc. *Quis tu sis aut qua condicione.* Des. *soloecismos omitto: iterum uale* (L. Vallae opp., ed. Basileae 1543, p. 345).

7 (f. 78). **S. Basilii** homiliae VIII a Rufino translatae, praemisso prologo ad Apronianum (ut ap. M., P. G. 31, 1723-1794, hoc tamen ordine I-III. VI-VIII. IV. V).

8 (f. 124v). **Poggii** De *infelicitatibus* principum liber ad cl. v. Thomam Sarzanensem cum (f. 123v) praefatione: *Rem minime probatam - prouocatione tribueretur.* Inc. *Cum ex mea.* Des. *remissior esset discessimus* (Poggii opp., ed. Basileae 1538, p. 390-419).

9. **Nicolai Perotti** Liber epigrammatum ad Sigismundum Pandulfum Malatestam. [1] (f. 146). *Quid si exiguus si quis te forte rogarit (Ad librum).* [2] *Laudarunt alii iam te mitissime princeps* (*De Sigismundi et Isottae mutuo amore*). [3] *Cinxisti uiridi Caesar mea tempora lauro (Agit gratias Caesari a quo laurea donatus est.* Codex Perottinus ms. regiae biblioth. neapolit. ed. a C. Iannellio, Neapoli 1809, p. 253). [4] *Mortalem uitam: perituraque membra dedere* (*Epigramma ptolemei*. Ed. cit. p. 257: est versio epigrammatis quod

legitur in Anth. Pal. IX, 577). [5] *Conueniunt domino que scribis munera vulpes* (*Ad Nicolaum Vulpem de adolescente qui ei agnum donauit sine pelle*). [6] (f. 146ᵛ). *Imperio quamuis subsint mea fata sororum* (versio Ptolemaei epigrammatis supra laudati). [7] *Ridiculam queso mihi nunc expone fabellam* (*Ad iacobum schioppum de festo Martini*). [8] *Quid agis ignauum uolgus? quid thura relinquis?* (*De festo Martini*). [9] *Cerne triumphales circa mea tempora lauros* (*Ad Iacobum Schioppum de superato a se amore*. Ed. cit, p. 255). [10] *Inclita castelli quicumque pallatia cernis* (*De castello ab inclito principe Sigismundo aedificato*). [11] *Sim licet heu primo fraudatus flore iuuente* (*Epitaphium pro se cum eger esset*). [12] *Cum te omnes iacobum uocitent: tantum ipse iacobum* (*Ad Iacobum Schioppum*). [13] (f. 147). *Ite mei uersus: iam sacrum uisite uatem* (*ad Nicolaum Vulpem de carmine a se relicto*). [14] *Sis licet immitis: diraque e tigride natus* (*Ad amicum*). [15] *Summe coronide: ceterisque et dona liei* (*Ad Thadeum*). [16] *Si fletu redimi uitam natura dedisset* (*Epitaphium Lamolae*). [17] *Ingenio clarus: linguaque peritus utraque* (*Epitaphium eiusdem*). [18] *Munera flaminiae que de regione tulisti* (*Ad Thadeum*). [19] *Exiguum Galeaz uatis nunc accipe munus* (*Ad Galeaz equitem bononiensem*). [20] *Aedere dum nostros properabam forte libellos* (*De libris quos oblaturus erat summo pontifici*. Ed. cit., p. 256). [21] (f. 148ᵛ). *Unum oculis: alium pedibus natura carentem* (*De caeco claudum gestante*). [22] *Omnia sunt cesar quae mittitis aurea nobis* (*Ad Caesarem*). [23] *Principis ante fores nuper dum forte sederem* (*Ad iacobum*). [24] *Prima sedes nobis fuerat florentia nomen* (*Epitaphium scylli catuli*). [25] *Sunt* ⟨duo qui subigunt, sunt duo Theodore subacti⟩ (*Ad Lepidinum*. Primus versus et quartus abrasi; cf. cod. Urb. lat. 368, f. 116ᵛ). [26] (f. 149). *Quinque ego pontifici dederam faustine libellos* (*Ad faustinum de quingentis aureis sibi a pontifice maximo donatis*). [27] *Dii tibi sancte pater dent longos nestoris annos* (*Ad pontificem maximum*). [28] *Inuida me postquam traxerunt fata sub umbras* (*De equo Iacobi Schioppi defuncto*). [29] (f. 149ᵛ). *Dulcis amice redi: nocet haec absentia nobis* (*Ad amicum absentem*. Ed. cit., p. 251).

10 (f. 151). **Georgii Trapezuntii** oratio in funere Fantini Michaelis Veneti habita (cf. Fabricius, Bibl. graeca, 12, p. 80 Harl.). Inc. *Quamquam omnes antiquitatis mores*. Des. *intercessione ad dominum et quidem multo facilius defensurum Amen.*

Codex a diversis librariis exaratus est. Litterae initiales caeruleo et rubro colore alterna vice pictae. Ff. I. 77ᵛ. 158 vacua.

In tegumenti tabulis conspiciuntur tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

187. Saec. XV, chart., mm. 301 × 210, ff. 130.

S. Irenaei contra haereses libri I-V (usque tantum ad c. 31 inclusive) latinè redditi (M., P. G. 7, 438-1210, A, 8). Singulis libris, praeter V, praemittuntur (ff. 1. 22^v. 49^v. 74^v) capita (Divi Irenaei ep. adversus Valentini et similium gnosticorum haereses, Parisiis 1576, pp. XXXII. 78-80; 155-156; 226-228).

Litterae maiores sunt rubro et caeruleo colore alternè illitae lineolisque ornatae. Ff. 127^v-130 vacua.

In tegumenti dorso exhibentur insignia gentilicia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

188. Saec. XV, membran., mm. 316 × 282, ff. 192.

S. Irenaei contra haereses libri I-V (usque ad c. 31 inclusive) in latinum versi (M., P. G. 7, 438-1210, A, 8). Singulis libris, V excepto, praefixa sunt (ff. 1. 32^v. 77. 116^v) capita rubris litteris exarata (Divi Irenaei ep. adv. Valentini et simil. gnostic. haeres., Parisiis 1576, pp. XXXII. 78-80; 155-156; 226-228).

Codex binis columnis perscriptus. Litterae maiores pariter ac maximae auro et coloribus nitent; littera initialis libri I (f. 1^v) continet etiam s. Irenaei imaginem. Ff. 1^v. 34. 78. 118. 166^v sunt ornamentis conspicua, quibus omnibus inest inscriptio *NI* (vel *N.*). *PP. V.* 192^v vacuum.

In codicis operculis cernuntur stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

189. Saec. XV, membran., mm. 280 × 190, ff. I. 148.

Tertulliani opera complura, praemisso (f. I^v) indice.

Origenis homiliae complures, ⟨Rufino et s. Hieronymo⟩ interpretibus. **1** (f. 1). In librum Iesu Nave homiliae I-XXVI ⟨a Rufino translatae⟩, praemissis indice (I. *Oratio in ihesum naue* - XXVI. *De eo quod sepultę sunt macherę* etc.) et translatoris prologo (M., P. G. 12, 823-948). **2** (f. 40). In librum Iudicum homiliae I-IX, ⟨interprete eodem⟩ (M. ibid., 951-990). Hom VIII usque ad v. *expressit in peluem* (M. ibid., 985, B, 2), quibus (f. 51, col. 2, lin. 14 ab imo) subnectitur hom. IX inde a v. *Populus multus est* (M. ibid., 988, C, 9). **3** (f. 52). In librum Regnorum hom. I, ⟨eodem interprete⟩ (M. ibid., 995-1012). **4** (f. 58). In Isaiam homiliae I-IX, ⟨interprete s. Hieronymo⟩ (M. 24, 937-972). Hom. IX post v. *poterimus intelligere,* quibus ed. desinit, prosequitur (f. 70^{v}, col. 2, lin. 6 ab imo): *Conuersi sunt ad iniquitates. Quorum? Non ait simpliciter patrum* - *per singula opera. et efficieris filius dei in christo ihesu. cui* etc. **5** (f. 71). In Ieremiam homiliae I-XIV ⟨a s. Hieronymo⟩ latine redditae (M. 25, 611, C-724). **6** (f. 103^{v}). In Lucam homiliae I-XXXIX, eodem interprete, praemisso (f. 103^{r}) translatoris prologo (M. 26, 229-332). **7** (f. 137). Excerpta tria brevia ex Origene. I inc. *Origenes in secundo* (supr. lin. add. *libro*) *de periarcon. Materia extra qualitates* etc. III des. *ad tempus non absurde dicimus.* **8** (ibid.). Homilia in verba *Beatus uir qui non a*⟨bit⟩ *i*⟨n⟩ *c*⟨oncilio⟩ *i*⟨mpiorum⟩. Inc. *Pii sunt qui in deum credunt et ipsum colunt.* Des. *loca occupans et uastans.* **9** (f. 138). In illud *Simile est regnum c*⟨aelorum⟩ *the*⟨sauro⟩ *a*⟨bscondito⟩ *i*⟨n⟩ *a*⟨gro⟩. Inc. *Ager est corpus humanum.* Des. *et alios docere.* Sequitur *In die illa sibilabit dominus... Sibila domine et huic muscę immundę.* Des. *mundissimis cordibus habito.* **10** (f. 139^{v}). Purgatio Origenis. Inc. *Quidam eorum qui libenter.* Des. *uel dicens. uel dicentibus credens* (cf. A. Harnack, *Geschichte d. altchristl. Litt.,* I, p. 388, n. 3). **11** (f. 141). In Ezechielem homiliae I-II a s. Hieronymo in latinum versae, praemisso translatoris prologo (M. 25, 611-612; 723-745).

Codex binis columnis exaratus. Ff. II-V index legitur Clementis XI aetate conscriptus. In marg. ff. 2^{v}. 3. 9. 19 paucae notulae exstant manu saec. XIV. 39^{v}. 140^{v}. 148. 149 vacua. In marginibus foliorum 103^{v}. 107^{r}. 143^{r} notabilia singula invenies manu saeculi XV.

In tegumentis scuta Pii IX et A. Lambruschini card. bibliothecari.

212. Saec. XII, membran., mm. 316 × 235, ff. II chart. 169.

Origenis homiliae complures, Rufino et s. Hieronymo interpretibus. **1** (f. 1). In librum Iesu Nave homiliae I-XVI, praevio Rufini (in ms. *ieronimi*) prologo (M., P. G. 12, 823-948). **2** (f. 56). In librum Iudicum homiliae I-IX, ⟨eodem Rufino interprete⟩ (M., P. G. 12, 951-990). **3** (f. 77ᵛ). In canticum canticorum homiliae I-II a ⟨s. Hieronymo latine versae⟩, praemisso (f 77ʳ) translatoris prologo ad Damasum papam (M. 23, 1173-1196). **4** (f. 88ᵛ). In librum Regum homiliae I ⟨antiqua versio⟩ (M., P. G. 12, 995-1012). **5** (f. 97). In Isaiam homiliae I-IX, ⟨s. Hieronymo interprete⟩ (M. 24, 937-972). Ultima post v. *intelligere* prosequitur (f. 114, col. 2, lin. 8 ab imo) *Conuersi sunt ad iniquitates* etc., ut in cod. 211, f. 70ᵛ. **6** (f. 115). In Ieremiam, praemisso (f. 114ᵛ) indice (I. *Omelia de eo quod scriptum est fugite* - XIV. *Omelia de eo quod scriptum est in diebus regis iosie*), homiliae I-XIV ⟨a s. Hieronymo translatae⟩ (M. 25, 611, C-724). **7** (f. 159ᵛ). In Ezechielem homiliae I-II, ⟨eodem interprete⟩, praevio (f. 159ʳ) ⟨prologo⟩ (M. ibid., 611-612; 723-745).

Codex binis exaratus columnis et rubricatus. Ff. II-III indicem continent Clementis XI aetate conscriptum. Marginem exteriorem foliorum 52. 53, quae fuerat excisa, filo consutam invenies. 169 litteris grandiori forma rubro et viridi colore illitis *Liber sancte Marie de Bethania* (cf. cod. 206, f. 156). Sequitur, manu saec. XIV, scholium quoddam in Lucae Evang. I, 30. Inc. *ne timeas maria etc. luce. 1. uerba st̄ angeli gloriosam uirginem alloquentis.* Des. *tercium in gratie inuencione inuenisti gratiam circa primum non est.*

In tegumenti dorso stemmata exhibentur Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

213. Saec. XII, membran., mm. 218 × 159, ff. IV (III. IV chart.). 161.

Origenis homiliae complures, Rufino interprete.

1 (f. 2). In librum Iosue homiliae I-XXVI, praemissa (f. 1) Rufini (in ms. *ieronimi*) praefatione ad Chromatium episcopum (M., P. G. 12, 823-948). **2** (f. 118ᵛ). In librum Iudicum homiliae I-IX (M. ibid., 951-990).

Ff. I. II. 160. 161 fragmenta Missalis romani continent saec. XI. exarati, quorum maior pars ad Missas I-XIII post Pentecosten spectat.

Codex duplici columna noñ unà manu exaratus litteras initiales et titulos minio depicta praebet. Ff. III-IV indicem Clementis XI aetate conscriptum continent. 150 imo marg. *Librum adquisiuit domnus Damianus S̄. +.* (i. e. " Sanctae Cruci ,,).

In tegumenti asseribus, quorum, posterior fractus, stemmata expressa sunt Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

214. Saec. XV ex., membran., mm. 386 × 253, ff. II chart. 208.

1 (f. 2). **Origenis** Periarchon libri I-IV, Rufino interprete (M. 11, 115 sqq.). Libris I. III (ff. 1. 69) praemittitur translatoris prologus (in prologo ad lib. III desunt initio v. « Qui legis - spiritus »; lib. IV des. in v. *propheta dicit reminiscentur.* M., P. G. 11, 412, B, 11).

2 (f. 126). ⟨**Pamphili** martyris Apologia pro Origene a Rufino latine reddita⟩, praevia (f. 125) translatoris praefatione, subiecto (f. 156ᵛ) eiusdem translatoris epilogo (M., P. G. 17, 539-632).

3 (f. 163). *Expositio Origenis* (!!) *ducentesima quarta in principio erat Verbum et reliqua.* Inc. *Vox spiritalis aquilae auditum pulsat ecclesiae.* Des. *finis propheticarum uisionum. Cui gloria* etc. (Combefis, Bibliotheca Patrum concionatoria, I, Parisiis 1662, p. 273-279).

4 (f. 173ᵛ). **Didymi Alexandrini** liber De Spiritu sancto a s. Hieronymo translatus, praemissa (f. 173) interpretis praefatione (M. 23, 107-162).

5 (f. 204ᵛ). *In uitis Patrum De laudibus Origenis.* Inc. *Quoniam detractores plurimi ueluti.* Des. *uerba sapientum sunt aculei.*

Litteras initiales auro et coloribus singulari artificio depictas imagines vel sacrae vel mythologicae exornant (cf. E. Beissel, *Vaticanische Miniaturen*, p. 43). F. II indicem Clementis XI aetate exscriptum complectitur. F. 1 conspicuum reddit aedificii frons eximie delineatus: in parte inf. Sixti IV scutum duo genii sustentant: in parte sup. exstat nomisma eiusdem pontificis effigiem exhibens cum inscriptione notis capitalibus *Sixtus. IIII. pont. max. agricul.* Margo ff. 69ᵛ. 104ᵛ. 125. 163. 173ʳ. 173ᵛ pulchris ornamentis nitet. Ff. I. III. 162ᵛ. 205ᵛ. 206-208 vacua.

In tegumento conspiciuntur insignia gentilicia Pii IX et A Mai card. bibliothecarii.

215. Saec. XV, membran., mm. 390 × 276, ff. II. 180.

Firmiani Lactantii opera complura.

1 (f. 1). Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt 1, p. 1-672). **2** (f. 149). De ira Dei (M. 7, 79-148). Liber lacunosus (f. 160ᵛ) post. v. *miserum te* (M. ibid., 132, B, 7). Quae f. 161-161ᵛ, lin. 12 ab imo *(aut mortis - non animi)* leguntur, pertinent ad cap. 17 (M. ibid., col. 127, 6-130, B, 4). Haec suo loco (sc. f. 160, 10 ab imo) desiderantur. **3** (f. 165ᵛ). De opificio Dei (M. ibid., 9-78). Locos et verba graeca ubique librarius omisit, spatio vacuo relicto.

Codex currenti littera exaratus multas habet in marginibus notulas. Litterae maiores colore rubro et caeruleo alterne illitae; maximae frondibus auro variisque coloribus pictis distinctae. F. IIᵛ index, quem tres lineae abrasae sequuntur; legitur tantum *Iste lac*⟨tantius⟩ *est* mei |||| |||| |||| Subicitur *Nescis quid uesper uehat* | *Peruersi difficile corriguntur: et stultorum plena sunt omnia* | *Moderata durant.* Folium 1ʳ ornamento frondescenti circumdatum summo marg. nomen exhibet *IHS* et in marg. inf. nescio cuius tesseram gentiliciam (in pagina caerulea leo aureus linguatus trimontio insidens). Ff. I. II. 148ᵛ vacua.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

216. Saec. XV (ff. 1-110; 112-119; 121-190 an. 1481; cf. f. 264), membran., mm. 339 × 236, ff. I. 264.

Firmiani Lactantii opera nonnulla.

1 (f. 1). ⟨Divinarum Institutionum libri I-VII⟩ (Brandt 1, p. 1-672).

2 (f. 216). <De ira Dei> (M. 7, 79-148). **3** (f. 235). <De opificio Dei> (M. ibid., 9-78). **4** (f. 254). <Institutionum epitome> inde a v. *nam si iustitia et ueri* (Brandt 1, p. 730, 15-761).

Codicem anepigraphum duo scribae exararunt, quorum prior ff. 111. 120. 191-264 perscripsit; alter, qui locos et verba graeca semper omisit, reliqua. Littera initialis prima Lactantii imaginem continet; reliquae sunt auro oblitae et coloribus distinctae. Ornamentum quod f. 1 circumdat, praefert, inter alia, effigiem viri cuiusdam auream coronam quinque radiorum gestantis et in parte inf. stemma Theodori De Lelliis, superimposita mitra episcopali: summo marg. *YHS.* F. 14 verba *cuius insigne - cum rapuit* (Brandt p. 39, 19-21) a scriba omissa manus saec. XVII supplevit in margine. 264 *XXIIII aug. 1481.* I. 264^{v} vacua.

In tegumentis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

217. Saec. XIV-XV, membran., mm. 304 × 212, ff. 147.

Firmiani Lactantii opera tria.

1 (f. 1). Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt 1, p. 1-672). **2** (f. 123^{v}). De ira Dei (M. 7, 79-148). **3** (f. 135^{v}). De opificio Dei (M. ibid., 9-78).

Littera initialis prima auro et coloribus distincta Lactantii, ut vid., imaginem exhibet: reliquae sunt rubro tantum et caeruleo colore alterna vice depictae. Desunt tituli omnes operum pariter ac librorum. Locos etiam et verba graeca praetermisit librarius, quorum paucissima (ff. 3^{v}. 4^{v}) manus saec. XV ex. supplevit. Eadem manus ff. 4^{v}. 5 textum emendavit. Rarae occurrunt in marginibus auctoritates et notulae. F. 1^{r} summo marg. *.y-y-y.* 147 vacuum.

In tegumenti tabulis cernuntur insignia gentilicia Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi cad. bibliothecarii.

218. Saec. XV, membran., mm. 286 × 210, ff. I. 165.

Firmiani Lactantii opera nonnulla.

1 (f. 1). Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt 1, p. 1-672). **2** (f. 134^{v}). De ira Dei (M. 7, 79-148), praemisso (f. 134^{r}) indice. **3** (f. 150^{v}). De opificio Dei (M. ibid., 9-78), praevio (f. 150^{r}) indice.

F. I. Inscriptio antiqua apud Maceratam reperta (C. I. L., IX, n. 5747) cum **Cyriaci Anconitani** epistula ad Iacobum Venieri. Edidit ad hunc, ut vid., cod. Mabillon, Museum italicum 1, 1724, p. 42. F. 132^{v} Excerpta brevia ex s. Augustini operibus. I inc. *Nullus uel negat,* des. *ordine esse uentura* (De civ. Dei XX, 28, 5, ap. M. 41, 708); II inc. *De his libris dici potest,* des. *tenore ueritatis astipulantur* (Contra Faust. XI, 5; ep. II, 82, 5, ap. M. 42, 248-49; 33, 277); III inc. *Nimis peruerse,* des. *dicenda non fuisse* (ep. III, 143, 2. 3, ap. M. 33, 586). F. 133. Excerpta ex s. Hieronymi operibus. I inc. *Lactantius,* des. *facile aliena destruxit* (ep. 58, 10, ap. M. 22, 285; Eusebii Chron.

ad. an. 321, ap. M., P. G. 19, 585); III inc. *Lactantium propter* - des. *reperies* (cf. epp. 62, 2; 83, 7; 71, 5, ap. M. 22, 606. 748. 668); IV est integrum caput 80 De viris inlustribus.

Codicem rubricatum duo scribae exararunt: a) ff. 1-133; b) reliqua; litteras vero librorum initiales aureas et variis coloribus illuminatas una manus appinxit, prima tantum excepta, quam rubrum ornamentum distinguit. Litterae grandiori forma rubro et caeruleo alterno illitae sunt. In marginibus auctoritates occurrunt. Locos scriptorum graecorum librarii omiserunt, sed eorumdem versionem latinam dedere. In folio tegumento codicis priori adglutinato invenies quaedam de detractoribus. Inc. *Yhesus* | *Bernardus.* | *Ignoro quid agam.* Des. *superbus est.* Prima verba *Ignoro-plenus* in summo folii margine iterantur. Sequitur *n°. 106*, qui numerus legitur et in f. I^r^. In marg. inf. folii 1^r^ exstat scutum familiae Della Rovere, cui superimponitur tiara pontificalis. Ff. 133^v^. 165^v^ vacua.

In integumentis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

219. Saec. XIV, membran., mm. 257 × 182, ff. I. 181.

Firmiani Lactantii opera tria.

1 (f. 1). Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt 1, p. 1-672). **2** (f. 153). De ira Dei. (M. 7, 79-148). **3** (f. 160^r^). De opificio Dei (M. ibid., 9-78).

Litterae librorum initiales auro oblitae et variis coloribus illuminatae; litterae grandiori forma rubro colore et caeruleo alterne depictae. Litteram initialem primam alia saec. XV manus pinxit, eademque folii 1^r^ marginem inferiorem ornamento sane exquisitae artis decoravit, in quo conspicis aureum nomisma cum effigie Iulii II imberbis. Tituli omnes rubro exarati. Locos graecorum scriptorum a librario omissos alia manus eiusdem aetatis supplevit, sed usque tantum ad f. 69^v^. F. I^v^ litteris aureis capitalibus *Lactantius Firmianus* | *Iulii II pont max* | *bibliothecae secretae dicatus.* I^r^. 152^v^. 180^v^. 181 vacua.

In codicis operculis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

220. Saec. XV, membran., mm. 262 × 183, ff. III. 176.

Firmiani Lactantii opera tria.

1 (f. 1). Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt 1, p. 1-672). **2** (f. 143). De ira Dei (M. 7, 79-148). **3** (f. 158). De opificio Dei (M. ibid., 9-78).

F. 142^v^. Excerptum ex s. Augustino (Contra Faust. 11, 5; ep. II, 82, 5). Inc. *De his libris.* Des. *ueritatis astipulantur* (M. 42, 248-49; 33, 277). Ibid. Excerpta II ex s. Hieronymo. I inc. *Lactanctius qui quidam,* des. *aliena destruxit* (ep. 58, 10, ap. M. 22, 285; Eus. Chron. ad an. 321, ap. M., P. G. 19, 585); II est caput 80 De viris inlustribus.

Codex binis columnis perscriptus litteris initialibus aureis et coloribus pictis ornatus est. In marginibus occurrunt rubricae. Anguli foliorum superiores externi antiquiorem numerationem praeferunt, quae saepius tamen, resecto margine, periit. Loci scriptorum

graecorum rubro colore exarati sunt, quorum et versionem latinam librarius ipse inter lineas adiecit. F. 175^v parte inf. *Ego walterus petri de Euchusen clericus trectensis diocesis uendidi presentem librum Lactantii R. P. G.* (scil. Guilelmo d'Estouteville) *tituli sancti martini in montibus presbytero cardinali pro precio XII. ducatorum tarenorum* (?) *quos recepi in numerata pecunia Anno domini MCCCCXLVII. die XII decembris.* Ff. I-III. 172-175^r. 176 vacua.

In codicis operculis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

221. Saec. XV, membran., mm. 290 × 205, ff. I. 283.

Firmiani Lactantii opera complura.

1 (f. 1). Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt I, p. 1-672). **2** (f. 231^v). De ira Dei (M. 7, 79-148). Textus lacunosus f. 247^v; verba desiderantur « quem iam - verberentur », « sibi fuisse - ad nocendum » (M. 7, 132, B, 7-133, A, 4; 133, A, 16-134, A, 5). **3** (f. 252^v). De opificio Dei (M. ibid., 9-78). Inc. *In Summis necessitatibus ac supra uires nostras libellum uolui intimare.* **4** (f. 267). Iterum De opificio Dei.

Tituli, loci scriptorum graecorum, auctoritates ac lemmata in marginibus addita rubro charactere. Litterae maiores omnes auro oblitae variisque distinctae coloribus, maximae ampliori ornamento insignes. Ornamentum f. 1^r appictum viri nescio cuius imaginem exhibet atque in inf. parte stemma (vulpes aurea exsiliens, in pagina rubra) a duobus geniis sustentatum, cui superimponitur mitra episcopalis. Textum manus scribae coaeva emendavit. Ff. I. 282-283 vacua.

In integumentis scuta Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

222. An. 1462 (cf. f. 275), chart., mm. 280 × 210, ff. 275 (+ 59^a. 243^a librarii oscitatione neglectis).

Firmiani Lactantii opera tria.

1 (f. 1). ⟨Divinarum Institutionum libri I-VII⟩ (Brandt I, p. 1-672). **2** (f. 225^v). ⟨De ira Dei⟩ (M. 7, 79-148). **3** (f. 252). De opificio Dei (M. ibid., 9-78), praemisso (f. 251) indice capitum (Lactantii opp., ed. Romae 1650, p. LXIII-LXIV),

Codex currenti nota exaratus, litteris initialibus primisque duobus titulis caret. F. 275^r *conscriptum. 1462 mensis decembris. die XXI.* 275^v vacuum. Folium codicis operculo posteriori adglutinatum remedia duo continet graece: I. inc. Λάβε δύο ὅλλας κενούριας etc.; II, cuius titulus πρὸς τὴν φρακτούραν, inc. Λάβε λαγωγὸν ἕνα etc. Sequitur notula nullius momenti.

In tegumentis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

223. An. 1454 (cf. f. 195), membran., mm. 326 × 233, ff. I. 217.

Firmiani Lactantii opera duo.

1 (f. 1). Divinarum Institutionum libri I-VII (in ms... *De uera et falsa religione.* Brandt 1, p. 1-672). **2** (f. 195^v). De ira Dei (M. 7, 79-148).

Litterae librorum initiales auro oblitae et coloribus ornatae. Exstant in marginibus rubricae. Manus saeculi, ut videtur, XVII capitulorum numerum in marginibus titulumque libri VII (f. 166) atramento nigriore addidit. Alia manus, scribae tamen aequalis, auctorum graecorum locos in spatiis vacuis litteris capitalibus exaravit. F. 1r ornamentum auro coloribus, geniis animalibus conspicuum: in parte inf. Conradi de Monte Politiano stemma inscriptione circumdatum aurea: *A. Conradi de Monte: Policiano*. F. 195 notis capitalibus rubris *Firmiani Lactancii diuinarum institutionum ad Constantinum imperatorem et aduersus gentes. libri finiunt. VII. per manus Iohannis Hornsen indigni seruuli egregii domini Corradi de Montepoliano. in palatio apostolico temporibus sanctissimi domini nostri domini Nicolai diuina prouidentia papae quinti. anno millesimo CCCC° LIIII° pontificatus sui anno septimo* | *Deo gratias amen*. 217r litteris capitalibus *Lactantii Firmiani liber de ira Dei explicit per manus Iohannis Hornsen* (*n* pr. supra lin. add.). *familiaris domini Corradi. de Montepolitiano. Deo gratias. Amen.* Folium 217v vacuum.

In tegumentis tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

224. Saec. XV, membran., mm. 253 × 170, ff. 126.

1 (f. 1). **Firmiani Lactantii** Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt 1, p. 1-672).

2 (f. 118v). **L. Apuleii** Madaurensis Asclepius (in ms... *liber Mercurii Trismegistri ad Asclepium de diuinitate.* Apuleii opp. ed. Hildebrand, 2, Lipsiae 1842, p. 279-334). In fine (f. 170) legitur rubris litteris *Explicit Hermes Trismegistrus discipulus platonis de natura diuinitatis et deorum quem sanctus Augustinus ad litteram allegat in libro de ciuitate dei. Apuleius traduxit ex greco in latinum.*

Litterae librorum initiales aureae et variis tinctae coloribus, reliquae litterae maiores caeruleae. Locos scriptorum graecorum addidit alia manus saec. XV una cum versione latina marginali. F. 1r in parte inf. *Iste liber est monasterii sancte + in hierusalem in roma.* 125v. 126r vacua. 126v scriptum legitur *Ihesus christus Maria* | *Die XXI. Augusti 1521.* | *Aurelio e Fratello* | *Lo Spagnolo* | *octauio romano.*

In tegumentis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

225. Saec. XV, membran., mm. 272 × 190, ff. 135 (+ ff. 28-37 bis numeratis).

Firmiani Lactantii, praemisso (f. 1) indice (Lactantii opera, Romae 1650, p. LVII-LXIII), Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt 1, p. 1-672).

Litterae librorum initiales auropictae et coloribus distinctae; reliquae litterae grandiori forma rubro et caeruleo colore alternis vicibus pictae. Loci scriptorum graecorum omnes omissi sunt, spatio vacuo relicto. F. 7 in marg. inf. ornamentum praebet cum nescio cuius tessera gentilicia (aquila nigra parmulam prae se ferens auream, in qua anseres tres).

In operculis cod. insignia gentilicia Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

226 (olim 2467, cf. f. I^r). An. 1441 (cf. f. 180), chart., mm. 293 × 210, ff. I. 188.

Firmiani Lactantii Divinarum Institutionum libri I-VII (Brandt 1, p. 1-672). In fine (f. 182^v-187^v) indicem invenies (Lactantii opp., Romae 1650, p. LVII-LXIII).

F. 180. ⟨S. Augustini De civitate Dei XX, 30, 5⟩ (M. 41, 708). F. 180^v. Excerpta ex s. Augustino et ex s. Hieronymo, ut in cod. 218, f. 132^v.

Codex inde a f. 122 festinantius exaratus litteras initiales rubro colore tinctas exhibet, titulos et capitum numeros minio exscriptos. Loci auctorum graecorum desunt omnes, sed in marginibus legitur interdum versio latina. F. I^r *2467. v.* | *N. 226.* 180 *Finitum Papie Millesimo quadrigentesimo quadragesimo* (supra lin. additum est hoc vocabulum) *primo die 4° mensis decembris.* | *Scripsi scripsissem adhuc melius si uoluissem* | *Nomen non pono quia me laudare non uollo* | *Si uultis tamen scire bntpnkxs de ffdrkcks fuit ille Antonius bntpnkxs.* Inter f. 78 et 79 insertae sunt tres chartae mm. 202 × 113, quae additamentum continent ad f. 73, lin. 28 spectans, ut etiam docent notulae in marg. prioris chartae et in f. 73 exstantes. 187^v *Iste lactantius est d. Antonii de pichetis Juris canonici peritissimi. Si quis furatur uel reddat uel moriatur* | *Non uideat christum qui librum furabitur istum.*

In tegumento stemmata Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

227. Saec. XV, membran., mm. 288 × 197, ff. 199.

Antonii Raudensis Dialogi tres in Firmianum Lactantium, praemissis (f. 1) indice rubris litteris exarato et (f. 5) prologo ad Eugenium IV. Prologus inc. *Lactentii. Firmiani. diuinas institutiones. Eugeni beatissime. cum propter dicendi summam illam elegantiam.* Des. *Nicolaus autem ut ad institutum unde discessimus reuertamur ita farier infit.*

Dialogus I inc. (f. 7^v) *Firmianus. noster. seu. pace. seu bello dixerim. Eloquentissimorum uirorum.* Des. *Tunc Nicolaus simul et candidus: his auditis gratias mihi multas habentes. nec ego illis pauciores: abiere.* Dial. II inc. (f. 55) *Postridie. beatissime. pater. excellentissimi ingenii amicos.* Des. *doctiores. enim ex ortulo hoc ipso tuo quam quando uenimus commigramus.* Dial. III inc. (f. 138^v) *Postera phebea lustrabat lampade terras beatissime pater orta dies: tertia quidem pentecostes.* Des. *Tunc omnes surrexere mutuosque inter amplexus gratias mihi multas habentes nec ego illis pauciores: immortalitatem ipsam prestolantes abiere.* Cf. de hoc Antonii Raudensis opere Wadding, Scriptores ordinis Minorum, Romae 1806, p. 89.

Litterae initiales dialogorum auro variisque coloribus eleganter pictae, reliquae litterae grandiori forma rubro et caeruleo colore alterne oblitae. In marginibus occurunt auctoritates minio plerumque exscriptae. F. 4^r conspicitur pictura Antonium Raudensem genu nixum repraesentans, qui Eugenio IV librum suum offert: in parte inf. Eugenii IV scutum. Folia 70-107 male incisa tenui membrana refecta sunt; f. 199^v vacua.

Integumenti dorsum insignia gentilicia praebet Pii IX.

228. Saec. XV, membran., mm. 275 × 195, ff. I. 228.

Eusebii Caesariensis Praeparationis evangelicae libri I-XIV, interprete Georgio Trapezuntio (haec versio quae in lucem prodiit Venetiis anno 1470 et paulo ante, ut vid., Coloniae, exstat saepius reimpressa. Cf. Fabricius, Bibliotheca graeca XII, 73 Harl.; Eusebii opp. ed. Dindorf, I, Lipsiae 1867, p. xv sqq.). Praemittitur (f. 1) translatoris praefatio (ed. Venet., f. 1).

Codex binis columnis perscriptus. Litterae librorum initiales imaginibus elegantissime pictis insignes, reliquae auro oblitae et viridi caeruloque colore illuminatae. Ornamenta satis pulchra initia singulorum librorum (ff. 1. 3. 19. 31. 48v. 65. 79. 99v. 115v. 135v. 149. 164v. 187. 200v. 216v) conspicua reddunt. Exstant in marginibus auctoritates et lemmata pauca rubro colore exarata. Rubro colore exarati sunt etiam tituli, titulo lib. I excepto, qui (f. 3) aureis nitet litteris. F. Ir manu saec. XVI *Eusebius de praeparatione euang.;* superius *Ex bib. mag*⟨nae⟩ *se*⟨cretae⟩ *ban*⟨co⟩ *V.* Ff. 1. 3 cernitur stemma (in f. 1 aqua pessumdatum) Nicolai V. Iv. 2v vacua.

In tegumenti tabulis scuta Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

229. Saec. XV, membran., mm. 399 × 287, ff. I. 87.

Eusebii Caesariensis ⟨Praeparationis evangelicae libri I-XIV, interprete Georgio Trapezuntio⟩ (cf. cod. 228). Deest praefatio translatoris ad Nicolaum V.

Codex currenti nota exaratus est. Littera prima initialis auro et coloribus ornata; reliquae desiderantur. F. Ir manu saec. XVI *superius in pluteo 9. bibliothecę magnae. secretae.* | *Bibliothecae Apostolicae.* 1r summo marg. *Eusebius.* Iv. 87v vacua.

Integumentum praefert stemmata Urbanj VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

230. Saec. XV, membran., mm. 290 × 210, ff. 153.

Eusebii Caesariensis Praeparationis evangelicae libri I-XIV a Georgio Trapezuntio translati. Praemittitur (f. 1) interpretis praefatio ad Nicolaum V (cf. cod. 228).

Litterae initiales auro et coloribus ornatae. Exstant in marginibus auctoritates et lemmata rubro colore. F. 153v vacuum.

Opercula codicis exhibent insignia gentilicia Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

231. An. 1451 (f. 161v), membran., mm. 400 × 282, ff. 162.

Eusebii Caesariensis Praeparationis evangelicae libri I-XIV, Georgio Trapezuntio interprete, praemissa (f. 1) translatoris praefatione ad Nicolaum V (cf. cod. 228).

Litterae maiores, praesertim librorum initiales, auro variisque coloribus splendent: tituli rubri: librorum numeri in summis marginibus caerulei. Litterae initiali libri X (f. 104) inest nescio cuius imago. Folium 1 conspicuum reddunt ornamenta in recto pariter ac in verso depicta. F. 1r stemma Pii II exhibet in laurea. Titulum libri XI (f. 115v)

Liber quintus explicit incipit sextus manus librarii aequalis supra lin. emendavit. 161^v rubris litteris *Liber tri* (cancellatum, supra lin. littera currenti *uacat) quatordecimus explicit* | *Deo gratias finis.* | *Ego iohannes caldarificis de monthabur* (cf. I. Cugnoni, Aen. Sylvii Piccolomini opera inedita... ex codicibus Chisianis, in *Atti della R. Accademia dei Lincei* VIII, 1883, p. 335, n. 155) *presbiter almanus finiui hunc librum scribendo anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo die duodecima mensis Iunii. cuius manus sit benedicta amen.* I. III vacua.

In tegumento scuta Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

232. An, 1466 (cf. 258^v), membran., mm. 285 × 190, ff. 259.

Eusebii Caesariensis (f. 6) Evangelicae praeparationis libri I-XIV a Georgio Trapezuntio latine versi. Praemittuntur (f. 1) index et (f. 5) translatoris praefatio ad Nicolaum V.

F. 259. S. Hieronymi De viris inlustribus cap. 81.

Litterae librorum initiales auropictae et coloribus ornatae. Reperies in marg. auctoritates rubro exscriptas. F. 5^r ornamentum offert, in quo stemma laurea circumdatum exstabat, nunc abrasum. 258^v capitalibus rubris scriptum legitur *Eusebij. Caesariensis. de euangelica. praeparationae* (!) *libri XIIII. expliciunt. foeliciter.* Librarii quae sequebatur subscriptio nescio qua de causa abrasa: superest tantum *M. CCCC. LXVI.* 259^r litteris minio pictis τελωσ (!). *finis:* 4^v. 259^v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

233. Inter libros impressos relatus cum signo *II.* 7, continet Eusebii Praeparationis evangelicae libros I-XIV, interprete Georgio Trapezuntio, ed. Venetiis a. 1470.

234. Saec. XV, membran., mm. 264 × 177. ff. II. 281.

Eusebii Caesariensis Praeparationis evangelicae libri I-XIV, interprete Georgio Trapezuntio.

Litterae librorum initiales imagines pereleganter pictas offerunt; reliquae litterae maiores auro illitae sunt et viridi caeruloque colore distinctae. F. 1^r stemma conspicitur Nicolai V. Margines foliorum 1. 2^v. 21. 35^v. 57. 78. 95. 122^v. 143. 167^v. 183^v. 202^v. 231. 247^v. 266 miris splendent ornamentis I. II^v. 281 vacua.

In codicis operculis scuta Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

235. Saec. XV, chart. (ff. I. 239 membran.), mm. 340 × 233, ff. I. 239.

Eusebii Caesariensis Praeparationis evangelicae libri I-XIV, Georgio Trapezuntio interprete. Praeit translatoris praefatio ad Nicolaum V.

Codicem rubricatum duo forsitan librarii littera currenti exararunt: a) ff. 1-63, lin. 19; 71-164^r; b) reliqua. Littera prima initialis auro et coloribus, non belle tamen, ornata est, reliquae minio pictae et lineis tantum violaceis festinanter delineatis distinctae. In folio membraneo operculo codicis priori adglutinato legitur *Eusebius Cesariensis de*

preparatione Euangelica a Georgio Trapezuntio e greco traductus manu saec. XV. I^r *Ex 9 pluteo bibliothecae magnę secretę superius* alia manu eiusdem aetatis. I^v. 234-239 vacua. 1^r marg. inf. depictum cernitur scutum cardinalis Barbo.

Codicis tabulae saec. XVI corio castaneo signato contectae, male habitae sunt ac fibulis carent.

236. Saec. XV, membran., mm. 334 × 230, ff. IV. 197.

Eusebii Caesariensis Praeparationis evangelicae libri I-XIV a Georgio Trapezuntio latine redditi, praemissis (f. I-III) capitibus et (f. 1) translatoris praefatione ad Nicolaum V.

Leguntur in marginibus auctoritates et nonnulla lemmata rubro exarata. Librorum capitumque inscriptiones minio exscriptae. Litterae initiales auro oblitae variisque coloribus ornatae. In parte inf. f. 1^r conspicitur stemma depictum (in arvo argenteo viride trimontium aligerum, e cuius vertice flamma rubra erumpit). Ff. IV. 194^v vacua. 195-197^r eundem indicem continent qui legitur I-III. 197^v *A 14 di Marzo 1578 compro questo libro di Eusebio de Praeparatione euangelica messer Federico Raldi* (scil. Ranaldi) *Custode della Libraria da Pietro Alesandro gia libraro giulij dieci.*

Tabulae codicis saec. XVI corio castaneo signato obductae.

237. Saec. XVI, chart., mm. 267 × 206, ff. III. pp. 1240.

Eusebii Caesariensis Praeparationis evangelicae libri I-XV (in ms. *Eusebi Pamphili. De euangelica proparasceue* nescio), quo interprete. Inc. *Postquam in hoc libro qui de Euangelica demonstratione conscribitur, christianitatis ignaros instituendos esse duxi.* Lib. XV des. *non sic et suam uiuendi normulam complectamur.*

Oracula et poetarum loci aut graece tantum leguntur, aut addita versione latina. Locos graecos aliae duae manus exararunt: a) usque ad p. 226; b) a p. 229 ad finem, multo neglegentius. Ff. I-III; pp. 146. 147. 233. 566. 644. 894. 1106-1108. 1235-1240 vacua.

Tabulae codicis ipso saec. XVI corio castaneo contectae sunt.

238. An. 1408 (cf. f. 150^v), membran., mm. 336 × 243, ff. I. 151.

Eusebii Caesariensis Historiarum libri I-IX, Rufino interprete, additis (f. 125) libris duobus, sc. X. XI, a translatore conscriptis (opus integre edidit ex quinque codd. Vaticanis Petrus Th. Cacciari, Romae 1740). Titulus (f. 1) rubris litteris *Incipit ecclesiastica hystoria Eusebii Cesariensis epyscopi edita a* ||||| *presbitero de greco in latinum. Eusebius composuit. VIIII^em libros* ||||| *duos addidit. Sicut duo pisciculi panibus augentur in euangelio.* Praeit (f. 1) prologus ad Chromatium. Singulis libris, X. XI exceptis, praefixa sunt (ff. 1^v. 15. 27^v. 44. 58^v. 75. 92^v. 105. 115) capita rubro colore exarata: libris II. VIII (ff. 12^v. 105) praemittuntur etiam prooemia. Post libri V extrema verba legitur s. Irenaei obte-

statio ex c. 20, 2: *Adiuro te, qui transcripseris* etc. (Cacciari I, p. 296, lin. 3-10; cf. p. 315, not. t).

Litterae librorum initiales auro et variis coloribus ambitiose exornatae, reliquae auro oblitae coloribusque distinctae. Littera initialis prima imaginem nimbatam Rufini, ut opinor, scribentis exhibet. Exstant in marginibus lemmata. F. I^r^. 151 abrasa: prioris (haud tamen antiquioris saec. XV) scripturae currentis vestigia adhuc apparent... *um et excusandum a dicta accusa* etc. I^r^. 151^v^ vacua. 150^v^ rubris litteris capitalibus *Eclesiasticarum Hystoriarum explicit liber undecimus. Scriptus a me Petro Turco anno domini. M. CCCC. VIII. decimo kalendas martias indictione prima. pro magnifico et excelso domino Carolo Malatesta; manu propria; Arimini.*

In tegumentis Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii tesserae gentiliciae.

239. Saec. XV, membran., mm. 320 × 195, ff. I. 204.

Eusebii Caesariensis Historiarum libri I-IX, Rufino interprete, cum (f. 1) ipsius Rufini epistula ad Chromatium et libris X. XI. Singulis libris (f. 1^v^. 19. 35^v^. 45^v^. 75. 97^v^. 120. 145^v^. 158^v^. 170^v^. 189) praefixa sunt capita.

Litterae initiales librorum aureae et coloribus ornatae, reliquae litterae maiores caeruleae. Tituli ac numeri capitum minio picti. In marginibus auctoritates, additiones, nonnulla lemmata. In folio tegumento priori adglutinato, codicem si invertas, leges *messer tomaso.* I. 204^v^ vacua.

In operculis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

240. Saec. XV, membran., mm. 310 × 221, ff. 191 (— f. 38 oscitantia librarii neglecto).

Eusebii Caesariensis Historiae (in ms. *Eusebius Cesariensis. de temporibus* (!). *ac eclesiastica historia* notis capitalibus aureis in pagina purpurea) a Rufino translatae ac duobus libris, sc. X. XI, auctae. Praemittitur (f. 1) interpretis epistula ad Chromatium. Singulis libris praefixa sunt capita ff. 1^v^. 17^v^. 32^v^. 53. 71. 92. 114^v^. 130^v^. 143^v^. 155. 173^v^.

In marginibus auctoritates et additiones. Littera prima initialis aurea coloribusque exquisite ornata: reliquae desiderantur. In ornamento f. 1^r^ eleganter appicto cernitur caput, ut vid., Eusebii inter litteras *V. C.* In parte folii inf. idem exstat scutum quod in cod. 236, f. 1^r^ occurrit, addita tamen vitta caerulea cum inscriptione *Iosta.* Summo marg. insigne Mediceum (in annulo aureo plumae tres candida, viridis, rubra vitta caerulea implicatae, cum inscriptione *semper*). F. I^r^ in fine cod. *A 14 di marzo 1578 compro questo libro di Eusebio de Temporibus messer Federico Ranaldi Custode della libraria da Pietro di Alesandro gia libraro giulij dieci.*

Integumenti opercula lignea saec. XVI corio castaneo signato obducta sunt fibulisque adornata, quae perierunt.

241. Saec. XV exeunt., membram., mm. 318 × 213, ff. VI. 150 (III-VI chart.).

Eusebii Caesariensis Chronicorum liber II, s. Hieronymo interprete (M. 27, 235-508) cum (f. 137) additis ipsius Hieronymi et (f. 143) Prosperi

Aquitani (M. 51, 583-600). Praemittuntur: [1] (f. 1) translatoris prologus (M. 27, 223-226), [2] (f. 2ᵛ) Eusebii ⟨prooemium⟩ (M. ibid., 225-236), [3] (f. 4ᵛ) ⟨Exordium libri⟩: *Incipiunt tempora totius saeculi* usque ad v. *exierunt de arca* (Vallarsi, 8, 34-44; sequitur in cod. (f. 6ʳ) *Et facti sunt omnes dies Noe - quae uocatur Hieria*), [4] (f. 8) *Dimensuratio prouinciarum*. Inc. *India ulterior finitur ab oriente oceano aegaeo*. Des. *Britania in longitudine milia passuum D CCC. in latitudine CCC.*

Codex perscriptus est litteris aureis nigris caeruleis violaceis rubris viridibus flavis. Tituli (ff. 1ʳ. 137ʳ. 143ʳ) notis capitalibus exarati sunt ac diversis coloribus tincti. Littera initialis prima ornamentis aureis, geniis, triumphi arcu conspicua, reliquae (ff. 2ᵛ. 4ᵛ. 6ᵛ. 8ʳ) eleganter pictae. Foliis omnibus inde a 16ᵛ superimponuntur fastigia, sive arcus. Hic illic occurrunt trophaea cippi canthari similia satis perite delineata. Folium 1ʳ splendide exornatum stemma praefert Ludovici Podocathari cardinalis. 15ᵛ delineatus est cippus in quo litteris aureis capitalibus legitur Eusebii obtestatio (ex H. e. V, 20, 2) *Adiuro te quicumque hos descripseris libros* etc. (M. 27, 235-236). 118ᵛ pictura Christi Nativitatem repraesentans. Ff. I-IV. 16. 149ᵛ. 150 vacua. Lignea codicis opercula corio viridi aureisque ornamentis signato obducta. Tabella rubra in tegumento priori impressa titulum praebet argenteis litteris capitalibus *Eusebius de | temporib.* Tabella purpurea in operculo posteriori, litteris similiter argento illitis, habet *Clemens. VII. pon. | max.*

242. Saec. XV, membran., mm. 364 × 255, ff. 80.

Eusebii Caesariensis Chronicorum liber II, s. Hieronymo interprete, cum ipsius Hieronymi (f. 73ᵛ) et Prosperi Aquitani (f. 76) additionibus (M. 27, 259-507, lin. 17 ab imo; 51, 583-600). Additio Hieronymi des. v. *sepultura caruit.* Praeeunt (f. 1) translatoris et Eusebii praefationes, quibus subiciuntur (f. 3ᵛ) *prefatio sancti hieronymi de nominibus gentium* (*Et facti sunt omnes dies Noe - regionem quę uocatur hieria*, ut in cod. 241, f. 6ʳ) et Exordium libri (*Incipiunt tempora - primus abraę.* Vallarsi, 8, 33-48). Ante canonem chronicum regum series (M. ibid., 235-260) desiderantur.

Codex rubricatus litteram primam initialem imagine s. Hieronymi ornatam praebet, reliquas auro oblitas et coloribus distinctas. Folium 1ʳ ornamento conspicuum in parte inf. stemma nescio cuius habet (aureus balteus inter lilia duo aurea, in pagina rubra) laurea circumdatum. 79-80 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

243. An. 1435 (cf. f. 76ᵛ), membran., mm. 378 × 280, ff. 76.

Eusebii Caesariensis Chronicorum liber II a s. Hieronymo latine versus, cum ipsius Hieronymi (f. 71ᵛ), usque tantum ad v. *sepultura quoque caruit,* et Prosperi Aquitani (f. 74) additionibus (M. 27, 259-507, lin. 17 ab imo; 51, 583-600). Praemittuntur (f. 1) ⟨obtestatio Eusebii⟩ (M. 27, 235-236) et translatoris atque Eusebii praefationes (M. 27, 223-236), quibus subnectitur Exordium

libri (Vallarsi, 8, 33-48). Ante canonem chronicum regum series (M. ibid., 235-260) desiderantur.

Codex rubricatus. Litterae initiales (ff. 1^r^. 2^r^. 3^r^) auro pictae et coloribus distinctae. F. 6^r^ vacuum. 76^v^ litteris capitalibus partim rubro colore, partim atramento exaratis *Antonius Marii Florentinus ciuis et notarius transcripsit.* | *Florentiae anno Domini M. CCCC. XXXV. mundi uero ut in uo* | *lumine hoc manifeste colligitur. V. DC. XXXV.* XIII *kl. decembr.* | *ualeas feliciter qui legis.*

Integumentum insignia praefert Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

244. An. 1467 (cf. f. 139^v^), chart., mm. 410 × 387, ff. I. 140.

Eusebii Caesariensis Chronicorum liber II, s. Hieronymo interprete, cum ipsius Hieronymi (f. 121) et Prosperi Aquitani (f. 135^v^) additionibus. Praeeunt (f. 1) translatoris prologus, Eusebii, ⟨prooemium⟩, (f. 4) ⟨Exordium libri⟩, *Dimensuratio prouinciarum*, omnino ut in cod. 241.

Littera prima initialis (f. 1) argento et coloribus, haud belle tamen, ornata; titulus rubro exscriptus. Folio I^v^ chartula mm. 90 × 49 adglutinata est, in qua legitur *Euseb: de temporib. et alia aliorum.* Ff. I. 15^r^. 140 vacua. Inter 137 et 138 folii membranei frustulum (mm. circiter 270 × 150) insertum est, in cuius recto leguntur manu saec. XV aliqua de coloribus (... *iendum scripturam* ⟨R⟩ecipe *Aquam fortem pro partiendo aurum et cum pinnello seu bombice* etc. *Si uis reducere pezolas morellas quae antea fuerant Azurri ad pristinum statum azurrum. Misce aquam* etc. *Ad purpurinam modus ultimus et optimus.* ⟨Rec⟩*ipe unam petiam lineam* etc.), in verso autem quaedam lingua hispanica satis pessumdata, folium enim integumento olim adglutinatum fuit. 139^v^ *Iulianus de Vitotio pro se festinanter scripsit. Anno domini M CCCC LXVII. die XIII Januarij, hora. 18.*

In codicis operculis stemmata Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

245. An. 1441 (cf. f. 103), membran., mm. 313 × 208, ff. I. 104.

Eusebii Caesariensis Chronicorum liber II a s. Hieronymo in latinum translatus, cum ipsius Hieronymi (f. 95) et Prosperi Aquitani (f. 98^v^) additionibus. Praemittuntur, omnino ut in cod. 243, ⟨Eusebii obtestatio⟩, Hieronymi et Eusebii (f. 4^v^) praefationes, Exordium libri. Omittuntur ante canonem chronicum series regum.

Codex rubricatus. Folio I^v^ chartula mm. 90 × 49 adglutinata est cum inscriptione *Euseb: de temporibus cum addit. Prosperi. 245.* Ff. I. 8^v^. 36^v^ (in quo tantum notatur *hic nil deficit).* 37^r^. 103^v^. 104 vacua. 103^r^, absoluto opere, legitur litteris capitalibus partim rubro colore, partim atramento exaratis *transcripta et completa summa. diligentia pridie kalend.* | *april. anni Domini M° C° C° C° C° XLI°. mundi uero ut clare in praesenti uolumi* | *ne colligitur VI DCXL°. dicas Deo laudem qui legis in euum.*

In tegumenti tabulis, quarum posterior fracta, exstant insignia Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

246. Saec. XV, membran., mm. 384 × 282, ff. 79.

Eusebii Caesariensis Chronicorum liber II, s. Hieronymo interprete, cum ipsius Hieronymi (f. 71^v) et Prosperi Aquitani (f. 74) additamentis. Praemittuntur, ut in cod. 243, (f. 1) ⟨Eusebii obtestatio, translatoris et Eusebii praefationes⟩, (f. 3^v) ⟨Exordium libri⟩.

Codex rubricatus. Litterae initiales nullae exstant, exceptis duabus primis auro pictis et coloribus ornatis. Ff. 77. 78 vacua. 79^r manu saec. XV *Hic liber est d. pauli de sara Jana* (?) *rigudi* (?) *datus pro aureis 10 pontificiis cum uirgilio uno.* Ibidem alia manus quaedam ex Chron. Eusebii descripsit, quae referre non iuvat. 79^v instrumentum quoddam pessime habitum, folium enim codicis operculo posteriori adglutinatum fuit. Inc. *In nomine domini amen... Xisti pape quarti...* Des. *testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis.* Sequuntur signum tabellionatus et subscriptiones quas admodum evanidas non legi.

Integumentum praefert Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii tesseras gentilicias.

247. Saec. XV-XVI, chart., mm. 293 × 220, ff. II. 160.

Eusebii Caesariensis Chronicorum liber II, s. Hieronymo interprete. Desunt Hieronymi et Prosperi Aquitani addita. Regum series, usque tamen ad reges Romanorum (M. 27, 236-249, A, 14), leguntur in fine (f. 149^v-153^v). Subiciuntur (f. 154) *Ordo plenarius succedentium sibi temporum ab Abraham usque in consulatum ualentis VI. et ualentiniani. II. per annos. II. CCCXCV;* (f. 155^v) *Item secundum seuerum;* (f. 156) *Item secundum africanum.* Prooemio Eusebii (in ms. *epitomen quod significat breuiarium*) subduntur (f. 4) Exordium libri (in ms. *Interpretatio sancti Hieronimi de nominibus gentium*) et Dimensuratio provinciarum, ut in cod. 241, f. 4^v seqq.

Ff. I. II. 7^v. 8. 9^r. 156^v-160 vacua. In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

248. Saec. XII, membran., mm. 247 × 165, ff. III. 127 (+ f. 15^a librarii oscitatione neglecto).

Homiliarium.

1 (f. 1). S. **Caesarii Arelatensis** (in ms. *Omelia Eusebij .... a beato hieronimo. de greco in latinum translata*) homilia 1 De Paschate (exstat partim tantum impressa in M. 67, 1041-1043). Inc. *Exulta cęlum et in leticia esto terra.* Des. *quia rex noster et in sęculo triumphauit. et inferos uicit.*

2 (f. 2^v). ⟨S. **Faustini** homilia De passione Domini⟩ (M. 59, 407-410).

3 (f. 5). S. **Augustini** sermo 93 De resurrectione Domini (Mai, Nova Patrum bibliotheca 1, 178-182).

4 (f. 9). S. **Leonis M.** sermo 73 De ascensione Domini (M. 54, 394-396).

5. S. **Augustini** sermones [1] (f. 10^v) 179 De ascensione Domini

(M. 39, 2084-2085, inter spuria), [2] (f. 12) 378 In die Pentecostes (M. 39, 1673-1674), [3] (f. 13) *Item sermo eiusdem* (inc. *Post miracula tanta signorum.* A. B. Caillau, S. Augustini operum supplementa, Parisiis 1836, p. 97-98), [4] (f. 15) 269 In die Pentecostes (M. 38, 1234-1237), [5] (f. 16ᵛ) 272 In die Pentecostes usque ad v. *testimonium contra se* (M. 38, 1248, lin. 13), [6] (f. 17) 183 In die Pentecostes (M. 39, 2091-2092, inter spuria), [7] (f. 19) 278 In Pentecoste (M. 38, 1231-1234), [8] (f. 21) 46 De natale Ioannis Baptistae (Mai, op. cit., 1, 92-94), [9] (f. 23) 293 De natali Ioan. Bapt. (M. 38, 1327-1335), [10] (f. 30ᵛ) 291 In natali Ioan. Bapt. (M. 38, 1316-1319; in cod. des. *gratia dei plena; per infinita sęculorum sęcula amen*), [11] (f. 33ᵛ) 289 In natali Ioan. Bapt. (exstat partim tantum impressus ap. M. 38, 1308-1312; in ms. des. *in omnibus abyssis: quatinus dominatio eius et imperium permaneat sine fine in sęcula sęculorum amen*), [12] (f. 38ᵛ) *Item eiusdem unde supra* (Bibliotheca Casinensis, 3, Florilegium Casinense, p. 370-372), [13] (f. 40ᵛ) 48 In Ioan. Bapt. natali (Mai, op. cit., 1, 97-98), [14] (f. 42) 380 In nativitate Ioan. Bapt. (M. 39, 1675-1683; in cod. inc. *Omnibus sanum sapientibus liquet, quod quietis et parua uox*), [15] (f. 51ᵛ) 49 In Ioan. Bapt. natali (Mai, op. cit., 1, 98-100; des. *subiecti; Quod ipse prestare dignetur; qui uiuit et regnat trinus et unus deus; per omnia sęcula sęculorum*), [16] (f. 53) 290 In Ioan. Bapt. natali usque ad v. *obumbrabit tibi* (M. 38, 1314, lin. 16 ab imo), [17] (f. 55) 295 In natale apostolorum (M. 38, 1348-1352), [18] (f. 58ᵛ) 381 De natali apostolorum Petri et Pauli (M. 39, 1683-1684), [19] (f. 59) 55 In natale Pauli ap. (Mai, op. cit., 1, 108-111; des. *et celebramus hodie eorum festa in laude diuina*), [20] (f. 61ᵛ) 297 In natale apostolorum (M. 38, 1359-1365), [21] (f. 66) 205 In natali apostolorum Petri et Pauli (M. 39, 2123-2127, inter spuria), [22] (f. 68) *Omelia uel sermo eiusdem unde supra* (inc. *Fortis et humilis; maximus et minimus princeps et nouissimus; petrus scilicet et paulus.* Des. *Uterque igitur in sęculo uictorię palmam; et gloriosam meruerunt in cęlo coronam*).

6 (f. 69). **S. Leonis M.** sermo 82 In natali apostolorum, usque ad v. *electio pares; et labor similes; et finis fecit ęquales* (M. 54, 422-428, lin. 2).

7. S. Augustini sermones [1] (f. 71) 147 De verbis evang. Ioannis « Simon Ioannis diligis me? » etc. (M. 38, 797-799), [2] (f. 72ᵛ) 304 In solemnitate Laurentii mart. (M. 38, 1397-1400; in fine add. *His uocibus excellentissimi saluatoris. et gratia eius. et spiritu eius inspirati. amore eius accensi sunt martyres tuba ueritatis; uicerunt promissa uanitatis: peruenerunt ad gloriam ęternitatis*), [3] (f. 74ᵛ) 56 In natale s. Laurentii (Mai, op. cit., 1, 111-113), [4] (f. 75ᵛ) 303 In natale s. Laurentii (M. 38, 1395-1397).

8 (f. 77v). **S. Leonis M.** sermo 84 In natali s. Laurentii mart. (M. 54, 435-437).

9. S. Augustini sermones [1] (f. 79) 285 In natale martyrum Casti et Aemilii (M. 38, 1293-1297), [2] (f. 80v) 283 ⟨In natali martyrum Massilitanorum⟩ (M. 38, 1286-1288), [3] (f. 84) 326 In natali martyrum (M. 38, 1449-1450).

10 (f. 85). **S. Hieronymi** ad Paulam et Eustochium epistula (M. 30, 126-147).

11. ⟨**S. Hildefonsi** (?)⟩ sermones [1] (f. 99v) 9 De assumptione B. M. virginis (M. 96, 271-272), [2] (f. 100v) 8 In laudem B. M. virginis (M. 96, 269-271).

12 (f. 102). ⟨**S. Augustini** (?) sermo 208⟩ In festo assumptionis B. Mariae (M. 39, 2130-2134).

13. ⟨**S. Hildefonsi** (?)⟩ sermones [1] (f. 107v) 4 De assumptione B. Mariae (M. 96, 258-259), [2] (f. 109) 12 De sancta Maria (M. ibid., 279-280), [3] (f. 110v) 7 In assumptione B. Mariae (M. ibid., 267-269), [4] (f. 112v) 2 De assumptione B. Mariae (M. ibid., 250-254).

14. S. Augustini sermones [1] (f. 116v) 194 De annuntiatione dominica (M. 39, 2104-2107, inter suppositicia), [2] (f. 118v) De diversis quaestionibus LXXXII caput 59 (in ms. *Sermo ... in natale uirginum*. M. 40, 44-48).

15 (f. 122). **S. Hieronymi** Vita s. Paulae usque ad v. *largita est exheredans* (M. 22, 882, lin. 2-3).

F. I avulsum ex cod. saeculo IX binis colomnis exarato continet fragmentum sermonis 173 Pseudo-Augustini a v.... *dens credo uos* ad v. *otiosis fa..* (M. 39, 2077, lin. 6 sqq.). F. IIv manu saec. XII ex. legitur privilegium quoddam. Inc. *Notum sit omnibus hanc scripturam legentibus. quod monachi Belleuallis concesserunt bartolomeo et Iohanni de conosche plenarium officium.* Des. *matri sue pro eo redderetur.* Sequitur Reuelatio quam ostendit Deus Hesdrae sacerdoti Ed. G. Mercati, *Noterelle di letteratura biblica e cristiana antica*, 4 (in *Studi e testi*, 4, Roma 1900). F. III instrumentum venditionis continet. Inc. *Notum sit omnibus* etç. *quod sacerdos quidam Willelmus nomine in maisnili de ualeriaco* etc. *mansum unum precio octaginta soldorum bisontinę monetę.* Des. *excommunicauit et cartam istam pro sigillo signauit.* Subicitur instrumentum donationis quod. inc. *Sciant omnes fideles* etc. *quod uir quidam nobilis nomine Poncius dominus de laroche et fratres eius Hugo et Oto materque eorum Sibilla ecclesię de ualle sanctę marię et fratribus ibidem omnipotenti deo seruientibus maisnile de ualeriaco* etc., des. *Ansericus bisontinus archiepiscopus* († 1134) *omnes qui donationem* etc. *minuere molirentur excommunicauit. et cartam hanc exinde fieri iussit.* Sequitur alia donatio, quae inc. *Tres germani fratres domini de la roche,* des. *in*

manu domni anserici bisontini archiepiscopi predicte ecclesie beate Marie libera donatione dederunt. F. 152. Quaedam manu saec. XII-XIII. Inc. *Videndum ne questio dum agitatur non in sententia sed in pugna uerborum sit. Rectos sensus discutere uirorum: in uerbulis litigare puerorum.* Des. *sed cum diligentia prudenter intende.* F. 125[v]. Epistulae II quibus abbas monasterii Bellaevallis monachum quendam Iacobum se ad monasterium Claraevallis conferentem fidelibus et abbati Claraevallis commendat. Prima inc. *Uniuersis christi fidelibus ad quos presentes litere peruenerint. Frater ste*⟨phanus⟩ *abbas belleuallis salutem,* des. *ad domum clareuallis gratia commorandi duximus transmittendum.* Secunda inc. *Venerabili patri in christo abbati clareuallis frater ste*⟨phanus⟩ *abbas belleuallis,* des. *conregulari disciplina teneatis.* Has duas epistulas iteravit in parte folii inferiore eadem saec. XIII-XIV manus quae partem inferiorem f. 125[r] exaravit. F. 126[v]. Computus vel index miserrime erasus. Inc. *Una id est quiquid ad r... is ad gaudium pertinet.* Des. *erit... danielis prophete.* Subnectitur, eadem manu saec. XII ex., glossarium similiter abrasum... *annum... arcum tendere ... anulum accipere . . acetum* etc. F. 127, cuius angulus externus inf. periit, ad eundem codicem pertinuit, ex quo f. I desumptum est, et fragmentum continet commentarii in symbolum apostolorum. Inc. *In Iud*⟨ae⟩*a sub quo passus est cuius mencio ad temporis significacionem.* Des. *Hoc est testamentum quod... dinat... eis post dies ill... dicit.*

Codicem non una manu descriptum exornant litterae initiales plerumque rubro, interdum et viridi caerulove colore depictae. Tituli sunt minio exarati. F. 125[r] manus saec. XII-XIII notavit *Liber sancte marie belle uallis* (= Belleval). In eodem folio librarius qui partem inferiorem f. 125[v] exaravit, verba extrema s. Paulae Vitae descripsit. 126[r] nonnulla parvi momenti, quae inter *liber sancte marie belleualis.*
Codicis tabulae saeculo XVI corio rubro contectae.

249. Saec. XV, membran., mm. 225 × 163, ff. I. 304.

S. Hilarii Pictaviensis ep., praemissa (f. 1) instructione (in ms. *prefatio*), Tractatus super Psalmos (Zingerle p. 1-75; 96-161; 181-344; 544-684; 723-818, 23; 852, 15-866, 12). (F. 8). In ps. 1. 2; - (f. 35[v]) in ps. 51-54; - (f. 69) in ps. 58-69; - (f. 232[v]) in ps. 135-143 usque ad v. *est ut ei se;* - (f. 296, 11) in ps. 146 (inde a v. *sed id quod sequitur*); - 148 (usque ad v. *canticum nouum deo*).

F. I index manu saec. XV-XVI. Littera prima initialis auro picta et coloribus ornata scutum offert cardinalis Alani (Alain), ceterae desiderantur. F. 304[v] vacuum. Locos et verba graeca librarius omisit, spatio vacuo relicto. Agit de hoc codice Zingerle in sua Hilarii editione p. XII et in *Sitzungsberichte der kaiserlichen Akademie d. Wissensch. in Wien,* vol. 108 (1885), p. 960 sq.
In tegumentis insignia gentilicia Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

250. Saec. XV, membran., mm. 385 × 265, ff. 281.

Hilarii Pictaviensis, Augustini, Vigilii Tapsensis, Fulgentii, Berengaudi, Bedae opera nonnulla.

1. S. Hilarii Pictaviensis ep. Tractatus super psalmos, praemisso (f. 1) prologo. (F. 4v). In ps. 1. 2; - (f. 16) in ps. 51-69; - (f. 72) in ps. 118-149 usque ad v. *deo nouum canticum* (Zingerle p. 866, 12). **2** (f. 186). **S. Augustini** De symbolo ad catechumenos sermones I-III (M. 40, 627-668). **3** (f. 203). **Vigilii Tapsensis** ep. De unitate Trinitatis ad Optatum liber (in ms.... *altercatio sancti augustini contra felitianum uanum de trinitate*. M. 62, 333-352). **4** (f. 209). **S. Fulgentii** ep. Ruspensis Pro fide catholica (in ms.... *liber sancti augustini de trinitate ad felitianum*) usque ad v. *nesciebamus* (M. 65, 707-713, B, 4). Subnectitur (f. 211, col. 1, lin. 3) ⟨**S. Augustini** Dialogus quaestionum 65⟩ inde a quaest. 10 usque ad v. quaest. 20 *inquit non estis* (M. 40, 737-739, lin. 13 ab imo). Sequitur (f. 211v, col. 2, lin. 15 ab imo) iterum ⟨s. Fulgentii Pro fide⟩ a v. *deus israel* ad v. *pensaret* (sic) (M. 65, 713, A, 5-716, A, 10), et a v. (f. 212v, col. 2, 18) ⟨perti⟩*mescit* ad finem (M. ibid., 719, A, 11-720, C). **5** (f. 213). ⟨**Berengaudi**⟩ Expositio in Apocalypsim (M. 17, 843-1057, A, 2). Praemtittiur *Quisquis nomen auditoris scire desiderat literas expositionem in capitibus VII. uisionum primas attende. IIIIor uocales que interponende sunt. iste sunt e. e. a u. Berengaudus.* **6** (f. 276v). **Bedae** Expositio in Tobiam (M. 91, 923-938).

Codex binis columnis exaratus. Litterae initiales rubro et caeruleo colore ornatae; tituli minio picti. Exstant in marginibus nonnullae notulae manu saec. XV. F. 281v vacuum. Cf. de hoc cod. Zingerle in *Sitzungsberichte d. k. Akad. d. Wissensch. in Wien*, vol. 108 (1885), p. 960-961.

In tegumenti asseribus conspiciuntur stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

251. Saec. XI, membran., mm. 306 × 216, ff. I. 226.

1 (f. 1). **S. Leonis M.** epistulae 16 caput 6 (in ms. *Ex decretis leonis papę*. M. 54, 701-702).

2. S. Hilarii Pictaviensis ep., praemissa (f. 2) instructione (in ms.... *prologus super psalterium*), Tractatus super psalmos (Zingerle pp. 19-161; 175-580; 596-690; 693-713; 722-734; 744-777; 789-804; 813-828). (F. 6). In ps. 1. 2. 9. 13. 14. 51-54; - (f. 54) in ps. 57-69. 91. 118-121; - (f. 179v) in ps. 124-132; (f. 209v) in ps. 134; - (f. 212) in ps. 136; - (f. 215) in ps. 138; - (f. 218) in ps. 140. 141; - (f. 221v) in ps. 143. In prologo desunt v. « *cente*simo - deserta et » (Zingerle p. 3, 9-16) et alia nonnulla, quae Zingerle in apparatu critico notavit. Tract. in ps. 63 in angustum coactus et mutilatus inc. *Spiritus enim prophetalis qui per dauid* etc., ut in cod. Veronensi, cui noster

simillimus est (v. Zingerle p. XI). In fine omittuntur v. « iudicem - largitorem » (p. 233, 11-12). Tract. in ps. 64 inc. (f. 70) *Hic psalmus proprie in finem et congregationem;* des. *maximisque uocibus dei potentiam predicabunt. Qui est benedictus* etc. Tract. in ps. 65 inc. (f. 72v) a § 2 *Primum ergo iubilandum* (p. 249, 23). Inter f. 136 et 137 chartula mm. 120 × 112 interiecta, in qua librarius ipse, ut videtur, v. *Nature - spero* (p. 450, 16-23) in cod. praetermissa supplevit. Tract. in ps. 120 inc. (f. 177) a § 2 *Humanę mentis* (p. 560, 8); in fine caret verbis « qui ait - id est » (p. 570, 3-5). Tract. in ps. 124 inc. (f. 179v) a § 2 *Est enim mons* (p. 597, 10). Tract. in ps. 125 inc. (f. 180v) a § 3 *Quamquam religiosum* (p. 606,24). Tract. in ps. 132 inc. (f. 208v) *Bonum et iocundum est in unum fratres habitare, quia cum in unum* (cf. p. 685, 11). Tract. in ps. 134 inc. (f. 209v) a § 2 *Primus honor in benedictionibus* (p. 695, 25); in fine om. v. « Deus ex Sion - benedictus » (p. 712, 29-713, 1). Tract. in ps. 138 inc. (f. 215) a § 4 *Et hunc quidem in sanctorum* (p. 747, 11).

3 (f. 223). Senecae epistulae ad Paulum apostolum et Pauli ad Senecam (Senecae opp. ed. Haase, 3, Lipsiae 1886, p. 476-481. Cf. Harnack, *Geschichte der altchristlichen Litteratur* 1, Lipsiae 1893, p. 763-765).

Codex binis columnis perscriptus et rubricatus. F. Iv calami probationes *Venite fili audite me* etc. 226v pauca quaedam leguntur ex s. Scriptura *Quid gloriaris* | *In iustitiam cogitur* etc., manu saec. XIII: inferius *hunc librum acquisiuit domnus Damianus S +* (i. e. Sanctae Cruci; cf. G. Mercati, *D'alcuni nuovi sussidi per la critica del testo di s. Cipriano,* Roma 1899, p. 92-93). Folium codicis tegumento posteriori adglutinatum indicem continet saec. XVIII confectum. Ad ps. 9-52 notatur *Ex hoc codice editus 1° in edit. Paris. an. 1693 studio monachorum Ordinis s. Benedicti e Congr. s. Mauri* | *sed perperam cod. dicitur scriptus ab annis 500 cum multo antiquior sit, est enim ex libris monasterii S. + Avellanae acquisitis a Damiano.* Similiter psalmo 91 adscriptum est *Ex hoc cod. editus est primum in laudata Parisiensi editione.* In summo marg. calami probationes saec. XIII *Efficimur interdum aut templum dei* etc. Agit de hoc codice Zingerle in *Sitzungsberichte d. k. Akad. d. Wissensch. in Wien,* vol. 108 (1885), p. 957 sqq. et in sua Hilarii editione p. XI sq., sed iniuria tribuit saeculo XIII.

In tegumentis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

252. Saec. XV, membran., mm. 323 × 216, ff. 114 (+ 50-99 bis numeratis + 102a a librario consulto neglecto).

S. Hilarii Pictaviensis ep. opera nonnulla. **1** (f. 1). De Trinitate libri I-XII (M. 10, 25-472). Lib. XII inc. *Lege frater in christo et sensum mentis accommoda* (M. ibid., 433, not. a). **2** (f. 83 *bis*). De synodis (M. ibid., 479-546). Des. *sed per omousion oportet intellegi* (M. ibid., 546, not. *e*). **3** (f. 103). De Trinitate lib. I inde a § 19 *Pergimus itaque* (M. 10, 38, lin. ult.). Subnectuntur (f. 107v, lin. 7) excerpta ex ⟨s. Augustini sermone 71, 12 sqq.⟩ (M. 38, 453, lin. 2 ab imo sqq.). Inc. *Nostis karissimi in illa inuisibili* Des. *oppugnata ipsa remissio peccatorum.*

Codicem duo librarii perscripserunt, quorum prior ff. 1-102; alter 103-108. Litterae initiales auro illitae et coloribus ornatae. Ff. 102ᵃ. 108-114 vacua.

In tegumenti dorso exhibentur scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

253. Saec. XV, membran., mm. 376 × 250, ff. 168.

S. Hilarii Pictaviensis ep. opera duo.

1 (f. 1). D e T r i n i t a t e libri I-XII (M. 10, 25-472). Lib. XII (f. 135ᵛ) inc., ut in cod. 252, *Lege frater in Christo et sensum mentis accommoda, tendimus.* **2** (f. 147). D e s y n o d i s (M. ibid., 479-546). Des. *homousion grecum* etc. *intelligi* (ut ibid., 546, not. e).

Littera prima initialis s. Hilarii imaginem pictam exhibet, ceterae auro et coloribus exornatae sunt. 168 vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

254 (olim 2247, cf. f. 40). Saec. XII, membran., mm. 309 × 200, ff. 40.

S. Hilarii Pictaviensis ep. opera duo.

1 (f. 1). D e s y n o d i s (in ms. ... *liber* ... *contra omnes hereses*). Des. *Omousion grecum* etc. *intelligi* (M. 10, 479-545, not. e). **2** (f. 21). *N o t e i n l i b r o b e a t i h y l a r i i d e t r i n i t a t e.* Sunt excerpta ex libris I-XII de Trinitate. Primum inc. *Sed inter hęc animus sollicitus* (M. 10, 28, A, 14). Ultimum des. *superfluum post generationem arguaris* (M. ibid., 468, C, 3).

Tituli rubro exscripti. Complura folia, praesertim 35-39, maculata invenies. F. 40 mm. 200 × 135 (pars enim superior forfice excisa fuit) *Panagericum est licentiosum et lasciuiosum genus dicendi in laudibus regum - multas mendaciorum nebulas suscitavit.* In chartula eidem folio adglutinata legitur *Hilarj Episcopi contra omnes haereses: 2247.*

In operculis insignia gentilicia Gregorii XIII et Guilelmi Sirleti card. bibliothecarii.

255. Saec. XV, chart. (ff. 1. 5. 6. 10. 11. 15. 16. 20. 21. 25. 26. 30. 31. 35. 36. 40. 41. 45. 46. 50. 51. 55. 56. 60 membran.), mm. 239 × 150, ff. 60.

S. Gregorii Nysseni (f. 3) De vita Moysis, G e o r g i o T r a p e z u n t i o interprete, usque ad v. *hominis perficitur* (M., P. G. 44, 298-430, D, 1; cf. Fabricius, Bibliotheca graeca, 9, 103 Harl.). Praemittitur (f. 1) translatoris praefatio *Ad Reuerendissimum in Christo patrem et dominum d. L*⟨udovicum Scarampo⟩ *sacrosanctę romanę ecclesię presbiterum Cardinalem ac d. n. Camerarium.* Inc. *Super Reuerendissime pater beati gregorii.* Des. *loquentem si placet audiamus.*

Codex rubricatus. Litterae initiales desiderantur, praeter primam auro oblitam et coloribus illuminatam. In folii 1ʳ imo marg: nota numeralis *CI.*

Integumentum tesseras gentilicias praebet Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

256. Saec. XV, membran., mm. 191 × 120, ff. II. 97.

S. Gregorii Nysseni (f. 4ʳ) De oratione dominica (cf. M., P. G. 44, 1119-1194), interprete Athanasio episcopo Hieracensi. Inc. *Doctrinam orationis diuinum uerbum nobis ostendit.* Des. *qui in hoc mundo potestatem tenet: a quo liberemur gratia iesu christi ueri dei nostri: qui cum patre et spiritu sancto uiuit in secula seculorum amen.* Praemittitur (f. 1) translatoris prologus ad Paulum II. Inc. *Quom animaduerterem te Pontifex.* Des. *finem totius rationalis creaturę.*

Litterae initiales auro et coloribus ornatae; tituli (ff. 1ʳ. 4ᵛ. 25ᵛ. 40ʳ. 57ᵛ. 77ʳ) aurei. Ornamento folio Iʳ appicto insunt insignia gentilicia Pauli II. F. Iᵛ, manu librarii aequali, *Expositio orationis dominice.* IIʳ *Beati Gregorii Nyssensis in expositionem Dominice | orationis ab Athanasio episcopo Hieracensi traductus.* Ff. Iʳ. IIᵛ. 97 vacua.

In tegumenti tergo stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

257. An. 1453 (cf. f. 121), membran., mm. 264 × 181, ff. II. 122.

S. Ephraem Syri sermones, interprete Ambrosio Traversari. Praemittitur (f. 1) translatoris praefatio ad Cosmum Mediceum. Inc. *Peregrinum nuper offendi.* Des. *tecum illum relinquo* (Sermones b. Ephraem Edessenae ecclesiae diaconi, fratre Ambrosio eremita camaldulensi interprete, in sacra eremo s. Mariae de Ruah in agro Patavino, 1585, f. 66ᵛ-68).

1 (f. 3). De paenitentia et ora novissima. Inc. *Dilectissimi nihil.* Des. *uiuifico spiritu, nunc et semper* etc. (ed. cit., f. 1-14ᵛ). **2** (f. 16ᵛ). De iudicio et resurrectione et caritate et compunctione. Inc. *Venite fratres.* Des. *in eternam uitam* (ed. cit., f. 14ᵛ-20). **3** (f. 22ᵛ). De iudicio et resurrectione. Inc. *Venite omnes.* Des. *portauerit. Gloria sit deo* (ed. cit., f. 20-22). **4** (f. 24ᵛ). De vita et exercitatione monastica. Inc. *Dolor me in uerba.* Des. *benedictus in secula* (ed. cit., f. 22-41ᵛ). **5** (f. 43ᵛ). ⟨De vita monastica⟩. Inc. *Venite dilectissimi.* Des. *renouavit nos: in secula* etc. (ed. cit., f. 42-46ᵛ). **6** (f. 48ᵛ). Quod non oporteat ridere, sed flere ac gemere. Inc. *Initium peruersionis.* Des. *illuminet. quoniam ipsi est gloria* etc. (ed. cit., f. 46ᵛ-50). **7** (f. 52). Ad animam negligentem. Inc. *Anima queso.* Des. *per gratiam cristi.* (ed. cit., f. 50-51ᵛ). **8** (f. 53ᵛ). Ad monachos de quibusdam sanctis patribus. Inc. *Cor meum doleo.* Des. *uanissimi seculi* (ed. cit., f. 51ᵛ-54). **9** (f. 56). De armatura monachi. Inc. *Valem* (!) *armaturam.* Des. *secundum opus suum: Cui* etc. (ed. cit., f. 54ᵛ-65ᵛ) **10** (f. 68). De paenitentia. Inc. *Dominus qui de alto.* Des. *placuerunt tibi. Quoniam tua est gloria* etc. (ed. cit., f. 65ᵛ-69ᵛ). **11** (f. 72). De secundo adventu. Inc. *Accedite filii.* Des. *nomen tuum: patris et filii et sancti spiritus* etc. (ed. cit., f. 69-72ᵛ). **12** (f. 75). Admonitio de

timore Dei. Inc. *Attende tibi ipsi.* Des. *irreprehensibilem uitam: cui* etc. (ed. cit., f. 72ᵛ-75). **13** (f. 78). De angustia qua premitur anima cum ex pugna contra se hostis infirmior sit. Inc. *Anima angustiis.* Des. *quietis ac luminis: gratia domini* etc. (ed. cit., f. 75-79). **14** (f. 81). De compunctione cordis. Inc. *Indulctor bonorum.* Des. *fieri merear in secula* etc. (ed. cit., f. 79-82). **15** (f. 84ᵛ). De passione Domini et Salvatoris nostri. Inc. *Loqui timeo.* Des. *saluare dignatus es. Qui cum patre* etc. (ed. cit., f. 82ᵛ-85ᵛ). **16** (f. 87ʳ). Ad eos qui Filii naturam scrutari volunt. Inc. *Rex celestis.* Des. *excellentissimam potestatem in secula* etc. (ed. cit., f. 86-90ʳ). **17** (f. 92ʳ). De factis antichristi. Inc. *Quomodo peccator.* Des. *inenarrabili gaudio in secula* etc. (ed. cit., f. 90ᵛ-97ʳ). **18** (f. 99ᵛ). De virginitate. Inc. *De uirginitate et sanctificatione.* Des. *ihesu cristo sit gloria in secula* etc. (ed. cit., f. 97ᵛ-101). **19** (f. 103ʳ). De laudibus martyrum. Inc. *Insipiens. inperitus.* Des. *benedictione perfrui. Gratia et misericordia* etc. (ed. cit., f. 101-104ᵛ). **20** (f. 107ᵛ). Laudatio sancti Iosephi patriarchae. Inc. *Deus Abraham.* Des. *referamus gloriam patri* etc. (ed. cit., f. 104ᵛ-116).

Litterae initiales sunt auro illitae et coloribus ornatae, prima et altera imaginibus quoque pictis insignes. Ff. Iʳ. II. 121ᵛ. 122 vacua. F. 1ʳ ornamento conspicuum in parte inf. scutum praebet cardinalis Barbo et in margine externa parvam picturam in qua amores conspicis vindemiam facientes. In eadem marg. superius legitur *Editus est totus hic codex Florentiae An. 1841*, manu saec. XVIII. 121ʳ rubris litteris capitalibus *Hermannus de Erfordia compleuit die XVI nouembris | M° CCCC°. LIII. Laudetur Deus amen.*

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelanda card. bibliothecarii.

258. An. 1435 (cf. f. 104ᵛ), membran., mm. 282 × 201, ff. 104.

S. Ephraem Syri sermones, interprete Ambrosio Traversari, omnino ut in cod. 257.

Litterae initiales auro oblitae et coloribus distinctae. Folium tegumento codicis priori adglutinatum indicem continet a manu scribae coaeva exaratum. Iʳ in summo marg. *f.* (florenum?) *IIII. est.* Iᵛ *s. Efrem.* Folia 7ʳ. 52ʳ. 56ᵛ singulas notulas in marg. exhibent manu saec. XVII. 104ᵛ rubris litteris *Expletum die XVIII°. decembris per me dominicum. florentinum. Anno. | M CCCC XXXV.*

In tegumenti tabulis scuta Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

259. Saec. XV, membran., mm. 252 × 170, ff. I. 75.

S. Athanasii Alexandrini episcopi opuscula nonnulla, interprete Ambrosio Traversari (cf. e. g. codd. Laur. 20, plut. 14; 22, plut. 17, ap. Bandini 1, 126 sq.; 345 sq.).

Praemittuntur (f. 1) *Ambrosii Camaldulensis Prefatio ad... Petrum Do-*

natum Patauinum episcopum. Inc. *Libellos duos Sancti Athanasii nobilissimi.* Des. *Perpetuum nostre Caritatis monumentum.*

1 (f. 2). *Contra gentiles. liber primus* (cf. M., P. G. 25, 4-96). Inc. *Vere ac diuinae religionis.* Des. *his gessere quę nouerant.* 2 (f. 35ᵛ). ...*liber... secundus de incarnatione uerbi eiusque ad nos per corpus aduentu* (cf. M. ibid., 96-197). Inc. *Satis quidem in his.* Des. *uirtutis secuntur uiam; diligentes deum et patrem in christo domino nostro iesu. Cui* etc. 3 (f. 69ᵛ). ⟨Disputatio habita in concilio Nicaeno contra Arium⟩. Inc. *Aberam per Dei Prouidentiam profectus.* Abrumpitur § 15 verbis *Profer de thesauro tuo quę sunt a patre tuo* (cf. M., P. G. 28, 453, C, 13).

Litterae initiales auro illitae et distinctae coloribus. In marg. inf. folii 2ʳ ornamentum conspicitur, in quo scutum olim exstabat, nunc turpiter abrasum. F. 75 vacuum. In tegumenti tergo insignia gentilicia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

260. Codex membranaceus foliorum 130 iam reipublicae Romanae et Pii VII temporibus deperditus, continebat, iuxta bibliothecae Vaticanae inventarium Rainaldianum, 1, p. 95 sq., Athanasii contra gentiles libros I-II, Ambrosio Traversari interprete (ut in cod. 259, nn. 1. 2), De unita Deitate Trinitatis ad Theophilum libros I-XII (I inc. *Tu unus Deus pater et filius,* VII inc. *Propter quod impensissime*), De unitate divinae substantiae (inc. *Sine initio temporum*), De Spiritu Sancto et Trinitate (inc. *His qui filium Dei creatum*), De professione ariana et confessione catholica (inc. *Ariani dicunt filium Dei non*), Athanasii fidem (inc. *Credere iubemus in dei*).

261. Saec. XV, membran., mm. 280 × 189, ff. IV. 158.

S. Athanasii Alexandrini opera complura, Omnibono Leoniceno (Ognibene Lonigo) interprete. Impressa est haec versio Vincentiae a. 1482 a Leonardo Basiliensi (cf. Fabricius, Bibliotheca graeca, 8, 179 Harl.).

Praemittuntur: [1] (f. IV). Epistula translatoris ad Paulum II. Inc. *In multis scripturę Locis Beatissime pater.* Des. *audias pręclare cum ario de christi fide certantem.* [2] (f. 1). Photii verba de s. Athanasio. Inc. *Photius archiepiscopus constantinopolis ad fratrem suum tarasium.* Des. *sui ipsius exilii excusationem continent.*

1 (f. 1ᵛ). ⟨Pseudo-⟩*Athanasii* dialogus contra Arium (cf. M., P. G. 28, 437-501). Inc. *Prouidentia dei carissimis cum fratribus.* Des. *cognoscitur quemadmodum ueritas dixit.* 2 (f. 14ᵛ). Sermo *Contra Arianos* I *(Haereses quot quot - licet hęrętici ingrati sint et litigosi); -* (f. 36) II *(Arbitrabar equidem Ariani furoris - sine ipso factum est Nihil);* (f. 65) III *(Insanientes ariuni postquam semel - redarguuntur et impugnatores christi).* Cf. M. ibid., 26, 12-468. 3 (f. 87ᵛ). *De incarnati Verbi Dei apparitione et contra Arianos* (cf. M. ibid., 984-1028). Inc. *Qui maligne Diuinas scripturas.* Des. *in astutiam ad fraudem erroris.* 4 (f. 94ᵛ) ...*Epistola ad episcopos Aegypti* (cf. M. 25, 537-594).

Inc. *Omnia quecumque dominus.* Des. *regis nostri iesu christi per quem patri gloria et potestas in spiritu sancto* etc. 5 (f. 103). *Sermo contra gentiles* (cf. M. ibid., 4-96). Inc. *Diuini cultus et uniuersorum.* Des. *his que cognouerant contraria fecerunt.* 6 (f. 122). *Sermo contra arianos* (cf. M. ibid., 96-197). Inc. *Cum in superioribus de errore.* Des. *cum quo ipsi patri cum filio in sancto spiritu honor* etc. 7 (f. 145). ...*Epistola* ⟨I⟩ *ad Serapionem de spiritu sancto* (cf. M. 26, 529-608). Inc. *Litterae sanctae caritatis.* Des. *poenam cum illis sustineant.*

Litterae initiales auro et coloribus distinctae. Folium 1r satis ambitiose, sed non tam imsigni arte, exornatum, imaginem praebet Omniboni Leoniceni qui flexus genu translationem suam Paulo II a patribus purpuratis circumdato tradit; in parte inf., inter duos genios, stemma exstat cum inscriptione notis capitalibus *Pont. Pauli uiden hoc insigne secundi | quem dedit omnipotens rebus succurrere dubiis.* Occurrunt in marginibus auctoritates rubro exscriptae. F. 158, absoluto opere, invenies litteras *P M* inter duo hederae folia. Folia I-II. IVv. 158v vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

262. Saec. XV, membran., mm. 263 × 182, ff. 128.

1 (f. 1). **Vigilii Tapsensis** contra Arianos dialogi libri I-III (in ms. *Disputatio Athanasii contra Arrium de Filio dei coram Probo iudice a Vigilio edita.* M. 62, 155-238).

2 (f. 57). Sibyllae Erythraeae (in cod. *Tiburtine*) versus 27 De iudicio ⟨ex s. Augustino, De civ. Dei 18, 23, ap. M. 41, 579⟩.

3. **Pseudo-Prosperi** 1 (f. 59) De vocatione gentium libri I-II (M. 51, 548-722), 2 (f. 104v) *Confessio et gratiarum actio* (M. 51, 607-610).

4 (f. 109). ⟨Epistula ad sacram virginem Demetriadem⟩ (M. 55, 161-180, inter s. Leonis I opp.).

Initiales auropictae et coloribus distinctae. F. 1r in marg. inf. facies hominis barbati quater in orbem repetita. 106-108; 123-128 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

263. An. 1478 (cf. f. 388), membran., mm. 430 × 289, ff. II, 360.

Theophylacti (in ms. *magni Athanasii*) Expositio in epistulas s. Pauli apost. latine reddita a Christophoro de Persona, praemissa (f. 1) traslatoris praefatione ad Sixtum IV, subdito (f. 387) epilogo. Edita est primum haec translatio Christophori de Persona Romae, anno 1469 (cf. Fabricius, Bibliotheca graeca, 7, 593 Harl.).

Praefatio Cristophori de Persona inc. *Cum mecum animo* Des. *peritia non*

mediocris. Auctoris quae sequitur (f. 1ᵛ) praefatio in epist. ad Romanos inc. *Sacrarum licterarum frequentior lectio.* Des. *utilitatem necesse est.* Expositio in epist. ad Roman. inc. (f. 2) *Paulus Nec Moyses ipse.* Commentarius in epist. ad Hebraeos des. (f. 386ᵛ) *non in ingratos hanc gratiam contulisse.* Epilogus inc. (f. 387) *Ad Romanos ex Corintho,* des. *tanta posset moles imponi.*

Codex rubricatus. Ff. 1. 2ʳ eximia arte picta: 1ʳ inter alia Christophorum de Persona romanum priorem ecclesiae s. Balbinae exhibet librum Sixto IV tradentem; 1ᵛ s. Athanasium scribentem; 2ʳ Pauli apostoli imaginem et in parte inf. Sixti IV insignia gentilicia a duobus geniis sustentata. Litterae maiores auro oblitae et coloribus illuminatae; maximae ampliori ornamento conspicuae. F. 388 litteris capitalibus rubris *Oddo. d. Bk. scripsit. | hoc. opus. anno. | Domini M. CCCC. | LXXVIII. ulti | ma. die. men | sis. iunii. | sedente. | Sixto. | .IIII. | pont. | max. | an | no. | eius | . VII.* Ff. I-II. 388ᵛ-390 vacua.

In tegumenti dorso insigne gentis Chigianae.

264. Saec. XI-XII, membran., mm. 512 × 337, ff. I. 324.

S. Ambrosii, s. Maximi Taurinensis et aliorum opera complura.

1 (f. 1ᵛ). **S. Ambrosii** Expositionis in Lucae evangelium libri I-X, praemisso (f. 1ʳ) prologo (M. 15, 1607-1944). Liber septimus et octavum complectitur usque ad v. *manus intulisse* (M. ibid., 1876, 2). Singulis libris, exceptis VII. IX. X, praeeunt indices capitum. Libri I (f. 3) cap. I inscribitur *De zacharię sacerdocio,* IV de *helisabetis conceptione.* Libri II (f. 5ᵛ) cap. I titulum habet *De responsione marię ad angelum,* XII *De baptismate iohannis.* Libri III (f. 13ᵛ) cap. I *De quaternis denis generationibus,* VIII *De eo quod ab iechonia usque ioseph duodecim generationes scripte sunt. Ex quattuordecim. computentur.* Libri IV (f. 19) cap. I inscribitur *Vbi christus ductus est in deserto,* VI *De naui symonis quam dominus ingreditur ut populum doceat. et de captam* (!) *piscium.* Libri V (f. 24ᵛ) caput I *De leproso mundato,* X *Et plusquam propheta hic est de quo scriptum est ecce mitto angelum meum ante faciem tuam.* Libri VI (f. 32) cap. I *De muliere peccatrice,* XXXV *De duobus dominis et uilico.* Libri VIII cap. I *De lege coniugii,* IX *De mola asinaria.*

2. S. Maximi Taurinensis et **pseudo-Ambrosii,** praemissis (f. 75ʳ) indice (I. *De grano sinapis et de sancto Laurentio* - XCI. *De seruo centurionis, in euangelio et in dedicatione basilice*) et praefatione (*Libenter nos predicare - neglegit medicinam*), homiliae et sermones (in codice omnes s. Ambrosio tribuuntur) [1] (f. 75ᵛ) s. Maximi hom. 109 (M. 57), [2] (ibid.) 110, [3] (f. 76) 45, [4] (f. 77) 117, [5] (ibid.) 111, [6] (f. 78) 118, [7] (ibid.) 114, [8] (f. 78ᵛ) 116, [9] f. (79) 95, [10] (f. 79ᵛ) 85, [11] (f. 80) sermo 94, [12] (f. 80ᵛ) 3, [13] (f. 81) 5, [14] (f. 81ᵛ) 8, [15] (f. 82) 9, [16] (f. 82ᵛ) homilia 24, [17] (f. 83) 39, [18] (f. 83ᵛ) 41, [19] (f. 84) 40 (des. *Nec in*

abstinentia positi declinemus ad fauum. Fauus enim quędam mundi est uoluptas. Si uitia: quae sicut scriptum est. ad tempus quidem impinguat fauces. nouissima amariora sunt felle), [20] (f. 84v) sermo 16, [21] (f. 85) hom. 98, [22] (ibid.). sermo 28, [23] (f. 86) hom. 2 cum praefatione: *Paucorum admodum dierum - una relinquetur* (M. ibid., 225-228), [24] (f. 86v) hom. 3 usque ad v. *et ipse dominus reprobans* (M. ibid., 230, B, 13); subnectitur [25] (f. 87, col. 1, 19) hom. 97 inde a v. *extinguit peccatum* (M. ibid., 478, C, 12), [26] (f. 87) 1, [27] (f. 87v) sermo 1 usque ad v. *uoluerit et resurgat* (M. ibid., 534, A, 14), [28] (f. 88) 4, [29] (f. 89) 6, [30] (ibid.) 11, [31] (f. 89v) 7, [32] (f. 90) 10, [33] (ibid.) pseudo-Ambrosii sermo 11 (M. 17, 646-647), [34] (f. 90v) s. Maximi Taurinensis sermo 39 (inc. *Superiori anno sanctę quadragesimę*), [35] (f. 91) hom. 97, [36] (f. 91v) 99, [37] (ibid.) sermo 25, [38] (f. 92v) 26, [39] (f. 93) 15, [40] (f. 93v) hom. 38, [41] (f. 94) sermo 19, [42] (f. 94v) 27, [43] (f. 95) pseudo-Ambrosii sermo 40, [44] (f. 95v) s. Maximi hom. 90, [45] (f. 96) sermo 13, [46] (ibid.) hom. 88, [47] (f. 96v) 89, [48] (f. 97) 51, [49] (f. 97v) 52, [50] (f. 98) 53, [51] (f. 98v) 54, [52] (f. 99) 84 usque ad v. *citius suscitauit* (M. ibid., 443, A, 13), [53] (ibid.) 46, [54] (f. 99v) 47, [55] (f. 100) 48, [56] (f. 100v) 57, [57] (f. 101) 58, [58] (ibid.) 59, [59] (f. 101v) 49, [60] (f. 102) 50, [61] (f. 102v) 84 (inc. *Fortasse quis dicat* etc., ut in editionibus antiquioribus, cf. M. ibid., 443, not. 1), [62] (f. 103) hom. 56, [63] (f. 103v) 95, [64] (ibid.) 96, [65] (f. 104) 62, [66] (f. 104v) 61 (desunt in fine v. « et repleti sunt omnes spiritu sancto »), [67] (f. 105) 60, [68] (f. 105v) pseudo-Ambrosii sermo 50 (M. 17), [69] (ibid.) 51, [70] (f. 106) 52, [71] (f. 106v) s. Maximi Taur. hom. 72, [72] (f. 107) sermo 68, [73] (f. 107v) 69 usque ad v. *substantiam transformatur* (M. 57, 674, B, 13), [74] (f. 108) pseudo-Ambrosii sermo 56, [75] (f. 108v) 57, [76] (ibid.) s. Maximi Taur. sermo 70 usque ad v. *iudicii non timere* (M. 57, 678, A, 3), [77] (f. 109) hom. 79 usque ad v. *instabat uindemię* (M. ibid., 424, B, 14), [78] (ibid.) sermo 77, [79] (f. 109v) 86 usque ad v. *in defunctis* (M. ibid., 704, B, 14), [80] (ibid.) 84, [81] (f. 110) 87, [82] (f. 110v) hom. 81, [83] (ibid.) 102, [84] (f. 111) 115; post *sub alas suas* (M. ibid., 524, A, 12) legitur *Sed sicut samson ardentes faces uulpibus religauit,* quibus verbis homilia abrumpitur, [85] (f. 111v) pseudo-Ambrosii sermo 42 (M. 17, 709-712).

3 (f. 112). ⟨**S. Basilii Caesariensis** De avaro divite, Rufino interprete⟩ (Basilii opp. ed. Maurin., 2, p. 722-726).

4. S. Maximi Taur. et pseudo-Ambrosii homiliae et sermones [1] (f. 114v) s. Maximi Taur. hom. 100, [2] (f. 115) pseudo-Ambrosii sermo 43, [3] (f. 115v) s. Maximi Taur. hom. 91, [4] (ibid.) 92, [5] (f. 116) 93, [6] (f. 116v) 86, [7] (f. 117) pseudo-Ambrosii sermo 63, [8] (f. 117v) 1 (M. ibid., 625-626; praemittuntur v. *Debemus si placet hos complures dies aliquid uberius predicare.*

et reuertens a tanto examine sacerdotum dulci uos sermone referret. Benedixi iam suprascripsi), [94] (ibid.) 3.

5 (f. 118). ⟨**S. Augustini** (?) sermo 139⟩ (M. 39, 2018).

6. Pseudo-Ambrosii et **s. Maximi** sermones [1] (ibid.) pseudo-Ambrosii sermo 14, [2] (f. 118v) 15, [3] (f. 119) 17, [4] (ibid.) 25, [5] (f. 119v) 30, [6] (ibid.) 29, [7] (f. 120) 32, [8] (f. 120v) 31, [9] (ibid.) 34, [10] (f. 121) 36, [11] (ibid.) s. Maximi Taur. sermo 8.

7. S. Ambrosii opera. [1] (f. 123) De fide lib. I; - (f. 127) lib. II; - (f. 131v) lib. III; - (f. 136) lib. IV; - (f. 141) lib. V (M. 16, 549-726). Singulis libris praefixa sunt capita. Libri I cap. I *Expositio fidei,* VIII *Expositio arrii.* Libri II cap. I *Nemo bonus nisi unus deus,* IV *De domino magestatis.* Libri III cap. I *Et tu puer propheta,* VIII *Quod unius sit filius cum patre substantię.* Libri IV cap. I *De eo quod scriptum est omnis uiri caput christus est. caput autem mulieris uir. caput christi deus,* VIII *Quod uitam se filius secundum incarnationem dixerit.* Libri V cap. I *De eo quod scriptum est ut cognoscant* etc., XIV *De die autem illa et hora nemo scit. neque angeli cęlorum. neque filius nisi pater solus.* [2] (f. 149). De Spiritu Sancto lib. I, praemissa (f. 148v) Gratiani epistula ad Ambrosium (M. 16, 913-914); - (f. 154v) lib. II; - (f. 160) lib. III (M. ibid., 731-850). Praeeunt singulis libris capitula (G. Mercati, *Le Titulationes nelle opere di s. Ambrogio,* Milano 1897, p. 13-18). [3] (f. 166). De incarnatione (M. ibid., 853-884). [4] (f. 172). De ieiunio (M. 14, 731-764), [5] (f. 178). Apologia David (M. ibid., 891-926). [6] (f. 185). De Abraham lib. I (M. 441-478), praeviis titulis novem sequentium librorum. [7] (f. 191v). De Isaac et anima (M. ibid., 527-560). [8] (f. 198). De bono mortis (M. ibid., 567-596). [9] (f. 202v). De fuga saeculi (M. ibid., 597-624). [10] (f. 207). De Iacob et vita beata lib. I; - (f. 210) lib. II (M. ibid., 627-670). [11] (f. 214v). De sancto Ioseph patriarcha (M. ibid., 673-704). [12] (f. 220). De benedictionibus patriarcharum (M. ibid., 707-728). [13] (f. 223v). Apologia David I usque ad v. *que patuisse peccato uidetur* (M. ibid., 892, A, 7). [14] (f. 224). De Nabuthe Iezraelita (M. ibid., 765-792). Desunt in fine v. « Sed oportet - mereamur ». [15] (f. 228v). Pseudo-Ambrosii sermo 46 (M. 17, 716-722). [16] (f. 231). S. Ambrosii epist. 7 (M. 16, 913 sqq.), praemisso indice epistularum sequentium, [17] (f. 232) 65, [18] (f. 233) 67, [19] (f. 234) 27, [20] (f. 234v) 4, [21] (f. 235) 28, [22] (f. 235v) 37, [23] (f. 238) 39, [24] (f. 238v) 79, [25] (f. 239) 38, [26] (f. 239v) 29, [27] (f. 241) 30, [28] (f. 242) 31, [29] (f. 243) 33, [30] (f. 243v) 69, [31] (ibid.) 76, [32] (f. 244v) 81, [33] (f. 245) 70, [34] (f. 247) 71, [35] (f. 247v) 77, [36] (f. 248v) 34, [37] (f. 249) 35, [38] (f. 250) 36, [39] (f. 250v) 82, [40] (f. 251) 53, [41] (f. 251v) 54, [42] (ibid.) 58, [43] (f. 252v) 50, [44] (f. 253v) 43, [45] (f. 255) 24, [46] (f. 255v) 44, [47] (f. 257) 48 (inc. *Reddisti,* ed. « Remisisti »),

[48] (f. 257v) 49, [49] (ibid.) 45, [50] (f. 258v) 83, [51] (f. 259) 2, [52] (f. 261) 47, [53] (f. 261v) 55, [54] (ibid.) 46, [55] (f. 262v) 32, [56] (f. 263) 86, [57] (ibid.) 88, [58] (ibid.) 3, [59] (f. 263v) 68, [60] (ibid.) 52, [61] (ibid.) 85, [62] (f. 264) 87, [63] (ibid.) 66, [64] (f. 264v) 59, [65] (ibid.) 25, [66](f. 265) 15, [67] (f. 266) 16, [68] (f. 266v) 91, [69] (ibid.) 64, [70] (f. 267) 8, [71] (f. 267v) 5, [72] (f. 269) 6, [73] (f. 270v) 60, [74] (f. 271) 84, [75] (ibid.) 90, [76] (ibid.) 89, [77] (ibid.) 19, [78] (f. 273v) 73, [79] (f. 274) 74, [80] (f. 275) 75, [81] (f. 275v) 78, [82] (f. 276) 80, [83] (ibid.) 26, [84] (f. 277) 72, [85] (f. 279) 56, [86] (f. 279v) 17, [87] (f. 281v) 18, [88] (f. 284) 40, [89] (f. 286) 21 cum [90] (f. 286v) sermone Contra Auxentium de basilicis tradendis (M. 16, 1050-1062), [91] (f. 289v) 20. [92] (f. 291). De obitu Theodosii (M. 16, 1447-1468). In fine legitur *Ambrosio fleris; theodosi maxime cęsar. Te dicente pium; sanctę quoque legis amicum.* [93] (f. 295). De laude virginum lib. I; - (f. 298v) lib. II; - (f. 301) lib. III (M. 16, 197-244). [94] (f. 303v). De virginitate (in cod. *de laude uirginum. Incipit lib. IV.* M. ibid., 279-316). [95] (f. 311). De viduis (M. ibid., 247-276). [96] (f. 316v). Epistula 63. [97] (f. 322). ⟨De lapsu virginis⟩ usque ad v. *quere* (ed. «expectare») *remedium* (M. ibid., 395, C, 3), quibus subnectuntur v. *Si futuras penas - confitetur et penitet* (M. ibid., 395, A, 6-13).

Codex binis columnis scriptus et rubricatus, mutilus est in fine. Exstat in summis foliorum marginibus numeratio antiquior. Ff. 1. 2 maculata. Iv. II. 121v. 122. 171v. 230v Vacua. Ir *N. 664* (cancellatum). *264.* Ir in summo marg. numerus *14.* 168. 138 filo serico consuta.

In tegumenti tabulis, quarum prior fracta, stemmata exhibentur Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

265. Saec. XII in., membran., mm. 359 × 237, ff. II. 147.

1 (f. 1). **S. Augustini** (?) sermo 117 *de natale domini* (M. 39, 1977-1981).

2 (f. 4v). **S. Ambrosii**, praemissis (f. 4r) capitulis (S. Ambrosii opp. ed. Ballerini, 3, col. 5-8), Expositio in Lucam cum prologo (M. 15, 1007-1944). Liber VI complectitur et VII usque ad v. *manus intulisse* (M. ibid., 1876, lin. 12), VIII complectitur et IX.

Ff. I. 146 manu saec. XIV exarata continent latinam versionem libri ⟨pseudo-Hippocratis⟩ *de nutrimento et nutribili* (*nutrimentum et nutrimenti species unum et multa* - (f. 146) *humiditas nutrimenti figura*) et libri *Galeni* (?) *De cibis* (⟨Om⟩*nia corpora humana in continua sunt dissolutione - si inueniunt mundum stringunt uentrem*). F. 145v. ⟨Litterae Humberti (✝ 1162) archiepiscopi Bisuntini⟩ mauu saec. XII. Inc. *Hu*⟨mbertus⟩ *dei gratia bisuntine sedis archiepiscopus* etc. *significamus quod petrus uenerabilis abbas ecclesie sancti uincentii* etc. *commoditate religiosorum fratrum speciose uallis* etc. *Poncio eiusdem loci abbati* etc. *ecclesiam de cyrey* etc. *concessit pro una cere libra* etc. Des. *pri-*

uilegium antiquum in quo continetur de ecclesia de cyrey. abbati de bella ualle reddetur.

Codex binis columnis exaratus litteras initiales coloribus distinctas exhibet. In operculo ligneo priori *expositio s. Ambrosij In euangel. lucae euangel.* | *10.* Folia I. 146. 147 rescripta sunt. 1^r^ in summo marg. *Ex primo or*⟨dine⟩ *primi armarij*, manu saec. XVI. II vacuum. 147^v^ manu saec. XV *Expositio s. Ambrosij In Euangelium s. Luce Euangeliste.*

Integumenta saec. XVI corio rubro signato obducta.

266. Saec. IX, membran., mm. 326×217, ff. II. 197.

S. Ambrosii, praemisso (f. 1^v^) indice, opera.

1 (f. 1^r^). Gratiani epistula ad Ambrosium (M. 16, 913-914) iterum scripta. **2** (f. 2^v^). S. Ambrosii De fide lib. I; - (f. 9^r^) lib. II (M. ibid., 549-614). **3** (f. 27). De Spiritu Sancto lib. 1; - (f. 45^r^) lib. II; - (f. 63) lib. III (M. ibid., 731-850). Singulis libris praefixa sunt capitula (G. Mercati, *Le Titulationes nelle opere dogmatiche di s. Ambrogio*, Milano 1897, p. 13-18). **4** (f. 84). De incarnatione dominica (M. ibid., 853-884). **5** (f. 101) **Gerberti** libellus De informatione episcoporum (in ms. ... *sermo sanctissimi ambrosii ortodoxi mediolanensis episcopi qui pastoralis dicitur.* M. 139, 169-178). **6** (f. 107^v^). S. Ambrosii liber De mysteriis (M.16, 405-426). Des. *regenerationis cooperetur.* **7** (f. 116^r^). De sacramentis lib. I; - (f. 119) lib. II; - (f. 121) lib. III; - (f. 123^r^) lib. IV; - (f. 126) lib. V; - (f. 128^v^) lib. VI (M. ibid., 435-482). **8** (f. 131). De officiis lib. I; - (f. 161) lib. II; - (f. 179^r^) lib. III (M. ibid., 16-194).

In ff. I. II. 196. 197 manus saec. XIV quaestiones quodlibetales nonnullas binis columnis descripsit, quarum titulos indicasse sufficiat: (f. II^r^) *Queritur utrum essentia sit de constitutione suppositi et arguitur quod non* etc.*;* (f. III^r^) *Queritur utrum noticia creaturarum in patre procedat secundum rationem intelligendi* etc.; (f. 196^r^) *Queritur utrum essentia diuina in patre sit ratio producendi filium et per consequens sit ratio* etc.; (f. 196^v^) *Queritur utrum ratio intellectus et ratio nature in productione filii dei sic habeant ordinem* etc.; (f.197^r^) *Queritur utrum stante ypostasi* (!) *quod fides possuisset* (!) *personas esse in deo non determinando ternarium etc.;* praeit nota *explicit 3^a^. primi quodlibeti et incipit 4. primi quodlibeti eiusdem.* Ff. I^r^. 197^v^, quae codicis operculis olim adglutinata fuerunt, admodum pessumdata.

Tituli notis capitalibus, interdum et uncialibus exscripti sunt. In marginibus notulas reperies saec. XV exaratas. F. 1^r^ in summo marg. manus saec. XV notavit *B. Ambrosii De Trinitate:* sequitur manu saec. XII fratrum index (ed. Reifferscheid, *Die röm. Bibliotheken*, in *Sitzungsberichte d. philos.-histor. Classe d. k. Akad. d. Wissench.*, 63, Wien 1870, p. 579). Subiciuntur alia manu quattuor alphabeta, quorum primum

cryptographicum, reliqua runicum, graecum, hebraicum. In marg. externo f. 179^r imago conspicitur B. Mariae V. saec., ut videtur, XII plumbo delineata. Margo inf. f. 184 resectus.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

267. Saec. IX-X, membran., mm. 298 × 220, ff. 185 (+ 52^a librarii oscitatione omisso).

S. Ambrosii opera nonnulla.

1 (f. 1). De fide, praemissa epistula ad Gratianum (M. 16, 913-914), lib. I; - (f. 17) lib. II; - (f. 32^v) lib. III; - (f. 49) lib. IV; - (f. 67) lib. V (M. 16, 549-726). 2 (f. 99^v). De Spiritu sancto, praeviis (f. 98) epistula ad Gratianum et librorum capitibus (G. Mercati, *Le Titulationes nelle opere dogmatiche di s. Ambrogio*, p. 13-18), lib. I; - (f. 122^v) lib. II; - (f. 143^v) lib. III (M. ibid., 731-850). 3 (f. 166^v). De incarnatione (M. ibid., 852-884).

Ff. I. II. 184. 185 custodiae loco adiecta ad eundem codicem pertinuerunt, ex quo f. I cod. 139 avulsum est. Continent fragmenta ⟨Libri Pontificalis⟩, scil.: [1] (ff. I. 184) a v. *subsecuta est mense* ad v. *agathone papa in regiam urbem* (Agathon. n. 3 - Ioan. V n. 2, vol. 1, p. 350, 14-366, 5 Duchesne); [2] (ff. II. 185) a v. *Fecit autem in eandem ecclesiam* ad v. *omnes constantinopolim* (Gregorius II n. 10-23, vol. 1, p. 402^b, 23-409, 6) et a v. *inquisitus de quibusdam* ad v. *optulit necessitate* (Greg. II n. 1-10, vol. 1, p. 396^b, 10-402^b, 23).

Codex duabus exaratus manibus et rubricatus. Quaterniones in margine foliorum inferiore librarius ipse numeravit. F. 1^r in summo marg. *ex* p^o. *ar*⟨mario⟩ *or*⟨dinis⟩ *pi.* manu saec. XV. 185^v in marg. inf. *B. Ambrosius ad Gratianum Imperatorem de fide.* Cf. de hoc codice Reifferscheid, *Die röm. Bibliotheken*, in *Sitzungsberichte d. k. Acad. d. Wissensch.*, 63, Wien 1869, p. 574 sq.

Tabulae codicis corio rubro signato saec. XVI obductae sunt.

268. Saec. XII in., membran., mm. 382 × 249, ff. I. 40.

Pseudo-Prosperi Aquitani aliorumque opuscula nonnulla.

1 (f. 1). **⟨Pseudo-⟩Prosperi Aquitani** De vocatione omnium gentium lib. I (in ms. *Incipit Liber de uocatione omnium gentium s. Ambrosii mediolanensis episcopi*); - (f. 14) lib. II (M. 51, 648-722).

2 (f. 27). Epistula ad sacram virginem Demetriadem (M. 55, 161-180, inter opp. s. Leonis I).

3 (f. 36). **Damiani** epistula ad Constantinum (in ms. *Incipit epistola mansueti mediolanensis episcopi ad constantinum imperatorem.* M. 87, 1261-1265).

4 (f. 37). Expositio fidei ⟨patrum Mediolanensis synodi⟩ (M. ibid., 1265-1267).

5 (f. 40). ⟨**S. Ambrosii** epistulae 5 fragmentum⟩, scil. a v. *Quid ergo negamus* ad v. *quamlibet argumentatus negare non potuisti* (M. 16, 933, D, 4 - 935, A, 14).

Textum binis columnis scriptum alia manus correxit. Ff. I. 35. 38v. 39. 41v vacua. IIr index. IIv pictura quae s. Ambrosium scribentem repraesentat et ad eius pedes provolutos virum et feminam; in marg. sup. litteris capitalibus *s. Ambrosius.* | *4.* 40v manu saec. XV *Liber beatissimi Ambrosij de uocatione gentium singularis ualde; quem ego Blasius Eghiglinus Abbas sancti Ambrosij fateor habuisse mutuo a Canonicis dicte ecclesie* (duo extrema verba in rasura); inferius *Libri duo de uocatione omnium gentium.* | *liber unus ad uirginem demedriadem.* 41r *Iste liber est canonicorum sancti Ambrosij mediolani maioris.* | *Cg. Cheuille clericus Venetensis* (supr. lin. alia manus add. *diocesis*) *de Rothono.* | *Iste liber est canonicorum s. Ambrosii mediolanensis quem praestauerunt mihi canonici pro exemplo. et feci quinternare die XXV. Augusti. M CCCC III. antequam rederem sibi* | *Iohannes de Conradis artium doctor.* In parte folii superiore dextera manus saec. XIV indiculum nonnullorum s. Ambrosii operum conscripsit. In parte inf. *Munus est agon plenus certaminum;* hic illic aliae calami probationes.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

269. An. 1439 (cf. f. 76), membran., mm. 378 × 263, ff. 382.

S. Ambrosii opera complura.

1 (f. 1). Exameron lib. I; - (f. 12) lib. II; - (f. 17v) lib. III; - (f. 33) lib. IV; - (f. 42) lib. V; - (f. 60) lib. VI (M. 14, 133-288). In fine (f. 76) rubro charactere *Beate memorię. Confessoris. Ambrosii. et. episcopi. examerou de principio rerum explicit feliciter. Deo gratias amen. Anno domini M° CCCC XXXVIIII°. die. XII. martii:* **2** (f. 76v). De paradiso (M. ibid., 291-332). **3** (f. 95v). De Cain et Abel lib. I; - (f. 107) lib. II (M. ibid., 333-380). **4** (f. 117). De Noe et arca (M. ibid., 381-438). **5** (f. 143). De Abraham lib. I (M. ibid., 441-478). **6** (f. 159). De Isaac et anima (M. ibid., 527-560). **7** (f. 163v). De bono mortis (M. ibid., 567-596). **8** (f. 176v). De Esau et fuga saeculi (M. ibid., 597-624). **9** (f. 189v). De Iacob et vita beata lib. I; - (f. 198) lib. II (M. ibid., 627-670). **10** (f. 209). De Ioseph patriarcha (M. ibid., 673-704). **11** (f. 224). De benedictionibus patriarcharum (M. ibid., 707-728). **12** (f. 234). Apologia *Sancti patris nostri* David I (M. ibid., 891-926). **13** (f. 250). De vinea Nabuthe (M. ibid., 765-792). Desunt extrema verba « Sed oportet - mereamur ». **14** (f. 262). De utilitate *ieiunii* (M. ibid., 731-764). **15** (f. 276v). De lapsu virginis. Liber in tres dispertitus est, ut e. g. in cod. Laur. 4, plut. 14, ap. Bandini 1, p. 93; I, cuius titulus *De corruptione uirginis,* inc. v. *Audite qui longe estis, et qui prope* (M. 16, 383, A, 13); II, qui titulum praebet *De corruptore eiusdem* (scil. virginis), inc. (f. 280v) *De te* (M. ibid., 396, A); - III, qui inscribitur *Alius de lapsu uirginis,* inc. (f. 281v) *Quis consoletur* (M. ibid., 397, B). **16** (f. 282v). ⟨Pseudo-⟩Ambrosii sermo 46 de tribus quaestionibus sapientissimi Salomonis (M. 17, 716-722). **17** (f. 286). De paenitentia lib. I; - (f. 300v) lib. II (M. 16, 485-546). **18** (f. 311). De virginibus (in ms. *De uirginitate*) lib. I; - (f. 319) lib. II; - (f. 324v) lib. III

(M. ibid., 197-244). **19** (f. 329^{v}). De virginitate (M. ibid., 279-316). **20** (f. 345^{v}). Ad viduas (M. ibid., 247-276). **21** (f. 358). Exhortatio virginitatis (in ms.... *liber secundus de eadem re.* M. ibid., 351-380). **22** (f. 370). De virginitate s. Mariae (M. ibid., 319-348).

Litterae initiales aureae et coloribus ornatae; tituli rubro exarati. In marginibus varias lectiones invenies et lemmata rubro plerumque exscripta. Fol. 382^{v} vacuum. 1^{r} in marg. inf. habet ornamentum depictum, in quo facies viri barbati quater in orbem repetita.

Integumenti dorsum praefert tesseras gentilicias Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

270. Saec. XI-XII, membran., mm. 300 × 205, ff. I. 143.

S. Ambrosii opera duo.

1 (f. 1). Exameron lib. I; - (f. 17) lib. II; - (f. 26) lib. III; - (f. 51) lib. IV; - (f. 66) lib. V (des. *uesper et fiat mane dies quintus*); - (f. 94) lib. VI (M. 14, 133-288). **2** (f. 216^{r}). De paradiso (in ms. *Incipit liber. VII. de plantatione uinee.* M. ibid., 291-332).

Codex binis columnis diversis manibus exaratus. Litterae initiales coloribus distinctae. F. I^{r} *Iste liber examer0n est* ||||| inter alia satis evanida, quae referre non iuvat. I^{v} titulus litteris capitalibus rubris ornamento variis picto coloribus circumdatus. Ff. I. 1 in parte exteriore pessumdata nova membrana refecta sunt, nonnullis scripturae lineis suppletis.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

271. Saec. X, membran., mm. 282 × 192, ff. I. 113.

S. Ambrosii Exameron lib. I; - (f. 15) lib. II; - (f. 23^{v}) lib. III; - (f. 49) lib. IV; - (f. 64) lib. V; - (f. 91^{v}) lib. VI (M. 14, 133-288).

F. 112. De s. Ambrosio eiusque Examerον brevis notitia. Inc. *Hic Ambrosius philosophus immenseque scientiae.* Des. *bonus odor sumus deo in omni loco. amen.*

Codex diversis manibus exaratus litteras librorum initiales rubro et viridi colore, aut rubro flavoque tinctas exhibet. In summo marg. folii 1^{r} *Ambrosius in examer0n.* F. I^{v} titulus variis coloribus, rudi tamen penicillo, depictus. Exstant passim in marginibus lemmata rubris et flavis lineis inclusa. 112 fragmentum ⟨libri IV Exam.⟩, sc. a v. *Itaque uos qui ualidiores* ad v. *thesaurus illabi. Sed non* (M. 14, 210, A, 4-D, 5). 113^{r} verba nonnulla ⟨ex libro VI Exam.⟩ descripta *(constituti sunt - nobis quo non fa...* M. 14, 282, C, 15-D, 4) et alia nullius prorsus momenti. Folium 113^{v} vacuum.

In tegumenti tergo scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

272. Saec. XV, membran., mm. 378 × 260, ff. 60.

S. Ambrosii Exameron (f. 1) lib. I; - (f. 8^{v}) lib. II; - (f. 12^{v}) lib. III; - (f. 23^{v}) lib. IV; - (f. 30) lib. V; - (f. 43^{v}) lib. VI (M. 14, 133-288).

Codex binis est columnis perscriptus. Litterae librorum initiales auro oblitae et coloribus distinctae; reliquae litterae maiores caeruleae. Tituli rubri. Ff. 56-60 vacua.

In tegumenti tergo stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

273. Saec. XII in., membran., mm. 192 × 127, ff. I. 60.

S. Ambrosii Exameron (f. 1) lib. I; - (f. 10) lib. II; - (f. 15) lib. III (in principio v. « Dies tertius » librarius omisit, spatio vacuo relicto); - (f. 26^{r}) lib. IV; - (f. 33^{r}) lib. V; - (f. 46^{r}) lib. VI (M. 14, 133-288).

Codex binis columnis pereleganter descriptus litteris initialibus, praeter primam, caret. F. I, quod lacinia constat codicis saec. XIII duplici columna exarati, duo praebet fragmenta, versus complectentia 40, poematis cuiusdam lingua narbonensi conscripti. Prius inc. ... *dites lo moi do uenez uus amis* et des. *Mes per celui qui de leue fist uin.* Alterum inc. *deuant uaunuble ari. siege mis,* et des. *et dautre chose se toi plest mes cremis.* 59^{v} Orationes propriae in missa s. Helenae. I inc. *Deus qui beatam elenam illo uoluisti sancti spiritus feruore* etc.; II *suscipe quesumus domine munera. que in beate helene* etc.; III *Hec nos domine perceptio salutis* etc. 60^{v} praecepta medica nonnulla manus saec. XIII conscribillavit, quae referre non expedit.

In tegumenti tergo conspiciuntur insignia gentilicia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

274. Saec. XV, membran., mm. 250 × 170, ff. 200.

1. **S. Ambrosii** [1] (f. 1) De Isaac et anima (M. 14, 527-560); [2] (f. 19). De bono mortis (M. ibid., 567-596).

2 (f. 35^{v}). **S. Ioannis Chrysostomi** Ecloga de morte (cf. M., P. G. 63, 801-812), versore anonymo saec. XV. Praeit (f. 35) translatoris epistula, quae inc. *Cum de ambrosio* (sc. Traversari) *pater humanissime uiro profecto,* des. *irrigare possint et afferre fructum: Vale et pro me ora.* Ecloga inc. *Multa quidem festinat discere iam et apprendere,* des. *futura illa eternaque bona assequamur. in christo yhesu domino nostro honor et potestas* etc.

3 (f. 42). Passio sanctae Eugeniae virginis et sanctorum Proti et Hyacinthi eunuchorum eius. Textus aliquantum differt ab edito ap. M. 21, 1105-1122 et 73, 605-620. Des. *Plures autem annos postea uixerunt in timore dei: et ipsi ad eternam uitam migrarunt: glorificantes sanctam et indiuiduam trinitatem* etc.

4 (f. 56). **⟨Pseudo-⟩Dionysii Areopagitae** epistulae 10. 1. 3. 4. 2. 5. 6. 7, interprete Ambrosio ⟨Traversari⟩ (cf. cod. 169 f. 119 sqq.).

5 (f. 59^{v}). *Dicta s. Iohannis* ⟨Chrysostomi⟩ *de penitentia* in latinum translata. Inc., ut e. g. in cod. Mazarin. 989, f. 21, ap. Molinier 1, p. 485: *Prouida mente et profundo cogitatu.* Des. *perfectam promerebitur indulgentiam.*

6 (f. 62). ⟨**S. Maximi Taurinensis** homilia 53⟩ De paenitentia Petri (in ms. *Sermo sancti ambrosij archiepiscopi de negatione petri et lacrimarum uirtute.* M. 57, 349-352).

7 (f. 63). **S. Augustini** liber de ⟨vera et falsa⟩ paenitentia (M. 40, 1113-1130).

8 (f. 75^{v}). ⟨**Pseudo-Ioannis Chrysostomi** In annuntiatione s. Mariae⟩ (Biblioth. Cas., 2, flor., p. 82-83).

9 (f. 77). ⟨**Augustini**⟩ (?) sermo 266, Quales sint christiani boni etc. (perperam in cod. *De quadraginta martiribus.* M. 39, 2240-2242).

10 (f. 78). ⟨**S. Ambrosii** De Iacob et vita beata⟩ (M. 14, 627-644).

11 (f. 87^{v}). ⟨Sermo de tentatione Domini in deserto⟩. Inc. *Sancti spiritus opus hoc est.* Des. *sed contra insidias spirituales esse certamen.*

12 (f. 89^{v}). ⟨**Pseudo-**⟩**Ambrosii** sermo 46 De Salomone (M. 17, 716-722).

13. S. Ambrosii [1] (f. 93^{v}) De fuga saeculi (in ms.... *de fugiendo seculo),* [2] (f. 111) De officiis ministrorum lib. I; - (f. 143^{v}) lib. II; - (f. 161^{v}) lib. III (M. 16, 26-194). Desunt in fine v. « apud eum - amen ».

14 (f. 181). **S. Ioannis Chrysostomi** de compunctione cordis lib. I-II, Ambrosio Traversari fortasse interprete (cf. Bandini, Bibl. Laur., 1, p. 565). I inc. *Cum te intueor beate demetri.* II des. *inexacrababilibus* (!) *inmortalibus flammis* (S. Ioann. Chrysost. opp. Paris. 1581, 5, p. 492-519).

Litterae librorum initiales auro et coloribus ornatae, reliquae grandiori forma rubro et caeruleo colore alterna vice exscriptae, lineolisque distinctae. F. 1^{r} ornamentum conspicitur auro et coloribus pictum. Ff. 108-110. 180 vacua.

In tegumenti asseribus stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

275. An. 1366 (cf. f. 62^{v}), membran., mm. 331 × 238, ff. 62.

S. Ambrosii, praemisso prologo, *tractatus super psalmum* ⟨118⟩ *beati immaculati* (M. 15, 1261-1604).

2. S. Ioannis Chrysostomi opera. [1] (f. 32^v). Ad Olympiadem epistulae I-III (cf. M., P. G. 52, 549 sqq.). I inc. ⟨A⟩*ge rursus meroris tui vulnus exhauriamus.* des. *incolumem te ac memorem nostri clementia tueatur domina uenerabilis ac dilectissima soror.* II (f. 36) inc. ⟨S⟩*ufficere quidem poterat et ea quam prioribus diebus,* des. *multum inde nos consolationis percepturos. Vale.* III (f. 44) inc. *Et corpora uehementioribus colluctatata febribus,* abrumpitur § 9 (cf. M. 581, ab imo) verbis *regnum eius regnum eternum et potestas eius in generationes et generationes.* [2] (f. 50). Ad Stagirium monachum de providentia Dei libri I-III (cf. M., P. G. 47, 423-494), praemissa (f. 49^v) interpretis ⟨praefatione ad Infantem Petrum Lusitaniae principem⟩ quae inc. ⟨S⟩*unt quidem plurima,* des. *nimium dilecte deo princeps.* Lib. I inc. ⟨O⟩*portuerat quidem o mihi amantissime omnium stagiri.* III des. *frangi uel deici poteris.* Exstat impressa haec versio in Ioan. Chrys. opp., 5, Parisiis 1581, col. 519-582; in Mignei editione innumeris in locis emendata occurrit. [3] (f. 88^v). In Iudaeos homiliae I. IV-VIII. I inc. ⟨V⟩*ellem uobis hodie prioris illius disputationis,* des. *Qua nos omnes perfrui contingat. gratia ... amen.* II (f. 95^v) inc. ⟨R⟩*ursum infelices omnium,* des. *uno ore glo-*

rificemus deum et patrem dominum... amen. III (f. 101) inc. ⟨Q⟩*uid sibi uult hodie tam frequens,* des. *longe excellentem retribitionem* (!) *capiamus. gratia... amen.* IV (f. 111^{v}) inc. ⟨F⟩*erę quamdiu quidem siluas,* des. *felicitatis ministri auctoresque sint. gratia* etc. V (f. 117) inc. ⟨C⟩*um sacietatem cepistis nostre,* des. *comuniter saluans celesti regno dignos efficiat in gloriam suam* etc. VI (f. 122) inc. ⟨P⟩*reteriit iudeorum ieiunium,* des. *quo nos omnes perfrui contingat. gratia et benignitate domini nostri* etc. Exstat haec versio Ambrosii tantum manu scripta, e. g. in cod. Laur. 13, plut. 26, ap. Bandini 1, 765, § 8 et in cod. Laur. Leopold. 41, n. 18, ap. Bandini 2, 729, § 18.

3 (f. 131^{v}). ⟨**S. Augustini** contra Academicos lib. I⟩ (M. 32, 905-920), praemisso (f. 130) ⟨Retractationum cap. 1 lib. I⟩ (M. ibid., 585-587).

Litterae initiales, praeter primam auream et coloribus ornatam, desiderantur. Titulos manus coaeva in marginibus addidit. F. 1^{r} in summo marg. *Bibliothecę Apostolicae* manu saec. XV; in marg. inf. stemma depictum cernitur card. Ioannis Ioffridi (Jouffroy). In marginibus notulae paucae occurrunt. Ff. 137-139^{r} vacua. 139^{v} *ex pluteo primo* (delet., supra lin. corr. *VII*) *bibliothecae magnae secretae.*

Integumenti dorsum scuta exhibet Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

301. Saec. XV, membran., mm. 295 × 201, ff. 125.

S. Basilii Magni (f. 8) in Hexaemeron homiliae I-IX (cf. M., P. G. 29, 4-208), interprete Ioanne Argyropulo. Cf. Fabricius, Bibliotheca graeca 9, p. 18 Harl.

Praemittitur (f. 1) interpretis praefatio Sixto IV. Inc. *Praeclarissima quęque munera: praeclarissimis hominibus.* Des. *Et tibi persuade mihi te cariorem ob eximiam probitatem tuam: neminem hominem esse.* Homilia I inc. *Decens. est. accommodatumque. principium ei qui mundum.* Hom. IX des. *perpetua denique gloria dominus deus noster afficiatur. Quem semper ipsa decet: in saecula saeculorum.*

Litterae initiales sunt eleganter ornatae auro coloribus figuris. Titulus (f. 7^{v}) et omnia Scripturae verba singulis homiliis praefixa aureis notis fulgent. Inscriptiones in summis foliorum marginibus rubro exaratae. Singularum homiliarum initia litteris capitalibus rubris et nigris alternis exscripta. Ff. 123-125 pariter atque charta inter folium 7 et 8 inserta vacua sunt. Ff. 1^{r}. 8^{v} ornamenta exhibent satis belle picta, in quorum parte inferiore conspicitur scutum Sixti IV a duobus geniis sustentatum. Latus sinistrum ornamenti folio 1^{r} appicti pessumdatum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

302. Saec. XV, membran., mm. 210 × 143, ff. I. 108 (+ f. 45^{a}).

S. Basilii M. (f. 6) Hexaemeron in latinum a Lampo Birago (in ms. *Hirago*) traductum, praemissis (f. 1) interpretis praefatione ad Paulum II, quae inc. *Cum ex multis magnisque rebus possit esse ut in maximo principatu,*

des. *nequaquam mirum uideri debeat. Deus te diu nobis incolumem seruet pater beatissime decusque pontificum,* et (f. 5^v) indice homiliarum.

Homilia I inc. (f. 6) *Hoc. sane. decens. narraturum de constitutione principium.* Hom. IX des. *exultet sensibus ueritatis pius. glorificetur dominus. cui ... amen.*

Primae duae litterae initiales (ff. 1^r. 6^r) aureae et ornamento variis coloribus conspicuae, reliquae rubro aut caeruleo colore depictae et lineolis ornatae. Tituli et lemmata in marginibus minio exarata. Prima singularum homiliarum verba exscripta sunt litteris capitalibus aureis aut rubris et nigris alternis. Ff. 104-108 vacua. I^r notis capitalibus rubris et caeruleis *Sancti.* | *Basilii.* | *Magni.* | *Sexdiale.* | *de. creatione.* | *mundi.* I^v depictum cernitur stemma Pauli II.

In tegumenti tergo scuta Pii VI et F. Zelada card. bibliothecarii.

303. Saec. XV in., membran., mm. 305 × 210, ff. II. 152.

1 (f. 1). **S. Basilii M.** homiliae octo a Rufino latine redditae, praemissa translatoris praefatione ad Apronianum (ut ap. M., P. G. 31, 1723-1794, hoc tamen ordine I-III. VI-VIII. IV. V).

2 ⟨**Pseudo-**⟩**Ignatii** epistularum antiqua versio (Opp. Patr. apostolic., ed. Funk, 2, p. 47-213). [1] (f. 35). Ioanni Evangelistae epist. I. II. [2] (f. 35^v). Christi matri Mariae et Mariae responsio. [3] (f. 36). Ad Mariam Cassobolitam. [4] (f. 36^v). Ad Trallianos. [5] (f. 39). Ad Magnesianos. [6] (f. 41). Ad Tarsenses. [7] (f. 47). Ad Smyrnenses. [8] (f. 49). Ad Polycarpum usque ad v. *ut hominem* (ed. cit., p. 159, 18). [9] (f. 49^v). Ad Antiochenses. [10] (f. 51). Ad Heronem. [11] (f. 52). Ad Ephesios. [12] (f. 55^v). Ad Romanos. [13] (f. 57). **Heronis** laus in eum et successoris eius (Funk, l. c., p. 214).

3 (f. 57). **S. Polycarpi** epistulae ad Philippenses antiqua versio (Opp. Patr. apostolic., ed. Zahn, Lipsiae 1876, 2, p. 111-133).

4 (f. 59). **Benedicti** ab. Ananiensis admonitio ad filium spiritualem (M. 103, 683-700; in ms. *Incipit beati basilij libellus ad filios spirituales*).

5 (f. 66). ... *Beati iohannis Episcopi contra quosdam hereticos de similitudine carnis peccati,* ut in cod. 186, 4.

6 (f. 77^v). **Rufini** *explanatio* in symbolum (M. 21, 335-386).

7 (f. 93). Fragmentum expositionis in illud: « Beati pauperes spiritu » (Matth. 5, 3). Inc. *Beati* etc. *Hoc est testamentum nouum quod in cordibus.* Des. *hominibus uiles uideri timemus quia per.*

8 (f. 101). **Pauli diaconi** ⟨Historia miscella⟩ usque ad v. *iura reduxit* (M. 95, 743-989, A, 6). Desunt in codice omnia quae ap. M. litteris inclinatis impressa leguntur.

9 (f. 139^v). Nota de Simonis Maccabaei successoribus. Inc. *Simoni machabeo successit in regimine filius.* Des. *ut tam iudeis quam romanis placeret.*

10 (ibid.). Notae de Herodibus duae parvi momenti. I inc. *Genuit autem filium herodem.* II des. *fuit patruus eius qui iacobum interfecit.*

11 (f. 140). Chronici de Caroli M. rebus gestis fragmentum perbreve. Inc. *Anno domini d c c | x x fuit Initium Karuli in Lombardia.* Des. *coronatus est Imperator Romanus ab eodem papa.*

12 (f. 140ᵛ). **Isocratis** Nicocles sive Cyprii (in ms. *Liber de offitio subiectorum*), Guarino Veronensi interprete, praemisso prologo qui inc. ⟨S⟩*alamin Praeclara olim Cypri urbs,* des. *Certi namque testes assunt. Nicoclem utroque accepto commentario ysochrathi viginti talenta dono misisse.* Or. inc. *Plerique sunt qui graues in eloquentia animos.* Des. *uniuersa haec licebit absoluere.*

Ff. I. 152 ex alio codice avulsa eodem saec. XV perscripto, fragmentum continent ⟨**Servii** Commentarii in Vergilii Bucol.⟩, scil. ab initio ad v. *uniuersa substantia unde* (in I, 33).

Tituli rubri; litterae initiales nullae exstant. Ff. II. 94-100. 145ᵛ-151 vacua. Iʳ. 152ᵛ olim codicis tegumentis adglutinata magna ex parte prorsus evanida. 152ʳ in marg. inf. pauca nullius momenti.
In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

304. Saec. XIV, chart., mm. 287 × 214, ff. 124.

S. Basilii M. opera nonnulla in latinum versa.

1 (f. 1). Hypotyposis, hoc est descriptio vitae monasticae. Inc. ⟨D⟩*omino nostro ihesu christo precipiente.* Des. *ydonei erunt ad alios dicere* (cf. M., P. G. 31, 1510-1514, append.). Subnectitur **2** (f. 2, lin. 17) De iudicio Dei (cf. M. ibid., 31, 653-676). Inc. *dei et noui* (!) *suauitate et benignitate.* Des. *et ita subiungere moralia.* **3** (f. 14ᵛ). Constitutiones monasticae, praemisso (f. 13) prooemio (cf. M. ibid., 1321 sqq.). Prooem. inc. ⟨A⟩*more sapiencie. que est.* Des. *a fumo passionum excurras.* Capita hoc ordine invenies: 2. 17. 3-5. 7. 13-16. 18. 22. 23. 27-29. 11. 12. 19. 6. 8-10. 20. 21. 24-26. 30-34. Cap. 1 desideratur, 2 inc. ⟨P⟩*rimum quidem Igitur ex omni modo,* 34 des. *in hominibus conuersacio in qua et bene placentes. nos ostendat Ihesus christus ad gloriam sancti sui et adorandi nominis... amen.* **4** (f. 59ᵛ). Sermo asceticus (cf. M. ibid., 881-888). Inc. ⟨E⟩*xercitatiua uita unam destinacionem.* Des. *per illa loquetur. quod oportet loqui.* **5** (f. 64). Prooemium (*Amator hominum deus qui docet* etc.) in Regulas brevius tractatas usque ad v. *omnem uacacionem uite. ad id. quod proficuum est et honestum dispensatis* (cf. M. ibid., 1080, B), quibus subnectitur **6** (f. 64ᵛ, lin. 6) Prooemium in Regulas fusius tractatas (cf. M. ibid., 889-901). Inc. *et quando dei gratia in nomine domini.* Des. *quia nescimus qua die aut ora. dominus noster veniat.* **7** (f. 70ᵛ). Regulae fusius tractatae usque ad

interrogationem 38 (M. ibid., 1016, C-D). Inc. ⟨I⟩*nterrogatio morum* (leg. monachorum) *ad santum Basilium.* ⟨Q⟩*uoniam nunc potestatem dedit nobis.* Des. *quodammodo ipsius concupissencia et renouatur. quod uigilans est.* Sequitur interrogatio 38.

Codex est una tantum columna currenti littera perscriptus, altera enim ad textum graecum, ut videtur, excipiendum vacua relicta est. Litterae initiales desunt. Ff. 51v. 52r. 111v. 112r vacua. 1r manu saec. XV *Basilij regula.* | *Bibliotheca apostolica* | *ex pluteo primo* (supra lin. corr.: *VII*) *bibliothecae magnae secretae.*

In tegumenti dorso cernuntur stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

305. Saec. XV (ff. 1-28 a. 1452, cf. f. 28; ff. 29-84 a. 1453, cf. ff. 52v. 68. 84v), chart., mm. 290 × 214, ff. II membran. 140.

Miscellanea.

1 (f. 1v). **S. Gregorii Nazianzeni** Apologeticus (cf. M., P. G. 35, 468-515), interprete Rufino, praemisso (f. 1r) translatoris prologo (M., ibid., 36, 735-736). Inc. *Victus sum et fateor me esse superatum.* Des. *grex simul et pastores in christo* (S. Gregorii Naz. opp., ed. Argentinae 1508, f. bv-g IIIv). Sequitur nota temporis *1452. 19. aprilis.*

2. **S. Ioannis Chrysostomi** opuscula aliquot, interprete incerto. [1] (f. 29). Adhortatio ad Theodorum lapsum (in ms. *De reparatione lapsi libellus.* Biblioth. casin. 3, Flor., p. 389-441. Cf. M. 47, 277-308). Subicitur nota temporis *1453* | *2a. maij.* [2] (f. 53). Sermo de Moyse (in ms. *dominica IV in quadragesima.* S. Ioan. Chrysost. opp., Paris. 1581, 1, col. 501-503. Iterum ed. Liverani, Spicilegium Liberianum, Florentiae 1864, p. 190-192, s. Petro Chrysologo tribuens). [3] (f. 54). Sermo de sancto Ioseph (in ms. additur *Dominica III in quadragesima.* S. Ioan. Chrysost. opp., ed. cit., col. 496, lin. 33-499. Iterum ed. Liverani, op. cit., p. 187-189, s. Petro Chrysologo tribuens).

3 (f. 56v). **S. Hieronymi** *comentarium super passione domini nostri ihesu christi secundum Matheum* (scil. in Matth. evang. comm. a v. *Erubescant qui putant* ad v. *cum gloria uidebitis.* M. 26, 197, C, 4-224, C, 2). In fine librarius apposuit notam temporis *1453.*

4 (f. 68v). **S. Ioan. Chrysostomi** De laudibus beati Pauli *diuini apostoli.* Libellus concinnatus ex variis excerptis homiliarum I-VII de s. Paulo (s. Ioan. Chrysost. opp., ed. cit., 1, 695-728; cf. M. 50, 473-514) latine per Anianum redditarum.

5 (f. 75). *De laudibus beati pauli Libellus alius.* Sunt excerpta ex ss. Hieronymo, Ambrosio, Gregorio M., Augustino, Aratore, s. Leone M., Origene, s. Clemente, Eusebio, s. Gregorio Nazianzeno, Gaio, Dionysio Corinthi episcopo, Epiphanio, Theophilo Antiochen. Excerptum I est s. Hieron. De viris inlustr. c. 5 (Richardson, p. 9-11); ultimum Theophili fragmentum commentariorum in Evangelia ex s. Hieron. epist. ad Algasiam, scil. a v. *Diues qui habebat*

ad v. *lumen est perdiderunt* (M. 22, 1020, lin. 22 - 1021, lin. 20). Adscripta est in fine nota temporis *1453. 12ª. maij.* Praemittitur prologus qui inc. *Hactenus diuini apostoli laudes* et des. *Pastorali rutro* (supra lin. *uirga*) *tibi fuerint abigendi.*

6 (f. 90). **Plutarchi** opusculum Ad principem ineruditum (in ms. *Quid Principem decet*), Rinucio interprete. Inc. *Platonem Kirenei hortati sunt.* Des. *lucullum audire coegit.* Praeit interpretis epistula *Reuerendissimo Patri domino G*⟨abrieli⟩ *Cardinali Senensi Bononie Legato* (postea Eugenio IV), quae inc. *Rex Persarum Artaxerses,* des. *eadem animi tranquillitate hoc suum opusculum legas.*

7 (f. 93ᵛ). **Diogenis** *Canis epistole* ⟨4-7. 9-14. 16. 18-20. 22. 25-27 Hercher⟩ *latine per Rynucium facte.* Epist. I Antipatro inc. *Noli mihi succensere quod cum in macedoniam.* XX Anniceridi des. *qua sola animus bene ualere et ab egritudine liber esse potest.* Praeit Rinucii epistula ad Pogium, quae inc. *Inter hos turbulentos rerum curialium motus,* des. *ex quo canes scite scribunt equo animo audiamus.*

8 (f. 96ᵛ). **Hippocratis** epistula 22 et **Euripidis** epistulae 1. 3. 2 Hercher, eodem interprete. Hippocratis epist. inc. *Cognicionis cura sit tibi.* Euripidis epist. III Sophocli des. *scias eum esse uirorum optimum.* Praeit interpretis praefatiuncula quae inc. *Diogenis canis omnibus qui se gentiles appellant Gemitum dicit. Vereor mi poggi* et des. *pari quoque animo audiamus.*

9 (f. 98). Epistulae tres, scil. **Abaris** Phalari (inter Phalaridis epist. 57 Hercher), **Pythagorae** Hieroni et **Lysidis** Hipparcho (scil. 2. 3 inter Pythagorae et Pythagoreorum epist.) a Rinucio latine redditae. Praemittitur epistula translatoris N⟨icolao d'Acciapaccio † 1447⟩ Cardinali Capuano, quae inc. *Inter hec saluatoris nostri Natalicia,* des. *earum argumenta in primis ascripsi.* Singulis epistulis praefixa sunt argumenta, quorum primum inc. *Abaris in philosophia apud hyperboreos,* tertium des. *sapiencia ingredi non potest.* Epist. Abaris inc. *Quod sis seuus.* Lysidis epist. des. *te mihi mortuum scito.*

11 (f. 100ᵛ). **Pythagorae** Aurea verba, interprete eodem. Inc. *Deos immortales ut lege constitutum est.* Des. *et non amplius mortalis neque corruptibilis.* Praemittitur (f. 100) prooemium *ad litteratissimum uirum P*(etrum) *Ciccum paulum Ciuem Romanum,* quod inc. *Credo ni fallor suauissime petre* et des. *ad ipsa uerba descendamus.*

12 (f. 102). **Bruti** epistulae 35 cum totidem aliorum responsoriis ad eum, praevia praefatione Mithridatis, eodem Rinucio interprete. Praefatio inc. *Bruti epistolas iterum ac sepius sum admiratus.* Des. *inconsulte facilia ducuntur.* Epistula I Bruti Pergamensis inc. *Audio uos dolobelle dedisse pecunias.* Ultima Damae Bruto des. *denegare necesse est.* Sequitur (f. 108ᵛ) Rinucii epistula ad Nicolaum V, quae inc. *Solent beatissime pater qui inuigilant* et des. *procul dubio caras habebit.* Exstat

haec versio in Epistulis laconicis editis Basileae an. 1554, cura Gilberti Cognati Nozereni, p. 24.

13. **Demosthenis** quaedam a Rinucio traducta. [1] (f. 110v). Decreta et Philippi epistulae ex oratione De corona excerpta. Primum decretum Demosthenis inc. *Mnesiphilo preside. Aprilis prima intrantis.* Ultimum des. *Calleschrus. Diotimi. Cothocydes.* Praeit (f. 109v) epistula ad Pogium, quae inc. *Ille rem optimam et sibi salutarem,* des. *sigillatim non de nihilo inserui.* In fine subtexuntur pauca Rinucii cum eiusdem versione epigrammatis in honorem militum qui pro patria occubuerunt (ex Demosth. De corona, 289). Inc. *Qui ob rempublicam pugnando in acie ceciderunt.* Des. *At in uita nemini datur effugere fatum.* [2] (f. 116). Oratio ⟨ad Philippi epistulam⟩. Inc. *Quod quidem uiri athenienses.* Des. *reliqui greci esse prompciores paracioresque.* Praeeunt [a] (f. 115) epistula interpretis *ad Reuerendissimum Patrem dominum et Episcopum portuensem Cardinalem Veneciarum. ac sancte Romane ecclesie vicecancellarium,* quae inc. *Sapientis cuiusdam sentencia* et des. *quod breuiter huiusmodi est;* [b] (f. 116) argumentum quod inc. *Rex macedonum philippus* et des. *oppremi posse.* In fine (f. 118) legitur nota interpretis: *Epistolam philippi de qua supra in oracione mencio fit. quia per L. Aretinum accepi esse translatam consulto siui illam apud suos ualere. Censui enim satis esse quod nostris seculis semel uenerit in latium.*

14 (f. 122). **Aristotelis** De mundo, interprete eodem. Inc. *Mundus est ex celo et terra.* Des. *is felix ac beatus indilate futurus existit.* Subiungitur *Finis hic huius iste.* Praeeunt [1] (f. 121) translatoris epistula Nicolao V, quae inc. *Exhortacionibus Reuerendissimi patris,* des. *ad interpretacionem festinat Oracio;* [2] (f. 122) prooemium quod inc. *Diuina quedam ac beata res philosophia,* des. *donari ornarique dignum est ac decorum.*

15 (f. 131v). **Hippocratis** epistulae 1-5. 11-16. 18. 20. 22 Hercher, interprete eodem. Praeit epistula Rinucii A⟨ntonio Cerda † 1459⟩ *tituli sancti Crisogoni presbitero cardinali.* Inc. *Quem tuo hortatu nuper.* Des. *non frustra paruisse mandatis.* Epist. 1 (Artaxersis Paeto) inc. *Morbus qui nomine appellatur.* Ultima des. *cognicionem accedere uelis.* Exstant in Epistulis Laconicis, curante Gilberto Cognato Nozereno, Basileae 1554, p. 63-120.

In fine (f. 137) leguntur epistulae duae **Rinucii**, quarum prior Nicolao V inc. *Philippus Mediolanensis uir inter medentes* et des. *loquentes audire dignetur,* altera A⟨ntonio Cerda⟩ cardinali Ilerdensi inc. *Ippocrates Coi cuius maximum* et des. *regnabat corpore uirtus. Vale.*

Littera initialis prima aurea et coloribus picta. Tituli usque ad f. 84 rubro exarati. Ff. I. IIr (membranea). 28v. 85-89. 118v-119. 138v-140 vacua. IIv index legitur manu saec. XV confectus. In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

306. Saec. X. XI. XV, membran., mm. 254 × 174, ff. I. 164.

1. S. Gregorii Nazianzeni orationes VIII a Rufino translatae, praemisso (f. 2) interpretis prologo (M., P. G. 36, 735-736). Haec versio edita est Argentinae a. 1508, per Ioannem Knobluc. [1] (f. 3). Apologeticus. Inc. *Victus sum et fateor me esse superatum.* Des. *omnes dicamus gloriam. grex simul et pastores* (cf. M. ibid., 35, 408-513). [2] (f. 31ᵛ). De epiphaniis. Inc. *Christus nascitur. gloriamini. christus e cęlis. occurrite.* Des. *optamus in quantum uinctis in carne* (cf. M. ibid., 36, 312-333). [3] (f. 40ᵛ). De luminibus. Inc. *Iterum ihesus meus. et iterum mysterium.* Des. *lux uestra fulgeat coram hominibus* (cf. M. ibid., 336-360). [4] (f. 49). In Pentecosten. Inc. *De sollemnitate huius diei. pauca dicenda sunt.* Des. *uiua festiuitas et exultatio sanctorum* (cf. M. ibid., 36, 428-452). [5] (f. 57). In seipsum. Inc. *Desiderabam uos o filii. quia et pari mensura.* Des. *uita et fide probabili* (cf. M. ibid., 35, 1228-1252). [6] (f. 65ᵛ). Ad cives Nazianzenos. Inc. *Ventrem meum. uentrem meum doleo.* Des. *in futuro misericordiam speramus* (cf. M. ibid., 964-981). [7] (f. 70ᵛ). De reconciliatione et unitate monachorum. Inc. *Linguam nostram soluit alacritas.* Des. *quę superat omnem mentem custodiat corda uestra* (cf. M. ibid., 35, 721-752). [8] (f. 80). De grandinis vastatione. Inc. *Quid laudabilem soluitis ordinem.* Des. *quem fructificauit primo in christo ihesu domino nostro* (cf. M. ibid., 933-964).

2. S. Ioannis Chrysostomi opuscula complura latine versa.

[1] (f. 88ᵛ) De compunctione cordis lib. I (inc. *Cum te intueor beate Demetri* |||| *Frequenter insistentem mihi,* des. *uitam uero suam atque operam negligenti*); - (f. 105) lib. II (inc. *Et quomodo potest fieri quod imperas,* des. *cibus* ⟨*in*⟩*extricabilibus et inmortalibus flammis.* S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 5, p. 492-519; cf. M., P. G. 47, 393-422). [3] (f. 116ᵛ). Quod nemo laeditur nisi a semetipso (cf. M. ibid., 52, 459-480). Inc. *Scio quod crassioribus quibusque.* Des. *nequaquam poterunt ei qui a semetipso non leditur* (ed. cit., 656-673). [4] (f. 133ᵛ). Ad Theodorum lapsum lib. I (Bibliotheca casin., 3, Flor., p. 389-411. Cf. M. ibid., 47, 277-308).

Codicem tres descripserunt librarii, quorum primus, saec. X, ff. 1-37. 133-138; alter, saec. XI, ff. 40ᵛ-93; tertius, saec. XV, ff. 38-40ʳ. 94-132; 139-164 exaravit. Prima littera initialis rubro et viridi colore depicta, reliquae, pariter ac tituli, sunt minio illitae, duabus tamen exceptis (ff. 65ᵛ. 80ʳ), quae imagines exhibent rudi calamo delineatas. In imis foliorum marginibus quaterniones supputantur numero XVII. F. Iʳ vacuum. Iᵛ *S. Ioannes Chrostomus* manu saec. XVII. Iʳ manu saec. XII scriptum legitur *Sancti spiritus adsit nobis gratia,* quibus verbis subnectuntur alphabeti litterae et oratio dominica. 1ᵛ tabula rudi manu delineata conspicitur, nunc aliquantum evanida. In parte superiore s. Gregorius eiusque diaconus pedum ferens quattuor viris occurrunt. Superius exscripti sunt versus *Grecia quam felix quę pollet ut unica phenix.* | *Inter multiplices quas mundus habet regiones.* | *Excipitur roma pulcherrima sicuti luna.* | *Quare*

Gregorius sit quamuis hic memorandus. | *Cuius sunt socię sapientia uirginitasque. Tamen Gregorius* | *noster prępfertur qui Petri sede potitur* | *Qui reserant çelum meritis merito meritorum.* In parte tabulae inferiore duo viri sedent (s. Gregorius Nazianzenus et Rufinus, nisi fallor), quorum prior in libro scribit *Victus sum.* Reliquas inscriptiones quae has imagines circumdant, utpote parvi momenti, neglexi.

Integumenti dorsum stemmata praebet Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

307. Saec. XV, membran., mm. 149 × 173, ff. I chart. 120.

S. Gregorii Nazianzeni sermones VIII, Rufino interprete, ut in cod. praecedenti.

1 (f. 1). Rufini praefatio (M., P. G. 36, 735-736). 2. S. Gregorii sermones. [1] (f. 2). Apologeticus (cf. M. ibid., 35, 408-513). [2] (f. 33v). De theophania (cf. M. ibid., 36, 312-333). [3] (f. 42v). De luminibus (cf. M. ibid., 336-360). [4] (f. 53v). In seipsum de agro reversum (cf. M. ibid., 35, 1228-1252). [5] (f. 63v). Ad cives Nazianzenos (cf. M. ibid., 964-981). [6] (f. 70). In Pentecosten (cf. M. ibid., 36, 428-452). [7] (f. 79). De reconciliatione et unitate monachorum (cf. M. ibid., 721-752). [8] (f. 90). De grandinis vastatione (cf. M. ibid., 933-964).

3 (f. 100). ⟨**S. Phoebadii** episc. Aginnensis⟩ De fide orthodoxa (M. 20, 31-50).

4 (f. 112). De revelatione capitis s. Ioannis Baptistae, auctore incerto (M. 4, 1013-1020, inter opp. s. Cypriano falso adscripta).

Titulus primus (f. 1) aureus, reliqui rubro exarati. Litterae initiales auropictae et coloribus distinctae. Ff. Ir. 117-120 vacua. Folio Iv adglutinata est membranula mm. 115 × 30, in qua manus saec. XV scripsit *Gregorij Nazanzeni Episcopi Sermones a Rufino traducti.* In marg. inf. folii 1r ornamentum pictum exstabat, quod, membrana forfice excisa, magna ex parte periit.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

308. Saec. XIV, membran., mm. 316 × 205, ff. 73.

Vita Barlaam et Ioasaph latine reddita (in ms.... *liber gestorum barlaam et iosaphat seruorum dei greco sermone editus a iohanne damasceno uiro sancto et erudito.* Bibliotheca hagiographica latina Bollandiana, Barlaam n. 1).

F. 73r. Excerpta [1]) de virginitate B. M. V. ex s. Bernardi hom. 2, § 2 (super « Missus est ») et ex epist. 174 (M. 182, 332-336; 183, 62); [2]) de virtute in communi ex variis locis praesertim eiusdem Bernardi. Primus locus excerptus est ex libro Guilelmi abb. s. Theoderici De contemplando Deo (M. 184, 378, A, 8-11); ultimum ex epist. s. Bernardi ad Sophiam virginem (M. 182, 257, A, 6-8). In folio 73v alia eiusmodi, ut videtur, excerpta legebantur, quae nunc maxima ex parte perierunt.

Litterae initiales rubrae et caeruleae. Titulus (f. 1) minio exaratus. F. 72v rubris litteris *Quoniam in die mandauit dominus benedictionem et non. c. suum:* subnectitur

litteris nigris *Finito libro laus sit et gloria christo. Amen.* In parte folii inf. lineae tres prorsus erasae.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

309. Saec. XIII, membran., mm. 202 × 145, ff. II. 154.

Vita Barlaam et Ioasaph latine reddita (in ms. *Incipit liber barlaam de uita monachorum quem composuit Iohannes damascenus.* Bibliotheca hagiographica latina Bollandiana, Barlaam n. 1).

Litterae initiales rubro et caeruleo pictae. Correctiones et additamenta tum inter lineas tum in marginibus passim occurrunt. Ff. I. II^r. 153^v. 154 vacua. II^v manu saec. XV *Historia Barlaam et iosaphat per ioh. Damascenum.* 1^r manus librarii aequalis in summo marg. *403 Carte CLIIII.* notavit et pictor miniarius titulum *Incipit liber barlaam de uita monachorum quem composuit Iohannes Damascoenus.* 153^r manu saec. XIV *Liber Colucij* ⟨Salutati⟩ *de Stignano.*

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

310 (olim 2807, cf. f. 1^r). Saec. XIII-XIV, membran., mm. 302 × 212, ff. XIII. 162.

Miscellanea.

1 (f. 1). **S. Ioannis Damasceni** De fide orthodoxa libri I-IV, Ioanne Burgundione Pisano interprete (in ms. *Iohannis presbiteri damasceni mansus liber incipit in quo est traditio certa orthodoxe fidei capitibus diuisa .c. a burgundione iudice qui pisano de greco in latinum Domino. III. egenio* (!) *beate memorie pape translatus.* Cf. M., P. G. 94, 790-1227). Liber I inc. *Deum nemo uidit unquam ... Ineffabilis est igitur deus et incomprensibilis. Nullus enim recognoscit patrem nisi filius.* Lib. IV des. *et indeficiens id quod ab ipso est gaudium fructificantes Amen.* Praemittuntur (f. XI^v) capitula, quorum I inc. *Quoniam incomprehensibilis est deus et quoniam non est* et C est hoc: *De resurrectione mortuorum.*

2 (f. 25). **S. Ioannis Chrysostomi** homilia « quod nemo laeditur nisi a se ipso ». Inc. *Scio quod crassioribus quibusque et presentis uite illecebris inhiantibus.* Des. *Si omnes qui terram et mare habitant circumueniant ad ledendum: nequaquam poterunt ei nocere qui a semetipso non leditur* (S. Ioan. Chrysostomi opera, Parisiis 1581, v. 5, col. 656-673; cf. M., P. G. 52, 459-480).

3. S. Anselmi Cantuariensis archiep. opera complura. [1] (f. 30^v). Dialogus (in ms. *tractatus*) de veritate (M. 158, 467-486), praeviis capitulis (S. Anselmi opera ed. Gerberon, Venetiis 1744, v. 1, p. XXXIII). [2] (f. 35^v). Dialogus (in ms. *tractatus*) de libero arbitrio (M. ibid., 489-506), praemissis capitulis (Gerberon, 1, p. XXXIII). [3] (f. 40). Dialogus (in ms. *tractatus*) de casu diaboli (M. ibid., 325-360) cum capitulis (Gerberon, 1, p. XXXI). [4] (f. 49). De conceptu virginali et originali peccato (M. ibid., 431-464), praeviis

capitulis (Gerberon, 1, p. xxxii). [5] (f. 55). Cur Deus homo, praemissis capitulis (Gerberon, 1, p. xxxi-xxxii), liber I; - (f. 65) II (M. ibid., 359-432). [6] (f. 72). De processione s. Spiritus (M. ibid., 285-326). [7] (f. 80). De azimo et fermentato (in ms. *Incipit epistola de sacrificio azimi et fermentati.* M. ibid., 541-548). [8] (f. 81). De sacramentorum diversitate (in ms. *Epistola de sacramentis ecclesie...* M. ibid., 551-554). [9] (f. 82). De concordia praescientiae et praedestinationis et gratiae Dei cum libero arbitrio (M. ibid., 507-542). [10] ((f. 89). De fide Trinitatis et de incarnatione Verbi, omissa praefatione (in ms. *Incipit epistola.. de incarnatione uerbi.* M. ibid., 261-284). [11] (f. 93v). ⟨Proslogion⟩ sine prooemio et fine (M. ibid., 223-240, B, 14 usque ad v. *non immunda sed*). [12] (f. 97). Proslogion (M. ibid., 223-242), praeviis capitulis (Gerberon, 1, p. xxx-xxxi). [13] (f. 100). Epistula 103 (ex hoc cod. et ex ms. Sagiensis monasterii ed. Gerberon, ex quo M. 159, 252). [14] (f. 100v). Monologium (M. 158, 141-224), praeviis capitulis (Gerberon., 1, p. xxix-xxx). [15] (f. 114). Epistula 29 (M. 159), [16] (f. 114v) epist. 2 (subnectitur (f. 115b, lin. 9 ab imo) parvum fragmentum de diversis virtutibus, quibus indiget homo post originale peccatum. Inc. *In ipsa quippe sua origine in qua iustus homo conditus fuerat.* Des. *Nunc ergo maioribus studiis utimur cum salutem necquaquam habitam. sed reparare curamus ablatam*), [17] (f. 115v) epist. 105, [18] (ibid.) epist. 12, [19] (f. 116) epist. 11.

4 (f. 116v). ⟨**Eadmeri** monachi⟩ De s. Anselmi similitudinibus, duobus ultimis capitibus omissis (M. 159, 605-702).

5 (f. 145). ⟨**Gaunilonis** monachi⟩ Pro insipiente (M. 158, 241-248).

6 (f. 146). ⟨**S. Anselmi Cantuariensis** archiep. Apologeticus contra Gaunilonem⟩ (in ms. *Contra respondentem pro insipiente.* M. ibid., 247-260).

7 (f. 148). ⟨De homine bono et malo⟩. Inc. *Bonus homo de omnibus hominibus bonis et malis. bonum sibi adquirit.* Des. *O quam durus. o quam amarus est superbie egressus. que angelos deiecit. homines minauit de paradiso.*

8. S. Anselmi Cantuariensis archiep. [1] (f. 148v) epistula 17 (M. 158, 1166-1167); [2] (f. 149) ⟨Meditatio XI De redemptione humana⟩ usque ad v. *gustare per amorem* (M. ibid., 762-769, A, 6).

9 (f. 151). **S. Bernardi** Meditationes ⟨de humana conditione⟩ (M. 184, 485-508).

10 (f. 155v). **S. Ambrosii** De bono mortis (M. 14, 567-596).

Ff. II-Xr glossarium philosophicum continent manu saec. XIV exaratum. Inc. *Accidens. Quod vnum accidens sit in diuersis quia uirtus vna est in diuersis.* Des. *christianus. christianus. nullum deus reicit a se sub nomine accedentem...*

Litterae maiores pariter atque maximae rubro et caeruleo colore alterna vice exscriptae. Tituli rubri. In marginibus correctiones, additiones, notabilia passim occur-

runt. F. I[r] manu saec. XVI *2807*, dein *Io. Damasceni lib. de orthodoxa fide et alia aliorum 2807.* I[v] saec. XIV indicis pars, quaedam plumbo exarata et nota numeralis *LXXXVII.* X[r] manu saec. XVI *Ex viij. Pluteo Bibliothecae magnae secretae.* 162[v] in margine summo *Ad usum ffratris Ludouici de sancto Martino de Venetiis minorum emptus a quodam iohanne francisci zati florentino | anno domini 1364° 3ª die marcij presentibus ffratribus iohanne buratto de lug̅ et zanebono de ueneciis ubi tunc | cum isto alios plures libros emi*, dein multa plumbo pallidissime exarata.

Integumentum ex duabus tabulis constat saec. XVI corio castaneo impresso obductis. Fibulae ceciderunt.

311 (olim 2523, cf. f. 1[r]). Saec. XIV, membran., mm. 226 × 160, ff. VI (III-VI chart.). 217 (+ f. 122 bis numerato, — f. 213 librarii neglegentia omisso).

S. Ioannis Damasceni et pseudo-Dionysii Areopagitae opera complura.

1 (f. 1). **S. Ioannis Damasceni** De fide orthodoxa libri I-IV a Ioanne Burgundione Pisano in latinum translati, omnino ut in cod. praecedenti. Liber I inscribitur: *Iohannis presbiteri damasceni. liber primus incipit. in quo est traditio. Quoniam incomprehensibilis est deus, et quoniam non oportet querere et scrutari que non sunt tradita nobis a sanctis patribus prophetis apostolis et euangelistis certa ortodoxe fidei capitulis diuisa .C. a burgundione iudice ciue pisano, de greco in latinum domino .IIIº. eugenio beate memorie pape translatus.* Inest marginibus commentariolus, qui inc. *Materia huius libri haberi potest ex eo quod in apocalypsi dicitur ego sum alpha et* ω et des. (f. 99[v]) *conflagratione diffundet se et ascendendo et descendendo et dilactando se per partes mundi.*

2. ⟨**Pseudo-Dionysii** opuscula a Ioanne Sarraceno in latinum translata⟩ (S. Dionysii Areopagitae opera quintuplici translatione versa, Coloniae 1556, p. 758-840). [1] (f. 104). ⟨De caelesti hierarchia⟩. Inc. *Omne datum bonum... Sed et cunctus a patre mote luminis apparitionis processus.* Des. *silentio uenerantes.* Praeeunt: [a] (f. 101) translatoris prologus: *Quoniam prudentie uestre - poteritis imperare;* [b] (f. 101[v]) epigramma: *angelicarum scripturarum;* [c] (ibid.) capitula, quorum I inc. *quod omnis diuina illuminatio*, et XV inc. *que formatiue angelicarum uirtutum ymagines;* [d] (f. 102[v]) ⟨prologi I-IV in pseudo-Dionysii opera⟩ f. 206 rescripti, quorum I: *Primus liber qui inscribitur de celesti ierarchia - uidelicet introducat etc.;* II: *Secundus uero cui est inscriptio de ecclesiastica ierarchia - ut celestis futura etc.;* III: *Tertius dehinc continet - in ipso intelligenda esse;* IV: *Quartus de mistica theologia - per excellentiam essentie recurrere* (?). [2] (f. 124[v]). De ecclesiastica hierarchia. Inc. *Quod nostra quidem ierarchia.* Des. *diuini ignis accendam scintillas.* Praeeunt: [a]) translatoris prologus: *Post translationem angelice ierarchie - rationes ostendisse;* [b]) epigramma: *Signa reuerendorum;* [c]) capitula, quorum I inc. *que ecclesiastice ierarchie tra-*

ditio, et VII inc. *de hiis que fiunt.* [3] (f. 154ᵛ). De divinis nominibus. Inc. *Nunc autem o beate.* Des. *duce deo transibimus.* Praemittuntur: [a] (f. 153ᵛ) prologus: *Memor hospicij - reor referendam;* [b] (f. 154) capitula, quorum I inc. *Que sermonis intentio,* et X inc. *De sancto sanctorum.* [4] (f. 193). De mystica theologia, praevio prologo: *Ante misticam theologiam - disco et doceo interpretatur.* Inc. *Trinitas supersubstantialis.* Des. *absolui et supra tota.* [5] (f. 196). Epistulae I-XII. Prima inc. *Tenebre occultantur lumine.* Ultima des. *Quem decet gloria. laus. et cultus cum patre et spiritu sancto nunc et semper in secula seculorum amen.*

Ff. 201-214ᵃ tabulam continent fidei christianae. Inc. *In nomine sancte et indiuidue trinitatis... Anno domini millesimo Tricentesimo septuagesimo octauo Indictione prima. die XXIX mensis aprilis Incipit bona et vtilis tabula fidei christiane in qua plura sub breuibus verbis continentur. Primo septem uirtutes principales.* Mutila des. *Octauus* (scil. articulus fidei) *est credere in perso*⟨na⟩ *spiritus sancti hunc bartholom*⟨aeus apostolus dicens⟩ *credo in spiritum* ⟨sanctum⟩.

Codex duobus fasciculis constat, quorum prior ff. 1-100 continet litterasque maximas exhibet rubro et caeruleo colore distinctas, alter reliqua complectitur folia et litteras maximas praebet auro rubro caeruleo colore depictas. Tituli minio, litterae maiores rubro et caeruleo colore exaratae. Ff. IV-VI. 215ᵛ vacua. Iʳ notula saec. XVI *Io. Damasceni libri n° 2523.* Iᵛ versus quinque ⟨de tribus Mariis⟩: *Anna solet dici tres peperisse marias* etc. aliaque nullius momenti. In foliis II. 100. 211ᵛ. 214ᵛ possessorum notulae occurrunt turpiter erasae, in quarum una (f. 214ᵛ) has deprehendimus voces *...fratrum ordinis predicatorum.* IIᵛ manu saec. XVI *4 libri theologiae iohannis Damasceni.* III index a librario saec. XVIII conscriptus. 213ᵛ quaedam parvi momenti. 215 calami probationes. 216-217 ex quodam redituum libro saec. XIV-XV exarato avulsa.

Integumenti tabulae corio castaneo saec. XVI obductae fibularum vestigia exhibent.

312. Saec. XIV ex., membran., mm. 233 × 168, ff. II. 112.

S. Ioannis Damasceni De fide orthodoxa libri I-IV a Burgundione Pisano in latinum translati, ut in cod. 310. Praeeunt (ff. I. IIʳ) capita, ut in cod. cit. Opere absoluto (f. 112ᵛ), scriptum legimus *Explicit liber quartus iohannis damasceni in quo est traditio certa ortodoxe fidei, Capitulis diuisa centum a burgundione iudice ciue pisano. de greco in latinum. domino tertio eugenio beate memorie papa translatus.*

Tituli minio, litteraeque initiales caeruleo et rubro colore alterne illitae atque lineolis rubris et caeruleis alterna vice exornatae. In tertio custodiae folio titulus Clementis XI aetate conscriptus. F. IIᵛ stemma *L*⟨udovici de Torres⟩ *Archiepisc. Montisregal.* atramento delineatum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

313. Saec. XIII, membran., mm. 226 × 145, ff. 185 (— f. 177 librarii oscitatione omisso).

S. Ioannis Damasceni De fide orthodoxa libri I-IV a Burgundione Pisano in latinum translati, ut in cod. 310. In codice nulla est librorum distinctio, et opus inscribitur *Ioannis presbiteri damascheni* (!) *qui mansur. Liber incipit in quo tradicio est certa orthodose* (!) *fidei capitulis diuisa centum. a Burgundione iudice ciue pisano de greco in latinum domino secundo* (!) *Eugenio beate memorie pape translatus.*

Litterae initiales et saepe etiam tituli minio exscripta sunt. Variae lectiones et correctiones non una manu saec. XIV. XV inter lineas exaratae passim occurrunt. Ff. 182-184 alia manu coaeva suppleta. Folio 184^v calami probationes tum latina tum gallica lingua conscribillatae. 185 vacuum.

In tegumenti dorso aeque atque in chartula priori operculo adglutinata stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii impressa sunt.

314. An. 1439 (cf. f. 197^v), membran., mm. 369 × 252, ff. 247.

Didymi Alexandrini, s. Ambrosii et aliorum opera complura.

1 (f. 1^r). **Didymi Alexandrini** liber De Spiritu sancto a s. Hieronymo in latinum translatus, praevia interpretis praefatione (M. 23, 107-162).

2. **S. Ambrosii** [1] (f. 25) De fide (in ms. litteris capitalibus *Incipit beatissimi Ambrosii ad Gratianum piissimum et christianissimum imperatorem De Trinitate liber primus. Lege feliciter; at in multis exemplaribus inuenitur talis titulus. Libri beati Ambrosii De fide ad Gratianum sunt autem numero nouem: quinque de Trinitate: unus De incarnatione: tres De Spiritu sancto*) ad Gratianum liber I; - (f. 36^r) II; - (f. 47^r) III; - (f. 58^r) IV; - (f. 71^r) V (M. 16, 549-726). [2] (f. 92^r). De incarnatione (in ms. *Liber sextus...* M. ibid., 853-884). [3] (f. 104^r). De Spiritu sancto (in ms.... *Sequitur septimus De fide qui est primus De Spiritu sancto...*) liber I; - (f. 120) II; - (f. 135) III (M. ibid., 731-850). Singulis libris praeeunt (ff. 104. 120. 134^r) capita (G. Mercati, *Le* Titulationes *nelle opere dogmatiche di s. Ambrogio, Milano* 1897, p. 13-18). Libro I (f. 104) praemittitur Gratiani epistula ad s. Ambrosium (M. ibid., 913-914).

3 (f. 151). **Paschasii** *sancte. romane ecclesie cardinalis* De Spiritu sancto liber I; - (f. 160) II (M. 62, 9-40). Praeeunt priori libro capitula XIII (I *Dominum spiritum sanctum aperte de capite fidei idest de symbolo intelligendum,* XIII *Localem non esse spiritum sanctum*), et alteri libro capitula XII (I *Quia nulla creatura rationabilis cognatę creaturę possit infundi,* XII *Vbi eos qui spiritus sancti templum effecti sunt: ita dicit proficere debere ut deum portare in corpore mereantur*).

4. **S. Nicetae** opuscula tria. [1] (f. 169). De ratione fidei (in ms. *allo-*

cutio... M. 52, 847-852). [2] (f. 171). De Spiritus sancti potentia (M. ibid., 853-864). [3] (f. 176). Tractatus de diversis appellationibus D. N. Iesu Christo convenientibus usque ad v. *a mundi constitutione* (M. ibid., 863-866).

5. **S. Ambrosii** [1] (f. 178) De mysteriis initiandis (M. 16, 405-426). [2] (f. 184). De sacramentis liber I; - (f. 188^{r}) II; - (f. 188^{r}) III; - (f. 190) IV; - (f. 192^{r}) V; - (f. 195^{r}) VI (M. ibid., 435-482). [3] (f. 198). De excessu fratris sui Satyri (in ms.... *De morte. beati. Satiri fratris sui. siue de resurrectione*) liber I; - (f. 209) II (M. ibid., 1345-1414). [4] (f. 229). De obitu Valentiniani consolatio (in ms.... *De consolatione Valentiniani imperatoris.* M. ibid., 1417-1444). Des. *matura resurrectione conserues.* [5] (f. 239). De obitu Theodosii oratio (in ms.... *De obitu Theodosij. imperatoris. ubi die quadragesima eius. fecit. uerbum. Ambrosius.* M. ibid., 1447-1468).

Codicem diligenter exscriptum litterae maximae et maiores commendant auro illitae et frondibus pro ingenio intextis variisque coloribus distinctae. Tituli saepe saepius rubris notis capitalibus exarati; litterae magnae auro et caeruleo colore insignes. Correctiones tum inter lineas tum in marginibus hic illic occurrunt. Nulla sunt verba graeca, sed spatium ad ea excipienda vacuum relictum est. Ff. 24^{v}. 177^{v} vacua. In parte superiore folii 1 manus saec. XV indicem non integrum conscripsit, et in margine infer. pictor faciem hominis barbati quater in orbem depinxit. 197^{v} litteris maiusculis scriptum legimus *Explicit beati Ambrosii De sacramentis liber sextus; | explicit. die. XII. decembris. M. CCCC. XXX VIIII.* Inter f. 197 et 198 tria folia forfice excisa sunt, quae s. Ambrosii librum De sacerdotibus continebant uti eruitur ex notula (f. 197^{v}) *Incipit eiusdem Ambrosij de Sacerdotibus Sermo uel liber.* Codicem descripsit A. Mai (SS. Episcoporum Nicetae et Paulini scripta ex vaticanis codd. edita, Romae, 1827, p. VII).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. Zelada card. bibliothecarii.

315. Saec. XI, membran., mm. 361 × 232, ff. II. 233.

<Pseudo->Hieronymi Breviarium in psalmos (M. 26, 871-1346).

Codex binis columnis oscitanter exaratus. Litterae maximae rubro flavo caeruleo colore, alias et imaginibus rudi manu depictae, maiores minio aut nigro atramento exscriptae, tituli rubro delineati. Quaterniones in imis foliorum marginibus saepissime numerati sunt. Ff. I. II. 232. 233 ex codice saec. XIV avulsa continent quasdam quaestiones de iure canonico, quas distincte recensere non iuvat. II. 233 admodum evanida. In margine f. 215 infer. legitur *Ego Petrus.* 231^{v} pauca subiciuntur parvi momenti.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

316. Saec. IX-X, membran., mm. 361 × 232, ff. 222 (+ ff. 13^{a}. 153^{a} librarii neglegentia omissis).

<Pseudo->Hieronymi Breviarium in psalmos (M. 26, 871-1346).

Codex duabus columnis diligenter exscriptus. Litterae maximae interdum minio illuminatae, maiores rubro aut nigro atramento distinctae, tituli uncialibus notis rubris aut

nigris exarati. Singuli quinterniones in imis foliorum marginibus supputati. Correctiones marginales et interlineares plerumque ipsius librarii manu occurrunt. Post f. 131 folium unum excidit. Margines complurium foliorum forfice excisi interdum laciniis resarti.

F. 1 a tineis corrosum, litteris capitalibus ingenioso nexu intextis hunc praefert titulum *Incipit breuiarum sancti Hieronimi presbiteri in psalterio*, et in margine superiore *Ieronimus super psalterium.* 159^{v} ⟨quaedam antiphonae de s. Caecilia⟩ mendosissime ab altero librario exscriptae. 222^{r} litteris maiusculis scriptum legimus *Explicit tractatus ps | psalmorum sancti Heronimi | presbiteri numero CL explicit tra | Ego Norbertus scripsi | acolitus* |||| |||| 222^{v} manus saec. XI scripsit "confiteor„ et "misereatur„ a communibus diversa et duas antiphonas quas et notis musicis instruxit.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

317. An. 1554 (cf. f. 258^{v}), chart., mm. 352 × 245, ff. 260 (— ff. 36. 43. 90 librarii oscitatione omissis).

1 (f. 3). ⟨**Pseudo-**⟩**Hieronymi**⟩ *Expositio super psalmos* (cuius specimen ap. M. 26, 1355-1378) maxima ex parte ex Arnobii commentario desumpta (cf. M. 53, 327-570). Inc. *Beatus vir ... Quidam putant istius psalmi clauem.* Des. *spiritualibus ditati fructibus mereamur adiungi concinnentibus. Ipsi gloria et imperium cum aeterno patre et spiritu sancto in cuncta saecula saeculorum. Amen. Explicit tratactus (!) psalmorum sancti Hieronymi praesbiteri.* Praemittuntur: [1] (f. 1) ⟨pseudo-⟩Hieronymi praefatio in librum comitis (M. 30, 501-504); [2] (f. 1^{v}) ⟨pseudo-⟩Damasi epist. 5 (M. 13, 440-441); [3] (f. 2) ⟨pseudo-⟩Hieronymi epist. 47 usque ad v. *ut uox ista laudis semper canatur quod est. Alleluia* (M. 30, 304-305, A, 5).

2. Expositiones in cantica (f. 238^{v}) Isaiae, (f. 239) Ezechiae, (f. 242) Annae, (f. 245^{v}) Moysi "Cantemus Domino„ (f. 251) Habacuc, (f. 255) Zachariae. Prima inc. *Confitebor tibi domine ... Qui prius in solitudine dixeratis, quando ascendistis de terra aegypti et mare siccatum est rubrum.* Ultima des. *Atque ad mansionem perpetuae pacis possumus intrare quod promisit.*

3 (f. 252^{v}). Deuteronomii fragmentum, scil. a cap. 31, 22 ad finem.

4 (f. 255^{v}). *Expositio* ⟨pseudo-⟩*Athanasii super fidem catholicam.* Inc. *Quicumque ... Fides dicitur credulitas, siue credentia catholica. Catholica uniuersalis dicitur.* Des. *Viuos dicit eos quos tunc aduentus dominicus in corpore uiuentes inuenerit, et mortuos: iam antea sepultos, et aliter dicit uiuos iustos, mortuos peccatores. Ad cuius aduentum* etc.

5 (f. 258). *Expositio orationis dominicae.* Inc. *Oratio dominica propriae dicitur quia Christus filius Dei uiui, de impenetrabile sapientia sua docuit discipulos suos orare.* Des. *libera nos a malo: idest sua pietas liberet a peccato, a diabolo, ab omni opere malo, vel de inferno: Amen.*

Codex littera currenti diligenter exaratus. Tituli rubri, psalmorum initia gothico charactere exscripta, litterae initiales, duabus primis exceptis auro illitis et caeruleo

aut rubro colore exornatis, rubro et caeruleo colore alterna vice depictae. Foliorum enumerationem librarius ipse in marginibus infer. notavit. Ff. 259. 260 vacua. 2ᵛ tabella in qua titulus litteris capitalibus *Beati Hierony- | mi | expositio | super psalmos*, tria trimontia aurea et duae spicae aureae. 258ᵛ notulam legimus *Ferdinandus Ruano. c. Pacēn. scriptor Bibliothecae. apostolicae. Vaticanae. scribebat Romae. | anno. Domini. M. D. L IIII Pontificatus Sanctissimi D. D. N. Iulij tertij. Anno eius quin- | to.*

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

318 iam Pii VI tempestate deperditus foliis constabat 261 et continebat iuxta inventarium Rainaldianum: [1] (f. 1) s. Hieronymi Commentarium in Ecclesiasten *(Memini* etc. *Tribus nominibus)*; [2] (f. 53) eiusdem Traditionum hebraicarum in Genesim lib. I *(Qui in principijs* etc. *In principio)*; [3] (f. 83) eiusdem Quaestionum hebraicarum in libros Regum libros I-III *(Fuit uir unus de Ramath)*; [4] (f. 105) Origenis Homilias in Iesu Nave a s. Hieron. translatas *(Donauit Deus nomen quod)*, praevio (f. 104) interpretis prologo *(In diuinis uoluminibus)*; [5] (f. 149) Sermonem in s. Stephanum *(Stephanus autem interpretatur)*; [6] (f. 171) Origenis Homiliam IX in librum Iudith latine redditam *(Lector quidam prȩsentis lectionis)*; [7] (f. 203) s. Hieronymi De locis hebraicis librum I *(Eusebius* etc. *Ararat Armenia)*; [8] (f. 232) eiusdem De nominibus hebraicis V. et N. Testamenti *(Philo uir disertissimus Iud.)*.

319. Saec. XII, membran., mm. 345 × 243, ff. 174.

S. Hieronymi Explanatio in Isaiam, libris XI-XVIII omissis (M. 24, 17-390). Prologus libri I hunc prae se fert titulum: *Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri in explanatione ysaiȩ prophetȩ ad eustochium uirginem relictam filiam sanctȩ paulȩ.*

Codex binis columnis exaratus litteras maiores pariter ac maximas exhibet rubro aut herbaceo, aut caeruleo colore depictas. Tituli et capitum numeri minio distincti. Verba graeca litteris latinis scripta. Exstant hic et illic correctiones in rasuris. Foliorum enumerationem stilo plumbeo manus recens signavit. Singuli quaterniones in imis foliorum marginibus numerati sunt. F. 174ᵛ *Explicit liber decimus prime partis in ysaiam prophetam*, dein valde deleta verba *Liber sanctȩ. mariȩ | belouacensis ecclesiȩ | si quis ei abstulerit | sit anathema ma. . . .*

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

320. Saec. XV, membran., mm. 343 × 237, ff. 194.

⟨**S. Hieronymi** Commentariorum in Isaiam libri I-XVIII⟩ (M. 24, 17-704).

Codicem duabus columnis exscriptum commendant ornamentum margines folii 1 complectens, litterae initiales auro illitae et frondibus pro ingenio intextis ornatae, et litterae maiores aureae et caeruleo colore illuminatae. Verba graeca charactere latino exarata. Tituli et capitum numeri omissi sunt. Foliorum enumeratio manu recenti signata. F. 194ᵛ vacuum. In folio 1 pictura s. Heronymum repraesentans genibus nixum et pectus lapide sibi contundentem: in eiusdem folii ornamento hominis barbati facies conspicitur quater in orbem repetita.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

321. Saec. X, membran., mm. 343 × 280, ff. I chart. 189 (+ ff. 10^{a}, 128^{a} librarii neglegentia omissis).

S. **Hieronymi** Commentariorum in Isaiam lib. I-XI (M. 24, 21-424).

F. 189^{v}. Finis passionis s. Anastasiae, scil. a verbis ⟨mis?⟩ *it et uniuersos inde deposuit* (Biblioth. Casin., 3, flor., p. 184) imperitissima saec. XII manu in membrana olim vacua exaratus.

Codex binis columnis nitidis litteris perscriptus est a tribus librariis, quorum primus ff. 1-54, alter ff. 55-126, tertius ff. 127-189^{r} exaravit. Duo posteriores alter rubro alter rubro et viridi colore litteras initiales pingunt, ad hoc communi quaternionum supputationi propriam singulorum a se scriptorum superaddunt: ultimus iis verbis *finitus.. liber..* libros praeter morem concludit.

Exstant hic illic variae lectiones, praeterea plures adnotationes manu tum X (f. 1^{v}, 3^{v} etc.) tum XIII saec. (f. 30^{v}, 101^{v} etc.) margini adscriptae.

Decidit primum folium prologum et initium libri I continens: suffectum fuit saec. XI folium membranaceum minoris formae, mm. 217 × 145, folio I^{v} vacuo recens adglutinatum, quod verba *explicit prologus* non tamen ipsum prologum exhibet. Recens restaurata sunt folia complura, quae margine excisa, lacerata et erosa erant. F. 1^{r} in calce *I. Ioffridi* (Iouffroy).

Integumentum tesseras gentilicias Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii exhibet.

322. Saec. XV, membran., mm. 369 × 248, ff. 288.

S. **Hieronymi** Commentariorum in Isaiam lib. I-XVIII, praemisso (f. 1) prologo (M. 24, 17-704).

Liber nitide exaratus. Folii 1^{r} margines et litterae maximae auro et coloribus affabre ornata sunt: litterae initiales pericoparum propheticarum rubro caerulove colore conspicuae. Prologi fere omnes proprio titulo et subscriptione a textu secernuntur. Exstant hic illic variae lectiones et correctiones. Çirca finem in textu plura spatia vacant lectionibus graecorum interpretum reservata. F. 288 vacuum: inest tantum in calce supputatio litterarum elegantiorum a pictore facta: *lettere d'oro 27 | lett. a penna 309.*

In tegumento tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

323. Saec. XV, membran., mm. 341 × 234, ff. 248.

S. **Hieronymi** In Ieremiam, Ezechielem et Danielem explanationes (M. 24, 705-936: 25, 15-610).

1 (f. 1). In Ieremiam liber I; - (f. 12) II; - (f. 23^{v}) III; - (f. 35) IV; - (f. 46^{v}) V; - (f. 57^{v}) VI. **2** (f. 69). In Ezechielem prologus et l. I; - (f. 80) II; - (f. 88) III; - (f. 98^{v}) IV; - (f. 109) V; - (f. 117^{v}) VI; - (f. 127) VII; - (f. 137) VIII. Inc. *Iuditii est eorum qui conscientie;* - (f. 147^{v}) IX. Inc. *Prophetiam Tyri;* - (f. 157^{v}) X; - (f. 167) XI; - (f. 180^{v}) XII; - (f. 191) XIII; - (f. 203^{v}) XIV. **3** (f. 219). In Danielem.

Codex binis columnis exaratus. Folium 1^{r} auro et coloribus eleganter ornatum initio s. Hieronynum exhibet flexo genu in eremo orantem, inferne vero, in scuto caeruleo,

faciem viri barbati quater in orbem repetitam. Litterae initiales plurimae sive maximae sive minoris formae variis coloribus pictae sunt, tituli librorum rubro. Tituli desunt inde a l. VI in Ezechielem, libro IX excepto. Exstant hic illic correctiones prioris, forte et alterius manus (f. 127). Ff. 217 (magna ex parte). 218. 246-248 vacua.

In tegumento stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

324. Saec. XV, membran., mm. 233 × 158, ff. 150 (+ 31^a sine numero).

S. Hieronymi Explanationis in Hieremiam lib. I-VI (M. 24, 705-936).

Littera maxima f. 1^r auro et variis coloribus ornata: reliquae litterae initiales rubro et caerulo. Excidit folium unum in fine supremi quaternionis. Supputator numerum *32* folio tricesimo quarto perperam adscripsit. F. 150 maxima ex parte vacuum.

In tegumento tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

325. Saec. XI-XII, membran., mm. 342 × 254, ff. I. 151.

1. S. Hieronymi [1] Explanationum in Ezechielem (f. 1) lib. I; - (f. 22) II; - (f. 38) III; - (f. 59) IV; - (f. 81^v) V; - (f. 101) VI (M. 25, 15-208). [2] (f. 124^v) De viris inlustribus (Richardson p. 1-56).

2 (f. 149) ⟨**Nicetae Aquileiensis**⟩ De diversis appellationibus D. N. Iesu Chr. convenientibus (in ms. *sermo de diuersis Domini uocabulis Aug*⟨ustino⟩ *compositus*. M. 52, 863-866).

Codex binis columnis nitide exaratus. Litterae initiales maximae variis coloribus ornatae, minores vero illaeque titulorum rubro scriptae. Folio I^v haec leguntur litteris capitalibus inter se ligatis insertisque quadro multicori inscripta: *In hoc corpore continentur explanationum sancti Ieronimi in Ezechielum prophetam libris sex.* Vel pleniorem indicem manus saec. XIV inscripsit margini superiori eiusdem f^r. olim vacui. F. 1^r inferne bini angeli nubibus insidentes insigna efferunt card. Philippi Calandrini († 1476) affabre picta. Ff. 126^r. 144. 147-148 tria spatia vacua sunt: omittuntur in indice virorum inlustrium *capitula uel nomina* LXXXVII-C, in capitibus 83-85 verba *eundem de pitonissa – et infinitae*, denique capita omnia inde a verbis c. 117 *et uituperasse* usque ad finem capitis 134 (Rich., pp. 5, 6-20; 43, 29 - 44, 15; 52, 6 - 55, 15). Eidem libro in margine apponuntur interpretationes nominum graecorum hic illic occurrentium. F. 151 vacuum est.

In tegumento tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

326. Saec. IX-X. XII. XV, membran., mm. 255 × 196, ff. II. 250 (+ ff. 55-64 bis numeratis; + f. 26^a chart.).

S. Hieronymi Explanationis in Ezechielem lib. I-XIV (M. 25, 15-512). Lib. II inc., omisso prologo, ⟨E⟩*t tu fili.*

F. 26^a. *Vespasianus* ⟨da Bisticci⟩ *librarius I*⟨oanni Iouffroy⟩ *episcopo Atrabatensi ac S*⟨anctissimi⟩ *Domini Nostri referendario.* Epistula inc.: *Pauci sunt dies elapsi:* data est: *Florentie die X Ianuarii MCCCCLX.*

Liber a sex librariis diversis temporibus exaratus est. Primus saec. XV supplevit f. 1-10: litteras maximas et verba graeca omisit. Alter (ff. 11-47), tertius (ff. 48-63,

86-90), quartus (ff. 64-69) et quintus (ff. 70-85) sunt omnes saec. XII. Secundus et ipse litteras initiales pariter ac titulos librorum omisit, reliqui vero exhibent rubro colore picta. Folia tria excisa sunt ante f. 11, unum ante 86; praeterea dimidiatum est f. 47 nullo textus detrimento (f. 47^v vacat); denique restitutus est ordo quaternionum trium olim perturbatus, ut patet ex notulis erasis in calce f. 15^v *non copulatur cum sequentibus*, f. 23^v *Re. . . .* (legi nequit), f. 31^v *reuertere retro ad XVI. folia*. F. 40^v eadem prima manu ex parte rescriptum.

Librarius ultimus saec. IX-X admodum eleganter ff. 90-249 scripsit: titulos litteris capitalibus rubricatis expressit, notulas nonnullas ipse apposuit (f. 123^v). Haec libri pars vel potius operis tomus initio fuit s. Remigii Rhemensis ut patet ex reliquiis litterarum capitalium erasarum in margine f. 90^v *SCI R. . . .*; 93^v-94 *LIB. SANCTI REMIGII;* 96^v-97 *LIB.* | *XVIII* | *SCI REMIGII*, et ita f. 101^v-102^r. F. 137 in calce superest vestigium primigeniae quaternionum numerationis *q. ui* (? eras.).

Exstant hic illic in volumen universum adnotationes tum XII-XIII, tum XV saeculi. Hae fortasse sunt card. I. Iouffroy, qui librum possedisse videtur. F. II adglutinatus fuit saec. XVI titulus membran., *Hiero. in Ezechielem*. F. 250 vacuum est.

In tegumento stemmata Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

327. Saec. XV med., membran., mm. 259 × 165, ff. 113.

1 (f. 1-72^r). **Hieronymi** In Danielem tractatus (M. 25, 513-610).

2 (f. 73). Vita s. Silvestri papae. Inc. *Hystoriographus noster* (Mombritius f. 279^v-293^r). Des. *cum sancto Flamine ultra cunctorum uolumina seculorum. Amen*, praemissa eadem illa *de translatione sancti Silvestri papae* in Nonantulense monasterium appendice, quam ediderunt Bollandiani, Anal. Boll., 2, 160.

Litterae maiores et maximae variis coloribus pictae. In libro Hieronymi plura loca vacant litteris graecis reservata. Historia Susannae (f. 69^v) proprio titulo inducitur, omissis verbis *hucusque Danielem - subnotabis* (col. 606). F. 72^v in subscriptione: ...*Qui me scribebat Brunonis nomen habebat....* F. 113^v *Explicit uita sancti Siluestri pape et confessoris ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et ad utilitatem corporis et anime Reuerendissimi in Christo patris et domini Petri de Monte utriusque iuris doctoris Dei et Apostolice Sedis gracia Episcopi Brixiensis Ducis Marchionis et comitis. Cuius humilis seruitor et continuus commensalis sum ego Bruno Iohannis de Dauantria Traiectensis diocesis decretorum doctor urbis Patauine. Pax legenti. Vita eterna scribenti. Aperiat Dominus lectori sensum. scriptori uero regnum eternum. amen.* Sequitur locus ex Ioan. 16, 24, et paraphrasis vv. 49-50 Ps. 118. Denique manu saec. XVII *Petrus de monte brixiensis episcopus factus est anno Domini 1442. obiit autem anno 1457. Ita Ugellius tomo 4 Italiae Sacrae.* Folio 58 incuria scriptoris numerus *59* inscriptus est.

In tegumento tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

328. Saec. XV, membran., mm. 284 × 198, ff. I. 129 (+ f. 125 bis numer., — ff. 101-110 oscitatione librarii neglectis).

Sexti sententiae et s. Hieronymi opuscula nonnulla.

1 (f. 1). **Sexti Pythagorici** Sententiae a T. Rufino in latinum conversae una cum prologo interpretis. Praemittuntur Hieronymi (in Ezech. l. VI:

Pulchre in Xysti - conciliaret auribus. M. 25, 181) et Augustini (*II libro retractationum capitulo XLII: librum quo Pelagio - non Christi christyani* etc. M. 32, 647) de libelli auctore censurae.

2. S. Hieronymi opera nonnulla. [1] (f. 7). Expositio in Danielem (M. 25, 513-610). Sequuntur testimonia duo de Methodio ex eodem commentario excerpta. Inc. *Hic* (!) *testimonium perhibet beatus Hier.;* des. *libris poteris inuenire* (M. 25, 606, C). [2] (f. 41v). Adversus Iovinianum (M. 23, 221-352) liber I; - (f. 71) II. [3] (f. 111). De viris inlustribus (Richardson, p. 1-56, lin. 11). Capitula prologo praemittuntur. Liber des. v. *et epithaphium.*

3 (f. 128). *Prefatio de laude sanctissimi et eximii doctoris Hieronimi presbiteri.* Inc. *Licet sanctissimi Hieronymi uitam.* Des. *uir tante sanctitatis et scientie indubie meruit computari.* Auctorem saec. XV uel XIV vixisse constat ex illis verbis: *Exstant insuper laudes* ⟨Hieronymi anno 1346⟩ *composite cum omni ueritate et maturitate per spectabilem et prestantissimum doctorem sacrorum canonum atque iuris ciuilis legum dominum Iohannem de Calderinis ex inclita Bononie ciuitate oriundum, in quibus liquido demonstratur ipsum sanctum uirum omni scientia et diuino spiritu fuisse completum* (cf. G. Fantuzzi, *Scrittori Bolognesi*, 1, 255-256).

Litterae initiales maximae auro et coloribus ornatae, minores vero caerulo, denique tituli rubro colore picti sunt. F. I capite versum legitur nomen possessoris *Ioffridi* (i. e. Jouffroy). F. 129v *Numquam uideat Christum qui librum reprobat istum. - Qui me scribebat nomen certum habebat - Deo gratias amen.* F. 130 vacuum est. Alicubi duplex, immo triplex (f. 91) foliorum supputatio prostat.

In tegumento tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

329. Saec. XII, membran. (ff. 126-130 chart.), mm. 401 × 287, ff. 130.

S. Hieronymi Explanationes in prophetas minores prologis instructae (M. 25, 855-1290). Praecedit fragmentum ⟨libri XVIII Commentarii in Isaiam⟩, scil. a v. ⟨aut⟩*em explanationum* ad v. *obscuritatibus inuoluantur* (M. 24, 653, A, 11-B, 6), cui subiciuntur notae numerales graecae cum suis nominibus et respondentibus numeris latinis.

1 (f. 2). In Oseam. **2** (f. 40v). In Ioelem. **3** (f. 53v). In Amos. **4** (f. 86v). In Abdiam. Prologo subnectitur *ex cetra sibilante. luxuriante sardanapallo, dum altera ethyopicos fluctus bibit, alter madescit unguentis.* **5** (f. 92v). In Ionam. **6** (f. 102). In Michaeam. Extrema commentarii verba (f. 126) manus saec. XVI in folio chartaceo supplevit.

Codex binis columnis descriptus titulisque rubris ornatus, mutilus est in principio et in fine. Littera initialis prima, pariter ac prima inscriptio, minio et viridi colore distincta, reliquae litterae initiales minio tantum depictae. Complurium foliorum margines superiores madore pessumdati. Ff. 126v-130 vacua.

In tegumenti tabula priori scutum cernitur Gregorii XIII.

330. Saec. XV, membran., mm. 357 × 238, ff. 208.

S. Hieronymi in XII prophetas minores tractatus sive explanationes.

1 (f. 1). In Ionam *ad Chromatium episcopum Aquileiensem* (M. 25, 1171-1208). **2** (f. 10ᵛ). In Michaeam (M. ibid., 1207-1290) liber I, cum prologo *Temporibus Ioathe* ut in cod. 1; - (f. 22) lib. II. **3** (f. 34ᵛ). In Naum (M. ibid., 1289-1334). Prologo ad Paulam et Eustochium superadditur alia praefatio ex tribus prologis conflata, scilicet e duobus in cod. 1 n. 29 et tertio in cod. 31 n. 30 descriptis. Ipsa explanatio inc.: *Onus Ninyue. liber uisionis Naum Elcesei. Dominus emulator.* **4** (f. 47ᵛ). In Abacuc (M. ibid., 1335-1402) lib. I; - (f. 57) lib. II. **5** (f. 66ᵛ). In Sophoniam (M. ibid., 1402-1451), omisso prologo « Antequam Sophonias », suffectoque in eius locum alio *Tradunt Hebrei* (Bibl. cum glossa 4, f. 396-397). Des. *praesens et extremum capitulum* (M. ibid., 1451, D, 4). Textus valde decurtatus est. **6** (f. 70). In Aggaeum (M. ibid., 1455-1484). Prologo edito sufficitur alter *Ieremias - significant* (Bibl. cit., 4, f. 401ᵛ-402). Textus decurtatus incipit: *In anno secundo ... Quia iam altare aedificatum fuerat* (M. ibid., 1456, A, fin.), desinit: *annulo consignetur* (M. ibid., 1484, B, 8). **7** (f. 73). In Zachariam (M. ibid., 1485-1616) lib. I, praemisso prologo *Secundo - reuelata* (Bibl. cit., 4, f. 405ᵛ-406); - (f. 85) II; - (f. 97ᵛ) III. **8** (f. 109ᵛ). In Oseam (M. ibid., 855-992) lib. I; - (f. 123ᵛ) lib. II; - (f. 136) lib. III. **9** (f. 148). In Ioel (M. ibid., 993-1036). **10** (f. 160ᵛ). In Amos (M. ibid., 1037-1150) lib. I; - (f. 170) lib. II; - (f. 180ᵛ) III. **11** (f. 191ᵛ). In Abdiam (M. ibid., 1149-1170). **12** (f. 197). In Malachiam (M. ibid., 1617-1654), praemissa praefatione *Deus per Moysen* (Bibl. cit. 4, f. 422ᵛ-423).

Liber binis columnis exaratus. F. Iʳ eleganter pictum. Superne exhibetur Hieronymus magistri more suggestui insidens: inferne facies barbata quater in orbem repetitur. Litterae initiales tum maiores tum maximae auro et variis coloribus ornatae; tituli, subscriptiones singulis libris et prologis adiectae, et capitula rubro distinguuntur. Exstant hic illic variae lectiones et adnotationes. F. 208 fere omnino vacuum est. Codex ab eadem officina libraria et manu prodiisse videtur ac cod. 323.

In operculo stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

331. Saec. XII, membran., mm. 286 × 188, ff. 262.

S. Hieronymi Explanationes in XII prophetas minores (M. 25, 855-1654).

1 (f. 1ᵛ). In Oseam lib. I; - (f. 17ᵛ) II; - (f. 33) III. **2** (f. 48ᵛ). In Amos liber I (praefatio bene patet usque ad v. *in singulis edisseram.* M. ibid., 1041, B, 1); - (f. 58ᵛ) II; - (f. 68ᵛ) III. **3** (f. 80). In Abdiam. **4** (f. 86ᵛ). In Ionam. **5** (f. 98). In Michaeam lib. I (praefatio bene extenditur usque ad v. *in passione contempsit.* M. ibid., 1209, D, 7); - (f. 111ᵛ) lib. II. **6** (f. 126). In Naum. **7** (f. 140ᵛ). In Ioel. **8** (f. 155ᵛ). In Abacuc lib. I; - (f. 167ᵛ) II. **9** (f. 178ᵛ). In So-

phoniam. **10** (f. 196). In Aggaeum. **11** (f. 206). In Zachariam lib. I; - (f. 219) II; - (f. 235) III. **12** (f. 250). In Malachiam.

Liber binis columnis diligenter scriptus. Ff. 1r et 262v vacua sunt. Index (f. 1v) ac deinceps tituli, prima lineola et subscriptiones cuiusque libri et praefationis (semel tantum f. 179 *prologus*) rubro colore pinguntur. Praefationes accurate distinguuntur etiam ubi in edd. (puta in libris altero et tertio) libro ipsi cohaerent. In titulis constanter referuntur illorum nomina in quorum gratiam s. Hieronymus commentarios digessit.

Tegumento priori adglutinatum fuit folium membran. ex parte exsectum, saec. XIII, mm. 282 × 190, continens in recta facie fragmenta casuum iuris disputatorum (inc. *specialiter aliquid debet constitui ... De duobus militibus se guerranzantibus ... De parisiensi qui furni constructionem impetrauit*), in altera autem quaestionum in digestum vetus (inc. *lex prima in principio hoc uerbum oportet*, des. *glo⟨ssa⟩ solitum est*).

In tegumento stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

332. Saec. XV med., membran., mm. 289 × 203, ff. 338.

S. Hieronymi In prophetas minores (M. 25, 855-1654).

1 (f. 1). In Oseam lib. I; - (f. 22) lib. II; - (f. 43) lib. III. **2** (f. 63v). In Ioel. **3** (f. 84). In Amos lib. I (perperam ff. 89v-96v inscribitur *liber secundus*): textus incipit, ut in cod. 331, 2 *Et dixit Dominus* (M. ibid., 1041, B, 2); - (f. 99v) lib. II; - (f. 116) lib. III. **4** (f. 134). In Abdiam. **5** (f. 143v). In Ionam. **6** (f. 159). In Michaeam lib. I, cum eodem prologo ac in cod. 330, 2; - (f. 177) lib. II. **7** (f. 197). In Naum: des. *in quem non intrauit malitia tua* (M. ibid., 1334, B, 11), reliquis omissis. **8** (f. 217v). In Abacuc lib. I; - (f. 234) lib. II. **9** (f. 249v). In Sophoniam (cod. *Simphonia* !): omittuntur prologus « Antequam - invenerat » (M. ibid., 1401-2), et cetera ut in cod. 330, 5. **10** (f. 254v). In Aggaeum. Hic quoque, omnino ut in eodem codice, loco prologi ed. adest praefatio *Hieremias*, praeterea textus decurtatus iisdem verbis incipit et desinit. **11** (f. 259v). In Zachariam lib. I, praemisso prologo *Secundo*, ut in cod. 330, 7; - (f. 278v) lib. II; - (f. 300) lib. III. **12** (f. 231v). In Malachiam, praemisso prologo *Deus per Moysen*, ut in cod. 330, 12.

F. 1r auro et coloribus splendide ornatum Hieronymum exhibet in eremo inter pluteos librorum sedentem et legentem, in calce vero stemma alterutrius card. Barbo. Litterae maximae et ipsae auro variisque coloribus pictae, minores vel titulorum, caerulo aut rubro. Plura loca vacant litteris graecis reservata. In margine frequentes correctiones et adnotationes tum prioris tum alterius italicae manus. In rubricis promiscue occurrunt verba *prologus, praefatio, tractatus, explanatio*; quinquies insolentia illa *incipit textus* (ff. 84, 177, 197, 218v, 322). F. 338v. *Explic. lib. explanationum beatissimi Hieronymi presbyteri super XII prophetis minoribus ad honorem omnipotentis Dei et ad utilitatem Reuerendissimi in Christo patris et d. domini Petri de Monte utriusque iuris doctoris, Dei et apostolice Sedis gratia episcopi brixiensis, ducis, marchionis et comitis: cuius humilis seruitor et continuus commensalis sum ego Bruno Io*(annis)

de D a u a n t r i a *decretorum doctor. Pax legenti: uita eterna scribenti. Aperiat Dominus lectori sensum: scriptori uero regnum eternum. Amen* (cf. cod. 327).

In tegumento stemmata Urbani VIII et S. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

333. Saec. XV, membran., mm. 362 × 247, ff. II. 425 (+ ff. 120, 181 et 388 bis numeratis; — ff. 325-334 oscitatione librarii neglectis).

S. Hieronymi Explanationes in XII prophetas minores et Danielem (M. 25, 513-610; 855-1654). Praemittitur hiis qui sex priores hic sunt commentariis duplex translatio latina tum *secundum hebraicam ueritatem* sive v u l g a t a, tum (praeter quam in Daniele) *secundum LXX* sive a n t i q u a (Sabatier, 2, 962-1012).

1 (f. 3). I n A b a c u c, praemissa versione vulgata (f. 1) et antiqua (f. 2), lib. I; - (f. 18) II. **2** (f. 35). I n S o p h o n i a m, iisdem praemissis (ff. 32. 33). **3** (f. 59). I n A g g a e u m: inc. *Anno secundo.* Praemittuntur versio vulgata (f. 57) et antiqua (f. 58) falsis titulis et subscriptionibus instructae, eo quod pictor finem praecedentis libri praetergressus eiusdem *explicit* etc. Aggaeo vulg. appinxit et ita porro. **4** (f. 82ᵛ). I n Z a c h a r i a m, praemissis iisdem versionibus (ff. 72ᵛ. 77ᵛ), lib. I; - (f. 100ᵛ) lib. II; - (f. 120) lib. III. **5** (f. 143). I n M a l a c h i a m, iisdem praemissis (ff. 140ᵛ. 142). **6** (f. 173). I n D a n i e l e m, praemisso textu *secundum beatum Hieronymum* (f. 160) sive v u l g a t o qui concluditur: *Explicit Daniel propheta. habens uersus* $\overline{\overline{II}}$*. d ccc. L.* (ita! cf. Berger, *Hist. d. l. vulgate,* p. 365). Suprema commentarii pars, omissis verbis « Hucusque - timentem Dominum » (M. 25, 606, C), proprio titulo inducitur (f. 209ᵛ): *Incipit historia Susannae secundum beatum Hieronymum.*

7 (f. 211ᵛ). I n O s e a m lib. I; - (f. 231ᵛ) II; - (f. 251ᵛ) III. **8** (f. 271). I n I o e l e m. **9** (f. 290ᵛ). I n A m o s lib. I; - (f. 305ᵛ) II; - (f. 321) III. **10** (f. 348ᵛ) I n A b d i a m. **11** (f. 357). I n I o n a m. **12** (f. 371ᵛ). I n M i c h a e a m lib. I, praemisso prologo *Temporibus Ioathae* (Bibl. cum glossis, 4, 332-332ᵛ); - (f. 388) II. **13** (f. 406). I n N a u m. Prologus libro consutus est.

Libri eleganter scripti f. 1ʳ et plures litterae maximae auro et variis coloribus, litterae minores caerulo aut rubro, inscriptiones vero et tabula (f. IIᵛ) rubro sunt pictae. Plura peccavit pictor sive litteras omittens (e. g. ff. 232ʳ, 264ᵛ) sive verba monstrose corrumpens sive rubricas suo loco deturbans. Adsunt etiam plures lacunae graecis vocabulis reservatae. Ff. I. IIʳ. et 425 omnino vacua, f. vero 211ʳ maxima ex parte.

In tegumento tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

334. Saec. XII in., membran., an. I. mm. 388 × 279, ff. 46.

S. Hieronymi (f. 4) Commentariorum i n M a t t h a e u m lib. I, praemissis (f. 1) indice capitum (I. *De christi natiuitate. et magis offerentibus munera. et fuga ihesu in egypto* - LXV. *Ubi undecim discipuli abierunt in galileam et locutis est eis ihesus ut docentes baptizarent*) et (f. 3ᵛ) ⟨prologo⟩ (M. 26, 15-228).

Ff. 1^v-2^r indices plures continent operum a Roderico ⟨Sanchez de Arevalo⟩ episcopo Calegurrensi (1468-1470) castellano sancti Angeli editorum, duplici manu saec. XV, quarum prior plura rudioribus litteris addens et corrigens forte ipsius Roderici est.

F. 45. *Prefacio beate Marie magdalene lectio I.* Inc. *Floris huius materię stilo compendiose scribere mandauimus.* Abrumpitur v. *per beatam mariam magdalenam oprobrium fe.* - Textus in VIII lectiones dividitur.

Codex binis columnis exaratus. Litteras maximas linearum intextus et interdum figurae quaedam atramento delineatae distinguunt. Litterae maiores minio plerumque depictae. Tituli sunt notis capitalibus exscripti rubro et nigro colore alterno. In marginibus summis duplex exstat numeratio, altera, antiquior, notis romanis (quae inc. f. 3 et in f. 11-18 desideratur), altera notis arabicis. Hieronymi commentarium passim alia manus correxit et integravit. In marginibus lemmata et notabilia offendes litteris grandioribus parum diligenter adscripta. F. I vacuum, nisi quod in recto notatur *N. 334.* Ff. 1-2. 46 tabulam quandam lingua hispanica conscriptam continebant, quae vero 1^v. 2 erasa est. Folii 25 margo superior, foliorum 26. 39. 43 margines inferiores forfice excisae.

In tegumenti tabulis stemmata Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

335. An. 1460 (f. 189), membran., mm. 278 × 189, ff. 190.

Hieronymi In Marcum et Matthaeum expositiones (M. 28, 609-668; 26, 15-228).

1 (f. 1) In Marcum. Expositio haec Hieronymo falso tributa in XXXVI capita distribuitur secus ac in edito (capp. 21) fit atque in praefatione ipsa promittitur (cap. XVIII vel XVIIII ut in nostro). Nonnulla discrepant ab edito; e. g. in ultima sententia legitur *ducentesimo tricesimo tertio capitulo,* in quot capitula re ipsa Eusebius, liber Amiatinus etc. Marcum dividunt (in prologo 230 noster, 235 ed.). In fine post verba *enarrat,* noster addit: *Hunc libellum breuiter comprehensum qui imitando perscrutauerit regna ei patebunt eterna. Lege ergo et imitare assidue:* quae utrum ad auctorem ipsum spectet annon, dubium est. **2** (f. 37). In Matthaeum lib. I; - (f. 74) II; - (f. 109) III; - (f. 148) IV. Distinctio librorum nulla est.

Liber duobus eiusdem manus codicibus simul iunctis constat; quorum prior ad f. 36 pertingit, alter inde usque ad finem decurrit, ut patet e quinternionum divisione utriusque propria, atque ex eo quod initio ff. 1^r et 37^r auro et variis coloribus picta sunt, et in fine ff. 33^v. 34-36, et 189^v. 190 omnino vacua sunt. Litterae maximae auro et coloribus, minores rubro vel caerulo ornatae sunt. In altero codice lacunae plures lectionibus graecis reservatae: ib. ff. 111, 112 notulae alterius manus saec. XV. F. 189 *Explicit expositio Hieronimi presbiteri super Matheum 1460.*

In tegumento tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

336. Saec. XV, membran., mm. 280 × 195, ff. I. 185.

Pelagii (? in ms. *Hieronimi*) Commentarii in s. Pauli epistulas.

1 (f. 5). In epistulam ad Romanos (M. 30, 669-746). Praeeunt: [1] (f. 1) praefatio *s. Hieronymi* (?), quae inc. *Epistolę ad romanos causa hęc est* et des. *qui emendatus melior factus est* (cf. Thomasi, 1, p. 383-384; Biblioth. casin., 1, flor., p. 289-290); [2] (f. 1ᵛ) ⟨Rabani Mauri⟩ (in ms. *eiusdem*, scil. s. Hieronymi) praefatio: *Primum quaeritur* (M. 111, 1275-1278); [3] (f. 2ᵛ) argumentum, quod inc. *Romani sunt: qui ex iudęis gentibus,* et des. *ad pacem et concordiam cohortatur* (Bibl. cum glossa, 6, f. 2-2ᵛ); [4] (f. 3ᵛ) capitula (Thomasi, 1, p. 388-391); [5] (f. 5) argumentum: *Romani sunt in partes italię* (M. 114, 469). **2** (f. 54ᵛ). In epistulam I ad Corinthios (M. 30, 745-806). Praemittuntur: [1] (f. 50ᵛ) prologus qui inc. *Corinthus metropolis ciuitas achaię est. Huius incolę,* et des. *ipsius epistolę series manifestissime perdocebit;* [2] (f. 51) capitula ut in cod. 40; [3] (f. 54ᵛ) argumentum: *Corinthij sunt achaici* (M. 114, 519). **3** (f. 88). In epistulam II ad Corinthios (M. 30, 805-842), praemissis capitulis ut in cod. cit., et argumento: ⟨P⟩*ost actam poenitentiam* (M. 114, 551). **4** (f. 110ᵛ). In epistulam ad Galatas (M. 30, 841-860), praeviis capitulis 37 ut in cod. cit., et argumento: *Galathę sunt gręci* (M. 114, 569). **5** (f. 120ᵛ). In epistulam ad Ephesios (M. 30, 859-880). Praeeunt: [1]) capitula, quorum I inc. *De apostolo pro ephesiis deprecante et resurrectione domini,* XXX est *De fidelitate titici;* [2]) argumentum: *Ephesij sunt ariani* (M. 114, 587). **6** (f. 131). In epistulam ad Philippenses *explanatio* (M. 30, 879-892). Praemittuntur: [1] (f. 130ᵛ) capitula, quorum I est *De presbiteris quod ipsi fuerint aliquando episcopi,* et XX *De cęsaris domo quod habuerit sanctos;* [2] (f. 131) argumentum: *Philippenses sunt macedones* (M. 114, 601). **7** (f. 138ᵛ). In epistulam ad Colossenses (M. 30, 891-902). Praeeunt: [1]) capitula, quorum I est *De spe reposita sanctis in cęlis,* et XXIX est *De archippo ut ministerium susceptum in domino impleant.* [2]) argumentum: *Colosenses et hi* (M. 114, 609). **8** (f. 145ᵛ). In epistulam I ad Thessalonicenses (M. 30, 901-912), praeviis capitulis (Thomasi, 1, p. 402-403) et argumento: *Thessalonicenses sunt macedones* (M. 114, 615). **9** (f. 152). In epistulam II ad Thessalonicenses (M. 30, 911-916), praemissis capitulis (Thomasi, v. 1, p. 464-465). **10** (f. 155ᵛ). In epistulam I ad Timotheum (M. 30, 917-932) cum capitulis (Thomasi, 1, p. 465-466) et argumento: ⟨T⟩*imotheum instruit* (M. 114, 623). **11** (f. 165). In epistulam II ad Timotheum (M. 30, 931-940), praeviis capitulis (Thomasi, 1, p. 468). **12** (f. 170ᵛ). In epistulam ad Titum (M. 30, 939-944), praemissis capitulis (Thomasi, 1, p. 470) et argumento: ⟨T⟩*itum commonefacit* (M. 114, 637). **13** (f. 173ᵛ). In epi-

stulam ad Philemonem (M. 30, 945-946), praeviis capitulis (Thomasi, 1, p. 471) et argumento: ⟨A⟩*d philemonem familiares* (M. 114, 641). **14** (f. 176). In epistulam ad Hebraeos. Inc. *Multifarie* etc. *Per multos inquit prophetas et diuerso modo maioribus uestris loquutus est dominus.* Des. *Cȩterum maiora crimina et quȩ lege puniuntur: cesȩ uictimȩ non remittunt.* Praemittuntur: [1] (f. 174^v) argumentum: *In primis dicendum est* (M. 114, 643); [2] (ibid.) capitula, quorum I inc. *Quod deus pater ea quȩ in prophetis olim loqutus* (!) *est,* et XLVIII est *Obsecratio Pauli pro timotheo et salutatio de italia.*

Codex ineleganter exscriptus. Litterae maximae auro illitae et coloribus distinctae, litterae maiores rubro et caeruleo colore alterne depictae, tituli et capitum numeri rubri. I^r manu recentissima *vat. 336.* I^v index saec. XV minio exscriptus. Inc. *In hoc uolumine continentur infrascripta opera Beati Hyeronimj, videlicet Super epistolam* etc. 1^r in summo margine nota numeralis *336* et in marg. inf. locus ad scutum aliquod excipiendum paratus. 185^v, libro expleto, *Explicit expositio Hieronymi in XIIII epistolas pauli apostoli* et aliquantulo inferius *.P.*

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

337. Saec. XV, membran., mm. 285 × 193, ff. I. 172 (+ ff. 63-72 bis numeratis, — f. 160 librarii neglegentia omisso).

S. Hieronymi Explanatio in aliquot s. Pauli epistulas.

1 (f. 1). In epistulam ad Galatas liber I; - (f. 26) II; - (f. 53^v) III (M. 26, 331-426). **2** (f. 67). In epistulam ad Ephesios liber I; - (f. 88^v) II; - (f. 110^v) III (M. ibid., 467-590). **3** (f. 134^v). In epistulam ad Titum (M. ibid., 589-634). **4** (f. 162). In epistulam ad Philemonem (M. ibid., 635-656).

Codex satis diligenter exscriptus. Litterae maximae auro illitae et coloribus insignes, tituli minio depicti. Auctoritates in marginibus alterius librarii manu raro occurrunt. F. I^r vacuum. I^v index rubris litteris exaratus. 1^r ornamentum quadripertitum in parte inf. locum exhibet scuto gentis alicuius reservatum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

338. Saec. XII, membran., mm. 246 × 160, ff. 144.

1. S. Hieronymi *expositio* [1] (f. 1) In epistulam ad Titum (M. 26, 589-634); [2] (f. 26^v) In epistulam ad Philemonem (M. ibid., 635-656).

2. Bedae [1] (f. 38) In Ezram et Nehemiam prophetas allegoricae expositionis liber I sine praefatione; - (f. 66^v) II; - (f. 99) III (M. 101, 807-924); [2] (f. 135) In librum Tobiae *allegorica expositio* (M. ibid., 923-938).

Codicem duo scripserunt librarii, quorum prior ff. 1-135^v, lin. 7 et posterior reliqua exaravit. Litterae maximae rubro caeruleo viridi colore pictae, ultima excepta minio

distincta. Tituli minio depicti. In marginibus notulae tum saec. XII ex. tum saec. XV hic et illic occurrunt. F. 143^r. 144^v vacua. 143^v pauca saec. XIII stilo plumbeo exarata. 144^r calami probationes.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

339. Saec. XV, membran., mm. 235 × 163, ff. 147.

S. Hieronymi **1** (f. 1) In epistulam ad Galatas libri I-III; - (M. 26, 331-426); **2** (f. 79^v) In epistulam ad Ephesios libri I-III, omisso prologo (M. ibid., 467-590).

Codex non ineleganter exscriptus. Litterae maximae auro illitae et coloribus pictae. Tituli minio exarati, praeter primum aureis capitalibus distinctum. F. 79^r vacuum. Folia complura sub codicis fine a tineis perforata. 1^r ornamentum quadripertitum in parte inferiore stemma exhibet cum inscriptione *Xystus papa IIII.*

In tegumenti tergo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

340. Saec. IX, membran., mm. 298 × 190, ff. II. 97.

S. Hieronymi In s. Pauli epistulam ad Galatas libri I-III (M. 26, 331-426).

In posteriori codicis operculo duo frusta membranea saec. IX anglico charactere descripta adglutinata fuerant, quae nunc inter membranas pretiosas relata sunt. Continent ⟨Rabani Mauri fragmenta enarrationum in epistulam II ad Timotheum⟩ (cf. M. 112, 637-645).

Liber diligenter exaratus textum paulinae epistulae pariter atque folium 1^r et primas singulorum librorum litteras notis uncialibus exhibet saepe saepius viridi, aut rubro, aut flavo colore illuminatis. Litterae librorum initiales, praeter ultimam, variis coloribus ornatae in serpentem desinunt: litterae maiores tum minio tum atramento depictae saepissime herbaceo colore distinctae. Correctiones in rasura non raro occurrunt. Quaterniones alphabeti litteris in margine inferiore ultimi singulorum folii supputantur: ex quo eruitur prioris quaternionis folium unum atque quattuor ultimi quaternionis folia avulsa fuisse. In verso folii I integumento adglutinati pauca nullius valoris inveniuntur saec. XII exeunte conscripta. II^r litteris capitalibus *Sequitur comentarius beati Geronimi* (!) *presbiteri in ępistola Pauli ad Galathas* manu, ut videtur, saec. XII, et paucae calami probationes. II^v litteris quoque capitalibus nigro et rubro colore alternis lineis exaratis et, quae atramento sunt conscriptae, rubro aut viridi colore ornatis *Incipit prefatio | Hieronimi presbiteri | super explana- | tionem Pauli | in epistola ad Galatas.* 1^r in margine superiore manus saec. XII exscripsit *liber sancti petri corbeie.* Codicem descripsit Reifferscheid, *Die römischen Bibliotheken* in *Sitzungsberichte d. phil.-hist. Classe d. K. Akademie d. Wissenschaften*, vol. 63, *Wien*, 1869, p. 690-691.

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

341. Saec. X-XI, membran., 385 × 267, ff. II. 219.

S. Hieronymi et aliorum opera.

1 (f. 1). **S. Damasi** epistula 9 (M. 13, 371-373).

2 (ibid.). **S. Hieronymi** epistula 36 (M. 22, 452-461).

3 (f. 4v). **Origenis** homiliae I-II in Canticum canticorum a s. Hieronymo in latinum translatae, praevio interpretis prologo (M. 23, 1173-1196).

4. S. Hieronymi [1] (f. 13) epistula 62 (M. 22), [2] (ibid.) 20, [3] (f. 15v) 18 (in duas divisa: altera pars priori praeponitur et inc. a v. *Septuaginta et missus.* M. ibid., 372, n. 17), [4] (f. 20v) 21, [5] (f. 26) 101 (Augustini), [6] (ibid.) 102 (usque ad v. *aliqua uel disceremus.* M. 22, 830-831), [7] (f. 26v) 103, [8] (ibid.) 111 (Augustini ad Praesidium), [9] (f. 27) 110 (Augustini: initio mutila inc. a v. *Cur itaque conor contra tractum fluminis.* M. 22, 911, lin. 18), [10] (f. 28v) 56 (Augustini), [11] (f. 30) 105, [12] (f. 30v) 67 (Augustini: fine mutila; desunt enim quattuor lineae), [13] (f. 32) 104 (Augustini), [14] (f. 33) 112, [15] (f. 38v) 126, [16] (f. 39) 131 (in ms. *Liber beati augustini ad sanctum hieronimum de origine anime sciscitantis*), [17] (f. 44v) 132 (Augustini), [18] (f. 48) 134, [19] (ibid.) 141, [20] (f. 48v) 142, [21] (ibid.) 143, [22] (f. 49) 16 (est Pelagii explanatio fidei. Vallarsi, 11, 146-148; cf. M. 30, inter spuria), [23] (f. 50) 14, [24] (f. 52) 52, [25] (f. 56) 58, [26] (f. 58) 53, [27] (f. 61v) 55 (in duas divisa: altera inc. a v. *Propositio tua.* M. 22, 564, n. 5), [28] (f. 62v) 57, [29] (f. 66) 51, [30] (f. 69) 83, [31] (ibid.) 84, [32] (f. 72) 32 (M. 30, inter spuria), [33] (f. 73) 42 (inter spuria), [34] (f. 74v) 69, [35] (f. 78v) 146, [36] (f. 79v) 73, [37] (f. 81) 17, [38] (f. 81v) 124, [39] (f. 85v) 15 (inter spuria), [40] (f. 87v) 145, [41] (f. 88) 112, [42] (f. 90v) 47, [43] (f. 91) 8 (inter spuria), [44] (f. 93) 129, [45] (f. 95) 71. [46] (f. 96v). De perpetua virginitate b. Mariae (in ms. *Epistola Sancti iheronimi contra heluidium incipit de uirginitate Sanctae marię.* M. 23, 193-216). [47] (f. 102v). Contra Iovinianum libri I-II (M. ibid., 221-352). Epistulae [48] (f. 139v) 22, [49] (f. 149v) 61, [50] (f. 150v) 109. [51] (f. 151v). Adversus Vigilantium (M. 23, 353-368). Epistulae [52] (f. 155) 70, [53] (f. 156) 74, [54] (f. 157v) 72, [55] (f. 158v) 4, [56] (f. 159) 5, [57] (ibid.) 76, [58] (f. 159v) 68, [59] (f. 160v) 147, [60] (f. 163) 6, [61] (f. 163v) 8, [62] (ibid.) 125, [63] (f. 167v) 10, [64] (f. 168) 7, [65] (f. 169) 9, [66] (ibid.) 12, [67] (f. 169v) 2, [68] (ibid.) 119, [69] (f. 174v) 140 (initio mutila inc. a v. *Scito prenoscens.* M. 22, 1177, lin. 17). [70] (f. 175v). De situ et nominibus locorum hebraicorum, praevia praefatione (M. 23, 903-976). [71] (f. 195). De nominibus hebraicis (in ms. *Incipit Nominum Liber*), praevia (f. 194v) praefatione. Liber fine mutilus et edito brevior abrumpitur in v. *Iambres. mare pellitium. siue mare in capite* (M. ibid., 805-901, lin. 11). [72] (f. 212). Hebraici alphabeti interpretatio (M. ibid., 1365-1366).

5 (f. 212). **S. Isidori Hispalensis** (in ms.... *Hieronimi*) excerpta de ponderibus et mensuris, editis copiosiora (cf. M. 82, 759-760). Inc. *Talentum est pondus.* Des. *Talentum pondus. LXII. quod fatiunt solidos DCXXV.*

6 (f. 212v). ⟨Index diversorum nominum praesertim ex etymologiis s. Isidori Hisp. desumptorum⟩. Horum rubricas ed. Reifferscheid, *Die römischen*

Bibliotheken in *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe d. K. Akademie d. Wissenschaften,* vol. 63, *Wien,* 1889, p. 689-690.

7 (f. 214). ⟨Excerpta nonnulla ex Etymologiis⟩ S. Isidori Hispalensis. Primum inc. *Cham dicitur calidus.* Ultimum des. *Stephanus corona dicitur.*

8 (f. 215). *Imperatores Romę uel costantinopoli regnantes*. Inc. *Augustus Octauianus. Regnauit anno* L^{ta} VI^{ex}. *uixit annos* LXX^{ta} V^{e}. Des. *Iustininus* (!) ⟨I⟩. *Constantinopolim regens imperium per annos VIIII. Dies XXIIII. morbo periit.*

9 (f. 216). *Incipiunt nomina episcoporum qui fuerunt urbi romę,* dein alia manu in marg. *Liber Gestorum Pontificalium* (cf. Duchesne, Liber pontificalis vol. 1, p. CCV). Inc. *Primus beatus petrus.* Des. *Iohannes* ⟨VIII⟩ *sedit annis decem.*

10 (f. 209). **S. Isidori Hispalensis** excerpta, scil. capp. 12-14 libri VII et capp. 1-2 libri VIII Etymologiarum usque ad v. *sit amandum* (M. 82, 290-296).

Ff. I. II eiusdem **s. Isidori** excerpta continent, scil. capp. 23-34 usque ad v. *circumdata limbo* et capp. 21. 22 libri XIX Etymologiarum (M. ibid., 683-704). In f. II^{r} manu saec. XI leguntur ⟨Tetrasticha de scientiis⟩ ex hoc cod. edita a Iacobo Sirmond et iterum impressa a Duemmler in M. G. H., Poet. lat. aevi Carolini, 1, p. 629-630.

Codex binis columnis non una manu exaratus titulos litterasque initiales praebet minio depicta. Correctiones, glossae, diversae lectiones inter lineas et in marginibus, atque notabilia marginalia passim occurrunt, praesertim manu coaeva conscripta. Quaternionum enumeratio, marginibus resectis, pluries periit. Ff. I. II^{v} et pars folii II^{r}. 219 saec. XII perscripta. Codicem descripsit Reifferscheid, loc. cit., p. 686-690.

In tegumenti tabulis stemmata Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii impressa sunt.

342. Saec. XV, membran., mm. 347 × 247 ff. II. 382 (— f. 29 librarii oscitatione neglecto).

S. Hieronymi et aliorum opera complura.

1. S. Hieronymi epistulae (M. 22). [1] (f. 1) 9 (M. 30, 126-147, inter spuria), [2] (f. 10) 48, [3] (f. 16) 73, [4] (f. 18) 60. [5] (f. 22^{v}) 4 (inter spuria), [6] (f. 24) 118, [7] (f. 26) 77, [8] (f. 30) 121, praeviis capitulis (M. 22, 1006), [9] (f. 41^{v}) 59, [10] (f. 42^{v}) 26, [11] (f. 43) 25, [12] (ibid.) 41, [13] (f. 44) 42, [14] (f. 44^{v}) 27, [15] (f. 45) 44, [16] (ibid.) 43 (subtexuntur epistulae 46 verba *Verum ut ad uillam - dicitur amatorie cantiones.* M. 22, 490, n. 10-491, n. 11, lin. 8), [17] (f. 46) 38, [18] (f. 46^{v}) 29, [19] (f. 48^{v}) 34, [20] (f. 49^{v}) 40, [21] (ibid.) 32, [22] (f. 50) 28, [23] (f. 50^{v}) 75, [24] (f. 51^{v}) 23, [25] (f. 52) 24, [26] (f. 53) 31, [27] (ibid.) 1, [28] (f. 54^{v}) 127, [29] (f. 57^{v}) 66, [30] (f. 60) 46, [31] (f. 63) 46 (pseudo-Damasi, M. 30), [32] (ibid) 47 usque ad v. *Epitritum est*

quando minus continetur a maiore et eius tertia pars ceduntur (cf. M. 30, 304-305, A, 5, inter spuria), [33] (f. 63v) 43 usque ad v. *pro populo orare* (M. ibid., 301-302, C, 3, inter spuria), [34] (ibid.) 11 (inter spuria), [35] (f. 64v) 30, [36] (f. 65v) 130, [37] (f. 71v) 1 usque ad v. *sanctitate testetur*, reliqua habes foliis 360-369 (M. 30, inter spuria: est enim epist. Pelagii ad Demetriadem), [38] (f. 74v) 146, [39] (f. 75) 107, [40] (f. 78) 5 (inter spuria), [41] (f. 83v) 108, [42] (f. 91v) 65, [43] (f. 96v) 80.

2 (f. 97v). **Rufini** Apologia ad Anastasium (M. 21, 623-628).

3. S. Hieronymi [1] (f. 98) epist. 81; [2] (f. 98v) Contra Rufinum liber III (in ms. *Hieronimus inuectiua contra ruffinum aquilegiensem.* M. 23, 477-514); [3] (f. 109v) epist. 3.

4 (f. 110). **Bachiarii** De reparatione lapsi usque ad v. *eius abluimur* (in ms. *Hieronimus ad euagrium presbiterum de quodam leuita qui lapsum fecerat et non est a nemine consolatus.* M. 20, 1037-1041, C, 4).

5. ⟨Pseudo-⟩Hieronymi [1] (f. 111v) epist. 18 (M. 30, 188-194); [2] (f. 113v) De XII doctoribus usque ad v. *ideo quasi umbra secus hominem sunt* (M. 23, 765-768).

6 (f. 114). **Rufini** Apologiae in Hieronymum libri I-II (in ms. *Incipit liber rufini aduersus Hieronimum.* M. 21, 541-624).

7. S. Hieronymi [1] (f. 121v) Contra Rufinum libri I-II (in ms. *Incipit liber sancti Hieronimi ad pamachium et marcellam pro se contra accusatorem defensio.* M. 23, 415-478); [2] (f. 127v) epist. 78, [3] (f. 135v) 14, [4] (f. 137v) 52, [5] (f. 141v) 58, [6] (f. 144) 53, [7] (f. 147) 55 (bipertita; altera pars inc. *Propositio tua.* M. 22, 564, n. 5), [8] (f. 148v) 57, [9] (f. 152v) 83, [10] (ibid.) 84, [11] (f. 155v) 32 (inter spuria), [12] (f. 156v) 42 (inter spuria), [13] (f. 158) 69, [14] (f. 161v) 41 (inter spuria), [15] (f. 164) 64, [16] (f. 169) 49; [17] (f. 169v) Contra Iovinianum libri I-II (M. 23, 221-352); [18] (f. 212) epist. 35 (Damasi), [19] (ibid.) 36.

7 (f. 215v). **Origenis** homiliae I-II in Canticum canticorum a s. Hieronymo in latinum translatae, praevio interpretis prologo (M. 23, 1173-1196).

8. S. Hieronymi [1] (f. 224v) epist. 62, [2] (ibid.) 20, [3] (f. 226) 15, [4] (f. 226v) 16, [5] (f. 227) 18 a n. 17 ad finem (M. 22, 372-376), [6] (f. 228) 18 usque ad n. 16 inclusive, [7] (f. 232v) 21, [8] (f. 238v) 101a (Augustini ad Damasum), [9] (ibid.) 102, [10] (f. 239) 103, [11] (f. 239v) 111, [12] (ibid.) 110 (Augustini: initio mutila inc. a v. *Cur itaque conor contra tractum fluminis.* M. 22, 911, lin. 18), [13] (f. 241) 66 (Augustini), [14] (f. 242v) 105, [15] (f. 243v) 67 (Augustini: desunt in fine v. "Hunc interea - testimonium perhibemus"), [16] (f. 245) 104 (Augustini), [17] (f. 246) 112, [18] (f. 252) 126, [19] (f. 253) 131 (Augustini De origine animae), [20] (f. 259)

132 (eiusdem De sententia Iacobi: in ms. *Incipit de eo qui totam legem seruauit*), [21] (f. 263) 134, [22] (f. 263v) 141, [23] (ibid.) 142, [24] (f. 264) 37 (in ms.... *disputatio ad augustinum de ratione anime*. M. 30, 270-280, inter spuria), [25] (f. 268v) 16 (est Pelagii; in ms. *Incipit explanatio fidei sancti iheronimi ad beatum augustinum et alippium*. Vallarsi, 11, col. 146-148; cf. M. 30, 181), [26] (f. 269v) 136 (initio et fine mutila: inc. enim. a v. *Cur deus loquitur ad abraam*, et des. *Mihi sufficit sic loqui ut intelligar: et ut de scripturis disputans scripturarum imiter simplicitatem*. M. 22, 456, n. 10-459, lin. 9), [27] (f. 270v) 145, [28] (f. 271) 122, [29] (f. 273v) 47, [30] (f. 274) 8 (inter spuria), [31] (f. 276) 129, [32] (f. 278v) 51 (est s. Epiphanii epist. ad Ioannem episcopum Hierosolymorum a s. Hieronymo latine reddita), [33] (f. 282) 71, [34] (f. 283v) 61, [35] (f. 284v) 109. [36] (f. 285v). Contra Vigilantium (in ms. *Incipit ad eundem* ⟨Riparium⟩ *de eodem* ⟨Vigilantio⟩. M. 23, 353-368). [37] (f. 289v). *Incipit Liber sancti ieronimi presbiteri conctra eluidium de uirginitate sancte et perpetue uirginis marie* (M. 23, 193-216). Epistulae [38] (f. 296) 70, [39] (f. 297v) 74, [40] (f. 298v) 72, [41] (f. 299v) 4, [42] (f. 300) 5, [43] (ibid.) 76, [44] (f. 300v) 68, [45] (f. 301v) 147, [46] (f. 304v) 6, [47] (ibid.) 8, [48] (f. 305) 125, [49] (f. 309v) 10, [50] (f. 310) 7, [51] (f. 310v) 9, [52] (f. 311) 12, [53] (ibid.) 2, [54] (f. 311v) 119, [55] (f. 316v) 140 (initio mutila inc. a v. *scito prenoscens quia si scribatur extrema littera que appelletur num*. M. 22, 1177, lin. 17), [56] (f. 317v) 50, [57] (f. 318v) 97, [58] (f. 319v) 45, [59] (f. 320) 11, [60] (f. 320v) 13, [61] (f. 321) 117, [62] (f. 323) 54, [63] (f. 327) 79, [64] (f. 330v) 123, [65] (f. 335v) 120, omissis capitulis, [66] (f. 345v) 39, [67] (f. 349) 22, [68] (f. 369v) 133, [69] (f. 374v) 124, [70] (f. 379) 31, [71] (f. 379v) 72 usque ad v. *quam mihi sanctus filius* (M. 22, 673, n. 1, lin. 1 - lin. 11), [72] (ibid.) 17, [73] (f. 380) 15 (inter spuria).

Codex duobus constat voluminibus in unum compactis, quorum prius ff. II. 1-208 et alterum reliqua complectitur. In principio utriusque voluminis epistularum index occurrit prioribus verbis singularum epistularum instructus. Folia 1. 212 ornamenta quadripertita ac litterae initiales exornant, quarum altera s. Hieronymi et altera s. Damasi imagines ad litterariam tabulam sedentium exhibet.

Litterae maximae et saepe saepius maiores auro illitae atque coloribus pictae. Tituli rubri. Ff. I. 208v. 211v vacua. Post 208 folium unum excisum. Correctiones, diversae lectiones, additiones interlineares ac marginales tum ipsius tum alterius librarii manu hic illic occurrunt. Verba graeca plerumque alia manus supplevit. 212 in ornamenti parte inferiore scutum gentis alicuius erasum.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Urbani VIII et Scip. Cobelluzzi card. bibliothecarii.

343. 344. Saec. XV, membran.

S. Hieronymi et aliorum opera. Exstant haec opera, ni fallor, impressa, hoc praefixo titulo: S. Hieronymi Epistolae, ex recentione Theod. Lelii

(cf. Brunet, *Manuel du libraire, Paris,* vol. 3, 1862, col. 158 sq.): eademque in codicibus notris in tres partes sunt divisa, quarum unaquaeque diversos complectitur tractatus.

Prima enim pars quattuor continet tractatus, quorum primus (f. 1) est de fide; secundus (f. 46) de impugnationibus haeresum, et apologiis contra haereticorum calumnias; tertius (f. 167) de Origenis erroribus perniciosis, ubi accusationes et defensiones contra sectatores habentur; quartus (f. 306) de origine animae quae ad fidem ipsa refertur.

Secunda vero pars sex complectitur tractatus, quorum primus (f. 319) est de quaestionibus Veteris Testamenti; secundus (f. 372) de quaestionibus Novi Vestamenti; tertius (f. 1 cod. 344) epistulares continet expositiones quorundam psalmorum et Cantici canticorum secundum Origenem ex graeco in latinum traductum; quartus (f. 101) sermones complectitur aliquibus diebus festis accomodatos; quintus (f. 125) est de nominibus hebraicorum locorum et interpretatione hebraeorum nominum; sextus (f. 162) de scriptoribus graecis atque latinis interpretibus et de optimo interpretandi ac scribendi genere.

Tertia denique pars quattuordecim constat tractatibus, quorum primus (f. 213) pertractat de virtutibus et vitiis; secundus (f. 241) de institutione primae aetatis; tertius (f. 247) de institutione, conversatione ac distinctione clericorum; quartus (f. 256) de correctione, vita et conversatione praelatorum; quintus (f. 277^{v}) de virginibus Deo dicatis, de statu et continentia virginali; sextus (f. 354) de statu et continentia coniugali; septimus (f. 363) de statu et continentia viduali; octavus (f. 382) de contemptu mundi, et vita contemplativa ac laude eremi; nonus (f. 403) de vita, statu et regula monachorum; decimus (f. 469) de amicitia et quasdam continet epistulas ad amicos; undecimus (f. 473) de fictis amicis et detractoribus; duodecimus (f. 477) complectitur epistulas consolatorias rebus in adversis ad amicos; decimus tertius (f. 496) continet funebres epistulas et defunctorum epitaphia; decimus quartus (f. 526) epistulas complectitur de paenitentia.

I (343) mm. 360 × 249, ff. IV. 459.

1 (f. 1). <**Rufini**> Commentarius in symbolum apostolorum (in ms. *Beati Hieronymi presbiteri ad laurentium papam de expositione fidei.* M. 21, 335-386).

2 (f. 16^{v}). <**Pelagii**> (in ms. *Hieronymi ad Damasum*) *expositio fidei* (Vallarsi, 11, col. 146-148; cf. M. 30, 181).

3 (f. 18^{v}). **S. Augustini** Contra quinque haereses (M. 42, 1101-1116, inter subditicia).

4 (f. 27). <**Pseudo-Hieronymi**> *Expositio fidei Niceni concilii* (M. 30, 182-187).

5 (f. 29^{v}). **S. Hieronymi** epist. 15 (M. 22, 355-358).

6. ⟨Pseudo-⟩Hieronymi opuscula. [1] (f. 31). *Tractatus fidei et credulitatis*, praevio argumento: *Iudeos et gentiles instituit de trinitate essentia - de... caritate hominem christianum informat.* Inc. *Dauid gloriosus in psalmo sic dicit.* Des. *inimicis et credentibus profuisse.* [2] (f. 41). *Tractatus de essentia trinitatis et membris domini* usque ad v. *ultione inimicorum morum manifeste demonstrare* (M. 42, 1199-1206, 8). Praemittitur argumentum: *Deum trinum in personis inuisibilem - spiritualem sensum exponens.*

7. S. Hieronymi opera. [1] (f. 45^{v}). Epist. 16 (M. 22), [2] (f. 46) epist. 41. [3] (f. 47). Contra Iovinianum, praevio argumento ex ⟨c. 82⟩ s. Augustini De haeresibus concinnato: *Iouinianus heresiarcha de monacho clericus - Arcadio et Bautone consulibus* (cf. M. 42, 45-46) liber I; - (f. 75^{v}) II (M. 23, 221-354). [4] (f. 97^{v}). De perpetua virginitate b. Mariae (M. 23, 193-216). Praeeunt duo *argumenta*, quorum alterum est Gennadii De viris inlustribus caput 33 (Richardson, p. 73), et alterum est s. Augustini De haeresibus capitulum 84 (M. 42, 46). [5] (f. 106). Adversus Vigilantium (M. 23, 353-368), praevio argumenti loco cap. 36 oper. laudati Gennadii (Richardson, p. 74). [6] (f. 110^{v}). Epist. 109, [7] (f. 112) epist. 133. [8] (f. 119). Contra Pelagianos liber I; - (f. 133^{v}) II; - (f. 148) III (M. 23, 517-618). Praemittuntur tria *argumenta*, quorum primum (f. 118) est Gennadiani operis laudati caput 63 (Richardson, p. 77), secundum ex ⟨pseudo-⟩Hieronymi epistula de duodecim doctoribus desumptum (M. 23, 767, n. 9), tertium est § 63 lib. VIII Etymologiarum s. Isidori (M. 82, 303-304). [9] (f. 156^{v}). Dialogus contra Luciferianos (M. 163-192), praevio § 55 lib. VIII Etymologiarum eiusdem s. Isidori (M. 82, 303). Epistulae [10] (f. 167^{v}) 124 (M. 22, 1059-1072), praemisso s. Augustini De haeresibus cap. 43 (M. 42, 33), [11] (f. 173^{v}) 21 (est epist. s. Epiphanii ad Ioannem episcopum Hierosolymorum a s. Hieronymo latine reddita). [12] (f. 178). Contra Ioannem Hierosolymitanum (M. 23, 371-412), praefixo Gennadii De vir. inlustr. cap. 31 (Richardson, p. 73), cui subtexuntur v. *Sed beato Hieronymo magis credendum qui zelo fidei sequenti opere illum heresis redarguit.* Epistulae [13] (f. 195) 82, [14] (f. 198^{v}) 63, [15] (ibid.) 86, [16] (f. 199) 87 (Theophili), [17] (ibid.) 88, [18] (f. 199^{v}) 89 (Theophili), [19] (ibid.) 91 (Epiphanii), [20] (f. 200) 90 (Theophili ad Epiphanium), [21] (f. 200^{v}) 99, [22] (f. 201) 703, [23] (f. 202) 83 (Pammachii et Oceani), [24] (ibid.) 84.

8 (f. 206^{v}). **Rufini** Apologia ad Anastasium (M. 21, 623-628), praemisso argumento: *Superiori tractatu irritatus Rufinus - Sed parum ea purgatione profecit ut sequens epistola indicat.*

9 (f. 207^{v}). **S. Anastasii** epistula (M. ibid., 627-632).

10 (f. 208v). **Rufini** Apologiae in s. Hieronymum liber I, praeviis duobus *argumentis,* quorum prius: *Rufinus ex apologia ad Pammachium - sed dei timore ecclesię profutura traduxerit,* et alterum ex Gennadio, De vir. inlustr. cap. 17 excerptum a v. *Rufinus* ad v. *ingenium habuit,* et a v. *Sed et obtrectatori* usque ad finem (Richardson, p. 67-68); - (f. 226v) lib. II (M. 21, 541-624), praemisso argumento: *Hoc secundo libro sub Apologię specie - et uetus testamentum quod apostolis commendarunt noua translatione subuerterit.*

1. Ioannis Chrysostomi [1] (f. 1) In Matthaeum homiliae 90 (cf. M., P. G., 57-58, 793) a Burgundio Pisano in latinum conversae una cum interpretis praefatione et subscriptione (ed. ex hoc ipso codice Martene-Durand, Vet. script. et monum. ampliss. coll., 1, 818-819); [2] (f. 177) Ad Stagirium de providentia Dei Ambrosio ⟨Traversari⟩ monacho interprete (Ioannis Chrysost. opera, ed. Paris. 1581, 5, 519-582, cf. M., P. G., 47, 423-494), praevia translatoris epistula ad Petrum Lusitaniae regis filium (inc. *Sunt quidem plurima,* des. *nimium dilecte Deo princeps:* cf. Mehus, Ambr. Traversari epist. et orat., 1, CCCXC). Liber I inc. *Oportuerat quidem,* des. *certum argumentum est*; - (f. 184) lib. II inc. ⟨E⟩*t ista quidem,* des. *atque imperatum est;* - (f. 190^{v}) III, nullo titulo praefixo, inc. ⟨S⟩*ufficere quidem et ista,* des. *vel deici poteris.*

2 (F. 197^{v}). ⟨**Basilii M.** ad Gregorium Nazianzenum epistula, Ambrosio Traversari interprete: cf. infra cod. 409, f. 124⟩. Inc. ⟨C⟩*ognovi litteras tuas ut ii qui amicorum,* des. *que studiose proponit* (sic: cf. M., P. G., 32, 224-233).

Liber quinque manibus conscriptus, quarum 1^{a} ff. 1-30, 2^{a} ff. 31-60, 3^{a} ff. 61-134, 4^{a} ff. 135-176, 5^{a} ff. 177-198 exaravit. F. I^{v} index antiquus: *Hoc in volumine continentur infrascripta opera yohannis crisostomi. Expositio supra matheum om. LXXXX. Yohannis crisostomi de providentia dei. ab Ambrosio monacho de greco in latinum translata* (sic). *Libri III.* F. 1^{r} littera maxima aurea (itemque duae f. 177^{r}) et in margine inferno corona scuto emptoris circumdando destinata ornatu variis coloribus nitent. Tituli et *moralia* versus finem homiliarum rubro pinguntur: rubro et caeruleo variegantur litterae maiores, alicubi tamen praetermissae. Veteris fasciculorum et foliorum (ut aiunt) *registri* litterae et numeri plures in imis ff^{r}. supersunt. Ff. 176^{v} (176^{r} maxima ex parte), 199. 200 vacua sunt. Folia complura in principio et in fine blattis perforata.

In dorso tegumenti scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

385. Saec. XV med., membran., mm. 400 × 275, ff. 386.

Ioannis Chrysostomi In Matthaeum homiliae (ms. *libri*) 88 ex translatione partim Aniani (1-25) partim Georgii Trapezuntii (26-88) pariter ac in ed. Parisiensi 1581, 2, 1-637, praeter ordinem et numerum homiliarum, qui graecus est (M., P. G., 57-58). Praecedunt (f. 1) Aniani ad Orontium (omissa salutatione « memor-beatissime » M., P. G., 58, 975-978: ibi sunt tantum hom. 1-8), et (f. 121) Trapezuntii ad Nicolaum V praefatio quae inc. *Iussisti beatissime pater,* des. *Chrysostomum ipsum iam audiamus.* Hom. 88 (f. 345^{v}) inc. *Hoc est illud profecto,* des. *pascis atque curas* (ed. Paris., 637, C 4).

Liber binis columnis splendidissime scriptus ille ipse videtur esse a Trapezuntio Nicolao V oblatus circa initia a. 1450 (cf. eiusdem epist. in Bandini op. cit., 4, 442). Ff. 1^{r}. 121^{r}, a quibus initia ducunt duae voluminis partes propria quinternionum supputatione distinctae, auro coloribus imaginibus circumornata tesseras gentilicias exhibent Nicolai V, ac insuper prius quidem imagines Ioannis evangelistae et (in ventre litterae maximae)

Chrysostomi, posterius vero Georgium, ut videtur, Trapezuntium librum offerentem Nicolao V, cardinalibus et aliis viris adstantibus. Litterae maximae aureae variis coloribus ornantur. Tituli homiliarum et *exhortationum* sive moralium, nec non evangelii loci rubro iam languescente pinguntur. Aniani versioni hic illic variae lectiones apponuntur. In fine libri quattuor folia ultimi quinternionis excisa sunt, nullo tamen textus detrimento, ut liquet ex ultima columella f. 246 vacua.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

386. Saec. XIV, membran., mm. 403×298, ff. 182.

1 (f. 1) **Ioannis Chrysostomi** in Matthaeum homiliae (in codicis marginibus superioribus ...*expositorium... super evangelium M. liber...*) 25 priores ex Aniani translatione una cum interpretis praefatione, ut in codice praecedenti (Opp. ed. Paris. 1581, 2, 1-226 D). Hom. 25 inc. *Certe videtur fuisse*, des. *praemia consequamur gratia...* **2** (f. 84) Incerti Auctoris Opus imperfectum in Matthaeum (M., P. G., 56, 611-754. 798-897: in codice, ff. 84-86^{r} margine superiore *Ol.* i. e. homilia *prima beati Crisostomi super euang. Mat.*), praemissis pericoparum expositarum initiis (*1 liber generationis ihesu x.* etc.; *39 De* ⟨e⟩*o ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scriba*⟨s⟩ *et ipsos occidetis*). Liber easdem lacunas exhibet ac codex Carthusiae Vallis Dei Montefalconio adhibitus (cf. M., ibid., 754 nota *a*, 798 nota *a*, 897 nota *a*), nullamque homiliarum habet distinctionem sed tantum numeros indici initiorum respondentes, quos margini manus diversa inscripsit.

Liber duabus columnis in Gallia (ut videtur) exaratus. Litterae maximae et maiores coloribus auro caerulo rubro intermixtis ornatae. Tituli summis paginis rubro inscripti; qui vero in ipso textu versionis Aniani pingendi erant, in marginibus litteris minutissimis adnotaverat alia manus, at pictor omisit. Versus evangelii qui exponuntur, litteris crassioribus atque lineis alternis tantum scripti. Non pauca nec parva in Aniano suppleverunt duae manus altera saec. XIV, altera XV; in Opere vero imperf. nonnulla tantum adnotavit alia saec. XV manus, cui debentur quae supremo loco in subscriptione f. 182^{r} uncis inclusi: *Explicit Secunda pars exposicionis super matheum. Deo gratias. Nota quod in isto libro sunt due partes. prima pars continet. XXV. Omel. solum super VIII* (m. 2 erasit *I*) *prima capitula Mathei.* (m. 2 saec. XIV add.: *et super modicum de principio VIII capituli. idest de mundatione leprosi*). *Secunda* (*pars* add. corrector saec. XIV qui rubricas pingendas adscripsit) *continet exposicionem litteralem a principio* (m. 2. *Mathei*) *usque ad octavum capitulum* (*oct. capit.* deletis, m. 2. *principium octavi capituli ubi eius de dicto principio duo miracula exponuntur*) *et a XIX. capitulo usque ad finem. XXIII. capituli* (m. 2 add.: *inclusive. et sic exponuntur tantum hic. XII capitula mat. cum modica parte de principio VIII capituli. interrupta tamen capitulorum serie modo superius annotato.* Sq. m. 3.: *finitum est c. 23*): cf. f. 141^{v} corrector s. XIV supra dictus: *hic deficit a principio VIII c. usque ad principium XII. c.* Notandum tamen *partis secundae* inscribi *libros* XV-XXV ab Aniano versos. Seniones (quaterniones sunt tantum duo supremi fasciculi) distinguuntur prioribus fasciculi sequentis litteris quae plerumque locustae piscis similive figurae inscribuntur. Supersunt in imis

foliis plura duplicis antiquae supputationis vestigia. F. unum post 83 et alterum post 182 in fine fasciculorum excisa sunt nullo textus detrimento. F. 182 coll. 2-4 vacuae sunt.
In dorso tegumenti insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

387. Saec. XV, membran., mm. 397 × 261, ff. 129 (+ f. 105ª omisso).

Ioannis Chrysostomi In Matthaeum homiliae (in cod. *libri*) 25 priores ex interpretatione Aniani una cum huius ad Orontium praefatione, ut in praecedentibus (Opp., ed. Paris. 1581, 2, 1-226 D).

Liber duabus columnis accurate exaratus ac tum prima tum altera manu emendatus. Tituli in capite paginarum, pericopae evangelicae et inscriptiones librorum et exhortationum rubro pinguntur. Litterae maiores auro et variis coloribus ornatae. F. 1ʳ in calce facies viri barbati quater in orbem repetita. Quiniones litteris subsequentis fasciculi initialibus distinguuntur in calce. In tegumenti folio priore chartaceo adglutinata est chartula saec. XVII scripta referens *Io: Chrisost: sup. Math:. Prima pars.. 387.*
In dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

388. Saec. XV med., chartac., mm. 291 × 211, ff. 247.

Ioannis Chrysostomi In Matthaeum homiliae (in cod. *libri*) 26-88 ⟨Georgio Trapezuntio⟩ interprete (= hom. 27-89 in ed. Paris. 1581, 2, 226 D-637 C usque ad v. *pascis atque curas*).

Liber ab ipso Georgio rudi manu conscriptus et emendatus videtur, cum plurimis emendationibus quandoque etiam lacunis tum in textu tum in marginibus scateat, ac verba graeca difficiliora maturius vertenda margini adiecta exhibeat. Fasciculi numero XXV initio in summa pagina supputantur. Ibidem frequens nomen *. Iesus.* occurrit. Ff. 154ᵛ, 155ᵛ, 243ᵛ, 244-247 vacua sunt.
In dorso insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

389. Saec. XV med., chartac., mm. 393×229, ff. I. 339 (+ f. 239ª omisso).

Ioannis Chrysostomi In Matthaeum homiliae (in cod. *libri*) 26-88 « a Georgio Trapezuntio traductae » (= hom. 27-89 in ed. Paris. 1581, 2, 226 D-637 C v. *pascis atque curas*), praemissa interpretis ⟨ad Nicolaum V⟩ praefatione ⟨I⟩*ussisti,* ut supra in cod. 385.

Liber diligenter conscriptus. Inscriptiones rubro, litterae maiores caerulo, maxima auro et variis coloribus distinctae. Hic illic nonnullae lacunae, itemque alterius manus correctiones. Ff. Iʳ, 1ʳ in capite numerus est codicis *389*. Ff. 76, 144, 232 perperam 56, 143, 332 inscripta: I, 338, 339 sunt vacua.
In dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

390. Saec. XV, membran., mm. 276 × 192, ff. IX. 317 (+ f. 223ª omisso).

Ioannis Chrysostomi et Basilii M. opera nonnulla latine versa.

1. Ioannis Chrysostomi [1] (f. 1) In Ioannem homiliae 88 (ut in graeco, M. P. G., 59, 23-482) ⟨Francisco Mariotti Aretino interprete⟩ (= prologus + 87 homil. in ed. Paris. 1581, 3, 1-363), praemisso (ff. I-IXʳ) rerum notabi-

liorum indice perbrevi fortasse non absoluto. Hom. 1 inc. *Cum ioannes hoc libro,* des. *promittuntur bona consequamur...;* 88 inc. *Multa et alia sunt,* des. *eterna bona consequamur gratia...* [2] (f. 249) De filiorum educatione oratio (= ecloga 27, M. P. G., 63, 763-772) eodem interprete. Inc. ⟨H⟩*ortor vos et oro,* des. *et magnificentia nunc et in secula seculorum Amen.* Praemittitur *ad* (spatium nomini destinatum vacuum est) *archidiaconum valentinum et ... datarium...* (eundem probabiliter de quo infra n. [4]) *Francisci Aretini* ⟨interpretis⟩ *prefatio:* inc. ⟨I⟩*ncredibilis,* des. *aggrediar,* ut in Bandini, Biblioth. Leopold., 2, 728. [3] (f. 253) De futuro iudicio oratio *ex sermone quod infinitum est supplicium* (= ecl. 25, M. ibid., 743-754). Inc. ⟨M⟩*ulti ex nostris,* des. *futuris perfruamur bonis...,* ut in Bandini, ibid. [4] (f. 259) De peccato et confessione oratio *ex sermone de perfecta dilectione* (= ecl. 24, M. ibid., 731-744). Inc. ⟨V⟩*enit quispiam,* des. *nos suis adoriatur,* praemisso titulo tantum, non ipsa praefatione *ad Reverendissimum Patrem. D. Cosmam* ⟨de Monteserrato⟩ *Archidiaconum Terraconensem Sanctissimi d. n.* ⟨Callixti III⟩ *datarium* (cf. Pastor, *Geschichte der Päpste*, 1, 1 ed., 417 n. 4, 600 n. 1) ... *Francisci Aretini* (vix non certe interpretis) *prefatiuncula;* cf. Bandini, ibid. [5] (f. 264^{v}) De morte *ex interpretatione epistole ad Thessalonicenses* (= ecl. 31, M. ibid., 801-812). Inc. *Multa iam dilectissima* (!), des. *consequamur bona in Christo....* (ed. saec. XV s. l. et a., Hain 5054, f. ⟨27^{v}-37⟩). Praecedit nudus sine re titulus ut supra *Ad Reverendissimum patrem dominum Cosmam Archidiaconum... Francisci Aretini* ⟨vix non certe interpretis⟩ *prefatiuncula.* [6] (f. 270) ⟨De imperio, potestate et gloria⟩ (= ecl. 21, M. ibid., 695-702). Inc. ⟨F⟩*ertur beatus Constantinus,* des. *ininuestigabiles viae eius...,* ut in Bandini, ibid. Titulus deest. [7] (f. 273) De virtute et malitia oratio (= ecl. 26, M. ibid., 753-764). Inc. *Sunt nonnulli,* des. *utinam omnes consequamur...* (ed. saec. XV cit., f. ⟨37^{v}-47^{v}⟩: cf. et Bandini, ibid.).

2 (f. 279) ⟨**Basilii M.** Homiliae octo quas transtulit Rufinus⟩ cum interpretis praefatione (M. P. G., 31, 1723-1794), hoc ordine: (f. 279) homilia 1; (f. 283) 2; - (f. 288) 3; - (f. 292) 6; - (f. 294) 7; - (f. 296^{v}) 8; - (f. 299) 4; - (f. 302^{v}) 5. In his omnibus homiliis inscriptiones omissae sunt.

Liber novem, ut videtur, manibus exaratus est; quarum prima indicem serius additum ff. I-IX^{r}, altera ff. 1-34, tertia ff. 35-45^{r}. 206^{r}-225^{r}. 289-312, quarta ff. 45^{v}-61. 136-167, quinta ff. 62-105. 198^{r}-206^{r}. 249-278, sexta ff. 106-135, septima ff. 168-190, octava ff. 191-198^{r}. 279-288, suprema denique ff. 225-240 scripsit. Manus secunda et septima, item sexta et octava valde inter se similes, titulos omittunt, aliae vero eos necnon quandoque in margine notabilia rubro pingunt. F. 1^{r} margines multicolori linearum et figurarum intextu ornantur, in quo littera maxima aurea et inferne scutum Ioannis Jouffroy emicant. Litterae initiales reliquae praetermissae. Indicantur hic illic variis ma-

nibus notabilia et sacrorum Bibliorum loci. F. I^r^ in calce *390.* Ff. VII^v^. VIII^r^. IX^v^. 241-248. 312^v^. 313-317 vacua sunt: item maiore ex parte f. 67, in quo adnotatur *hic est defectus*, et reipsa textus in uno et altero verbo corruptus est, sed nihil deest.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

391. Saec. XV, membran., mm. 366 × 254, ff. II. 140.

Ioannis Chrysostomi In Ioannem homiliae 88 in latinum conversae a Francisco ⟨Mariotti⟩ Aretino una cum interpretis ad Cosmum Mediceum praefatione, quae inc. *Communis fere omnium opinio,* des. *Cosmus lector hortabitur* (Opp., ed. Paris. 1581, 3, *a* ii, 1-363: de numero homiliarum cf. cod. 390). Praecedit (f. I-II) tabula homiliarum earumque principiorum.

Liber duabus columnis diligenter exaratus, titulis initio singularum homiliarum et paginarum rubris ac litteris maioribus rubris caerulis etc. ornatus. F. 3 litterae duae maximae aureae lineis multicoloribus intextae: f. 3^r^ in calce similis ornatus scuto inscribendo destinatus. Loci Bibliorum linea rubra subducta distinguuntur. Primigeniae foliorum supputationi alia superadditur, quae a f. I initium ducit et in 19 intermissa fuit. F. I^r^ in capite *391:* 2^v^ vacuum.

In dorso insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

392. An. 1459 circ. (f. 329^v^), membran. (ff. 378-429 chartac.), mm. 238 × 143, ff. 429 (+ f. 212^a^ neglegentia omisso).

Ioannis Chrysostomi In epistulam primam ad Corinthios homiliae 44 (cf. M. P. G., 61, 9-382) ex interpretatione eiusdem Francisci ⟨Mariotti⟩ Aretini, uti liquet e subscriptione manu ipsius Iouffroy exarata f. 329^v^: *Explicit omelia XXIX Io. crisostomi super epistolam ad corinthios. Quam ex greco traduci feci ego Io*⟨annes⟩ *Episcopus Atrebatensis, eamque vertit Franciscus Aretinus M°. CCCC LIX°* (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 2, 726). Hom. 1 post prologum *Corinthus urbs prima Graeciae,* inc. *Intuere quo pacto ab ipso,* des. *fruemur gloria quam utinam omnes assequamur gratia...*; - (f. 424) 44 inc. ... *Fortasse aliquis existimet*, des. *bonorum dignus efficiaris, quae utinam...*

Liber accurate scriptus, titulis rubris litteris maioribus aureis multicoloribus ornatus " notabilibus „ et correctionibus in margine auctus. F. 1^r^ in capite ἰησοῦς χριστὸς (f. 280^r^ ις χς) *392,* in calce scutum Ioannis Jouffroy cum nomine *.IOFRE.* imposito: 429^v^ τέλος *finis.* Tituli plures desunt, praesertim a f. 165 usque ad 228, et rursus a 333 usque ad finem. Folia chartacea 378-429 correctionibus passim scatentia ipsius interpretis manu exarata omnino videntur, ideoque et praecedentia omnia, si excipias notabilia plura et finem homiliae 29 a Jouffroy scripta. Quinterniones (ff. 370-377 quaternio, 418-429 senio) primo quidem litteris maioribus A ... G (f. 70), deinde prioribus sequentis quinternionis litteris in calce distinguuntur. Exstat hic illic antiquior foliorum supputatio (f. 94), quae a f. 111 fere semper in unoquoque decimo folio recurrit, et inde a f. 141 decem numeris minor est. Ff. 417. 419 perperam 111. 119 inscribuntur.

In dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

393. Saec. XV, membran., mm. 354 × 247, ff. 207.

Ioannis Chrysostomi, Basilii M. opera nonnulla et Aeneae Gazaei Theophrastus ab Ambrosio Traversari Camaldulensi fere omnia latine reddita.

1. Ioannis Chrysostomi opera nonnulla. [1] (f. 1) In epistulam secundam ad Timotheum commentarium (cf. M. P. G., 62, 599-662) praevia adnotatione *Infrascripta sunt translata de greco sermone in latinum ab Ambrosio Monacho flor.* Homilia 1 inc. *Quid sibi vult quod secundam,* des. *promissis bonis frui mereamur in...*; 10 inc. *Queri merito potest,* des. *quibus nos omnes utinam potiri contingant* (!) *in xpo...* (Opp., ed. Paris. 1581, 4, 1409-1466). [2] (f. 19v) In epistulam ad Philemonem (cod. *Phylemonem*) expositio (cf. M. ibid., 701-720). Hom. 1, cum prologo *Primum necessario dicendum,* inc. *Pro servo haec ad Dominum,* des. *illic perfrui bonis gratia...*; 3 inc. *Nihil tantam impetrandi,* des. *mereamur: quibus utinam nos digni inveniamur gratia...* (ed. Paris. cit., 4,1502-1518). [3] (f. 25) In epistulam primam ad Timotheum (cf. M. ibid., 501-600) *comentum... ex graeco in latinum traductum per doctissimum virum fratrem Ambrosium civem florentinum.* Hom. 1, praemisso argumento *Unus ex apostolis,* inc. *Magna erat profecto,* des. *quandoque perfruamur que eterna sunt...*; 18 inc. *Rursus Deum adducit testem,* des. *aeternae vitae bonis perfruamur, qui...* (ed. Paris., 4, 1415-1409, sic perversa foliorum supputatione). [4] (f. 61) ⟨In epistulam ad Titum⟩ (cf. M. ibid., 663-700) hom. 1 inc. *Unus ex Pauli sociis,* des. *demum promissis perfruamur bonis in...;* 6 inc. *Postquam de Dei,* des. *cognoscimus ut futuris bonis perfrui mereamur in...* (ed. Paris., 4, 1466-1502). [5] (f. 77) Adversus oppugnatores (cod. *vituperatores*) vitae monasticae (cf. M. P. G., 47, 319-386) cum praefatione interpretis *Exegisti a me,* liber I inc. *Cum templum illud,* des. *incomodis afficiendos censent;* - (f. 83) II inc. *Satis quidem et ista,* des. *atque probitatis filium;* - (f. 91) III inc. *Age vero iam fidelem,* des. *commodi consequi poteritis* (ed. Paris., 5, 1131-1203). [6] (f. 107) Ad Olympiadem (cf. M. P. G., 52, 549-581 lin. 42) epistula 1 inc. *Auge rursus meroris tui,* des. *venerabilis ac dilectissima soror,* reliquis (M. ibid., 555 a linea 4 ante ultimam) omissis; - (f. 109v) 2 inc. *Sufficere quidem poterat,* des. *nos consolationis percepturos. Vale*; - (f. 115v) 3. inc. *Et corpora vehementioribus,* des. *generationes et generationes* (M. ibid., 581, 42), reliquis omissis: cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 1, 308-309. **2** (f. 119v) ⟨**Basilii M.** Epist. 2 ad Gregorium Nazianz.⟩ (cf. M. P. G., 32, 224-233, et infra cod. 409, 2: in cod. *Explicit liber beati Iohannis crisostomi ad Stelechium de compunctione,* id quod pictor f. 133v scribere debebat et scripsit). 3 (f. 121) **Ioannis Chrysostomi** [1] Ad Theodorum lapsum ep. 2 (cf. M. P. G., 47, 309-316). Inc. *Si fletus posset,* des. *nobis gaudium esse venturum* (ed.

Paris. 1581, 5, 908-915). [2] (f. 125) De compunctione cordis (cf. M. ibid., 393-422) lib. I ad Demetrium inc. *Cum intueor te,* des. *atque operam negligenti;* - (f. 132) II ad Stelechium inc. *Et quomodo poterit,* des. *immortalibus flammis. Amen* (ed. Paris., ibid., 492-519, et maiore ex parte in G. Schmitz, Monumenta tachygraphica codicis parisiensis latini 2718. Fascic. alter, 1-31). [3] (f. 133v) Ad Theodorum lapsum ep. 1 (in cod. *de raparatione lapsi:* cf. M. ibid., 277-308), inc. *Quis dabit... Oportuimus* (!) *nunc a me,* des. *ultra medicamina non queras* (Flor. Casin., 3, 389-411). [4] (f. 142) Quod nemo laeditur nisi a se ipso (cod. *liber beati Iohannis osaurei super illo verbo verissimo* etc., cf. M. P. G., 52, 459-480). Inc. *Scio quod crassioribus,* des. decurtatus *qui a semetipso non leditur* (ed. Paris 1581, 5, 656-673). Hoc et tria praecedentia opuscula in capitula dividuntur 1um septem, 2um tredecim, 3um triginta, 4um sexdecim. [5] (f. 147) ⟨Adversus Iudaeos⟩ (cf. M. P. G., 48, 843-853. 871-942) sermo 1 inc. *Vellem vobis hodie prioris*, des. *nos omnes perfrui contingat. gratia...*; - (f. 151v) 4 inc. *Rursus infelices omnium,* des. *unanimiter uno ore glorificemus Deum...;* - (f. 155) 5 inc. *Quid sibi vult hodie,* des. *longe excellentem retributionem capiamus...;* - (f. 162) 6 inc. *Fere quamdiu quidem,* des. *auctoresque sint...;* - (f. 156) 7 inc. *Num satietatem,* des. *efficiat in gloriam suam...*; - (f. 170) 8 inc. *Preteriit Iudeorum,* des. *omnes perfrui contingat.....* [6] (f. 176) Contra Anomoeos Quod Deus incomprehensibilis sit (cf. M. ibid., 701-748) sermones quinque. Primus *e greco per fratrem Ambrosium ordinis camaldulens. in latinum versus*, inc. *Quid est hoc?*, des. *pacem condonare qua semper vos...;* (f. 190) 5 inc. *Cum quis longiorem*, des. *eternis bonis perfruemur...*

4 (f. 196) **Aeneae** Gazaei sophistae *dialogus qui* Theophrastus *inscribitur* (cf. M. P. G., 85, 872-1004), cum prologo Ambrosii Camaldulensis interpretis ad Andreolum Iustinianum (ed. I. F. Boissonade in fine sui libri Αἰνείας καὶ Ζαχαρίας, Parisiis 1836, quem non habeo).

Liber septem manibus descriptus, cuius prima ff. 1-24, altera 25-60, tertia 61-76, quarta 77-106, quinta 107-124. 176-194 sexta 125-146, septima 147-175. 195-207 exaravit. Litterae maximae aureae, minores caerulae vel rubrae variis coloribus distinguuntur. Tituli, ut plurimum rubri, alicubi praetermissi sunt, praesertim a f. 147 ad 170. Exstant hic illic correctiones et variae lectiones. Ff. 11. 146. 166 perperam inscribuntur 111. 126. 156: 195r vacuum est. F. 1r in calce *393*: 207v in subscriptione *Appus. Matia* (?).

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

394. Saec. XV, membran., mm. 305 × 215, ff. II. 170 (+ 102 bis computat., + 121a sine numero).

Ioannis Chrysostomi expositio **1** (f. 1) In epistulam Pauli ad Titum *ex greco in latinum traducta per eximium uirum fratrem Ambrosium* ⟨Traversari⟩ *Florentinum ordinis Camaldolensis,* Homil. 6; **2** (f. 29) In epi-

stulam primam ad Timotheum hom. 18; **3** (f. 108^{v}) In epistulam ad Timotheum secundam hom. 10; **4** (f. 156) In epistulam ad Philemonem hom. 3. Omnia fere ut in cod. praecedenti 393, 1^{1-4}.

Liber belle et accurate scriptus, titulis rubris litteris initialibus aureis multicoloribus distinctus, f. 1^{r} ornatu lineis et figuris intexto, scuto alterutrius card. Barbo et imagine Ambrosii (ut videtur) Traversarii scribentis, immo interpretantis, nitet. F. II^{v} manu aequali sin eadem: *In isto uolumine continentur infrascripta opera V*⟨idelicet⟩. *Iohannis crisostomi expositio in epistola beati pauli ad Titum. Om. VII* (sic). *Eiusdem in epistola prima beati pauli ad Timoteum. Om. XVIII. Eiusdem in epistola secunda beati pauli ad Timoteum. Om. X Eiusdem in epistola beati pauli ad philemonem. Om. tres.* (linea vacua) *Ab ambrosio monaco florentino e greco in latinum traducta.* Suprema verba e linearum distributione ad *opera* referri omnino videntur. F. 1^{r} in calce *394.* Initio perrara adsunt notabilia alterius manus. Quiniones (exceptis paribus ff. 169-170) in calce distinguuntur litteris fasciculi sequentis initialibus. F. 122 numerus *121* perperam inscriptus.

In tegumento scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

395. Saec. XV, membran., mm. 213 × 136, ff. 110.

1. Ioannis Chrysostomi (*osauri* f. 89^{v}) [1] (f. 1) In epistulam ad Titum hom. 6; [2] (f. 61) In epistulam ad Philemonem hom. 3. Hae omnes ex interpretatione ⟨Ambrosii Traversari⟩ ut in cod. 393, $1.^{3.2.}$ [3] (f. 89^{v}) Sermo de annuntiatione sanctae Mariae virginis (cf. M. P. G., 50, 791-796, itemque sub nomine Gregorii Thaumaturgi, M. P. G., 10, 1172-1178) inc. *Iterum libertas nititur* (!), des. *salus nostra, qui uenit letificare nos gratia sua Iesus...* [4] (f. 94) ⟨In sanctam Mariam⟩ *sermo unde supra* (cf. M. P. G., 59, 707-710, et iterum sub nomine Procli, M. P. G., 65, 716-721) inc. *Omnium quidem martirum,* des. *saluauit nos. Ipsi...* (Floril. Casin., 2, 82-83).

2 (f. 97^{v}) ⟨**Procli** In incarnationem D. N. Iesu Chr.⟩ ex interpretatione antiqua, forte Marii Mercatoris (M. 48, 775-781; cf. P. G., 65, 680-692).

3 (f. 104). **S. Leonis** papae (?) De adventu D. N. Iesu Chr. (in cod. *sermo de eodem,* cf. Bandini, Bibl. Med.-Laurent., 1, 79) inc. *Aduentum Domini et saluatoris,* des. *Ascendit in celum, cui est...*

F. 1^{r} ornatu lineis figuris multicoloribus intexto circumdatur: in calce scutum exhibet alterutrius card. Barbo et bis numerum *395* serioribus manibus adnotatum. Tituli fere omnes, qui minutissimis litteris margini inscripti in textu pingendi erant, praetermissi sunt. Litterae initiales tum pericoparum tum expositionis ipsius necnon homiliarum aureae et varii scoloribus distinctae. In marginibus notabilia et correctiones eiusdem primae manus. F. 110 fere totum vacuum.

In dorso insignia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

396. An. 1454 (f. 118ᵛ), membran., mm. 290 × 217, ff. I. 118.

Ioannis Chrysostomi 1 (f. 1) In epistulam Pauli ad Philemonem *exposicio... Ambrosius* ⟨Traversari⟩ *monachus vir doctissimus in latinum convertit,* qui et sequentia certe interpretatus est: cf. codd. 393, 1[1, 3]; 394, 1. Prologus et homiliae 3, ut in cod. 393, 1.[2] **2** (f. 10) In epistulam ad Timotheum secundam (in ms. *secundum*) commentarium. Homiliae 10, ut in eodem codice 393, 1[1]. **3** (f. 44) In epistulam ad Titum expositio. Homiliae 6, ut ibid. 1[4]. **4** (f. 65) In epistulam primam ad Timotheum homiliae 18, ut ibid. 1[3].

Scriptum feliciter per me Iohannem pottere de ziericzee Rome sub annis domini. 1454. Amen. Sequitur in calce: *Legi. Ego. Io*⟨annes⟩ *Ioffridi* (Jouffroy) *hunc librum ad tertiam lucubrationem, rome Anno Domini M° CCCC° LIIII°. die decimanona decembris* (f. 118ᵛ). Liber titulis rubris, litteris initialibus aureis multicoloribus ornatus, notabilibus tum Potteri tum Jouffroy manu in marginibus auctus, f. 1ʳ ornatum exhibet lineis figuris multicoloribus intextum et tesseras gentilicias cum nomine *IOHANNES IOFFRIDI.* Quiniones (ff. 81-88 quaternio) litteris fasciculi sequentis initialibus circumornatis distinguuntur. F. Iʳ *N. 396.*: Iᵛ manu saec. XV *chrysost. ad philem. III homiliae ad timoth. 1. homil. XVIII posterior ad timoth. homiliae. X. Ad Titum homiliae VI,* ordine libri minime servato.

In dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

397. Saec. XV, membran., mm. 295 × 216, ff. 162.

Ioannis Chrysostomi 1 (f. 1) In epistulam ad Hebraeos homiliae 33 (suprema omittitur) Mutiano interprete (M. P. G., 63, 237-450) cum celebri subscriptione: *Explicit Commentarium Iohannis episcopi Constantinopolitani In Epistola Pauli Ad Hebreos Ex notis Editum post eius Obitum a Constantino presbytero Annoceno* (sic). *Et translatum de greco in latinum a mutiano Scolastico. Deo gratias.* **2** (f. 115) Quod nemo laeditur nisi a seipso, omnino ut in cod. 393, 3[4]. In fine *Expliciunt sermones beati Iohannis crisostomi. Incipiunt* **3** (f. 125) De paenitentia sermo: inc. *Prouida mente et profundo,* des. *promerebitur indulgentiam praestante...* (impressus Memmingen a. 1483, Hain n. 1190, et alias); **4** (f. 127) De compunctione cordis lib. I (inc. *Cum te intueor*); - (f. 136ᵛ) II, ut supra in cod. 393, 3[2]. **5** (f. 143) De reparatione lapsi lib. I. Des. *alia ultima* (!) *medicamenta non queras* (Floril. Casin., 3, 389-411). Distinguitur in capita, quorum numeri et lemmata desunt.

Liber e duobus conflatus unica manu conscriptis, quorum prior ff. 1-126, alter ff. 127-162 constans singularem habent in calce foliorum cuiusque quinionis (ternione ff. 121-126 excepto) priorum supputationem. Tituli fere omnes desunt. Litterae initiales maximae aureae variis coloribus distinguuntur, reliquae caerulae sunt. F. 1ʳ intextu linearum et figurarum multicolorum ornatum, in fronte *397,* in calce scutum *.IOHANNIS.*

IOFFRIDI. exhibet, cuius nonnullae insunt marginibus adnotationes illis primae manus admixtae. Pictor in litteris initialibus apponendis saepius erravit. In fine supremi quinionis folia quattuor excisa sunt.

In dorso insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

398. Saec. XV, membran., mm. 232 × 168, ff. 169 (— 16 omisso).

Ioannis Chrysostomi In epistulam ad Hebraeos homiliae 34, interprete Mutiano Scholastico (M. P. G., 63, 237-456) cum inscriptione ... *ex notis editum post eius obitum a constantio presbitero anthioceno et translatum...* tum in principio tum in fine.

Liber duabus columnis exaratus titulos et pericopas rubra, litteras maximas caerulas, minores vero atras flavo colore distinctas habet. F. 1^{r} in fronte manu fortassis prima *.* II^{us}., altera saec. XVI-XVII *398.* Hic illic nonnullae variae lectiones et correctiones. Quiniones (ff. 172-179 quaternio) litteris fasciculi sequentis initialibus distinguuntur.

In dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

399. Saec. XV, membran., mm. 251 × 179, ff. I. 90 (+ 89^{a} omisso).

S. Ioannis Chrysostomi homiliae complures tum genuinae tum spuriae ac Severiani sermo ex antiqua versione latina: interseruntur nonnullae latinorum auctorum, fortasse Fausti Reiensis, Hieronymi et aliorum.

1 (f. 1) **Ioannis Chrysostomi** [1] De suprascriptione psalmi quinquagesimi inc. *Pictores imitantur arte,* des. *coronari in futuro mereamur* (cf. M. P. G., 55, 565-575 inter spurias). [2] (f. 6^{v}) In ipsum psalmum quinquagesimum inc. ⟨R⟩*eliquias hesterne mense,* des. *requiem sempiternam cum sanctis eius...* (cf. M. ibid., 575-588 inter spurias). [3] (f. 11^{r}) De psalmo centesimo vicesimo secundo inc. *Prosunt nonnumquam supplicia,* des. *refici quiete possimus...* (fere eadem versio in ed. Paris. 1581, 1, 1120: graeca in M. ibid., 351-353 non parum discrepant). [4] (f. 12) De psalmo centesimo quinquagesimo inc. *Alius inquit in sancto... Aut de populo,* des. *perfrui poterimus* (cf. M. ibid., 495-498). [5] (f. 13) De oratione dominica inc. ⟨I⟩*nvocare Deum beneficium,* des. *regna dei percipiatis cui...* (? latinum auctorem prorsus sapit). **2** (f. 13^{v}) ⟨**Fausti Reiensis** ?⟩ De symbolo Apostolorum inc. ⟨F⟩*ides religionis catholice,* des. *retineat, vita custodiat* (ed. Caspari, *Kirchenhistor. Anecdota,* 1, 328-341). **3** (f. 15^{v}) **Ioannis Chrysostomi** [1] Cum de expulsione eius ageretur (M. P. G., 52, 431-436). [2] (f. 17) Post exilii prioris reditum (M. ibid., 441-442). [3] (f. 17^{v}) Ad Eutropium inc. *Semper quidem sed nunc precipue competenter,* des. *participes effici mereamur* (cf. M. ibid., 391-396). [4] (f. 19^{v}) Quando de Asia regressus est ipse Iohannes (M. ibid., 421-424).

[5] (f. 21) Ad Theodorum monachum inc. ⟨S⟩*i fletus posset,* des. *gaudium esse venturum. Amen.* (ed. Paris. 1581, 5, 908-915: cf. M. P. G., 47, 309-316). [6] (f. 24^{v}) De patre et duobus filiis inc. ⟨O⟩*mnium quidem de scripturis,* des. *coheredes autem Ihesu Christi quia...* (ed. Paris. cit., 2, 1166-1171. Haec et sequentes 7-9. 11-14. 16-17. 20? 23? spuriae sunt ac fortasse cuiusdam auctoris latini). [7] (f. 26^{v}) De militia spiritali inc. *Bona quidem sunt et utilia,* des. *capiatis eternas coronas...* (spuria: ed. Paris., 5, 644-647). [8] (f. 27^{v}) De militia christiana inc. *Omnes homines qui sese student,* des. *cursum vestrum in salutem* (spur.: ibid., 648-650). [9] (f. 28) Ad neophytos inc. *Benedictus Deus ecce stelle,* des. *auxilium oportuno tempore* (spur.: ibid., 632-637). [10] (f. 31) De turture inc. *Turtur amatrix heremi,* des. *ipsius videre mereamur* (ibid., 652-656: cf. M. P. G., 55, 599-602 inter spurias, ubi tamen versio « multis in locis » castigata fuit). [11] (f. 33) De fide in Christo inc. ⟨S⟩*i credis quod Deus erat verbum,* des. *ait illuminans nos. Amen.* (spur.: ed. Paris., 3, 363-365). [12] (f. 33^{v}) De ascensione Heliae inc. *Apud veteres Reges moris erat,* des. *daturum se credentibus promisit...* (spur.: ed. Paris., 1, 564-566). [13] (f. 35) De tribus pueris inc. *Trium puerorum sermo tractabitur,* des. *celestia pervenire...* (spur.: ibid., 1412-1413). [14] (f. 35^{v}) De sancta Susanna inc. ⟨D⟩*ivine lectiones et sancta oracula,* des. *ut vincat in futuro* (spur.: ibid., 1413-1414). [15] (f. 36) De natale Machabaeorum inc. *Quam speciosa et grata civitas,* des. *pervenire per caritatem et graciam...* (ibid., 1420-1426: cf. M. P. G., 50, 617-624). [16] (f. 38^{v}) De (+ conceptu et) nativitate Domini et sancti Ioannis Baptistae inc. ⟨D⟩*e solsticio et equinoctio conceptionis,* des. *veritas per ihesum christum facta est..* (spur.: ed. Paris., 2, 1153-1160). [17] (f. 41^{v}) De Iob, ubi et ⟨de⟩ illo divite agitur inc. ⟨V⟩*erumptamen fratres karissimi intendat caritas vestra,* des. *futurum evadebat...* (spur.: ed. Paris., 1, 606-607). [18] (f. 42) De proditione Iudae inc. ⟨P⟩*aucis hodie necessarium est,* des. *et accedamus ad mensam christi...* (ed. Paris., 3, 752-759: cf. M. P. G., 49, 373-382). [19] (f. 45^{v}) De cruce et latrone 1 inc. ⟨H⟩*odierna die Dominus,* des. *celorum regna mereamur....* (ed. Paris., 3, 761-768: cf. M. ibid., 399-408). [20] (f. 48^{v}) Item de cruce et latrone 2 inc. ⟨H⟩*odie incipiamus karissimi de crucis,* des. *illuminati misericordia eius glorificemus...* (ed. Paris., 3, 768-770). [21] (f. 50) De cruce dominica inc. ⟨Q⟩*uid dicam quid loquar,* des. *omnibus gratias agamus Deo...* (ibid., 770-775: cf. M. P. G., 50, 815-820 inter spurias). [22] (f. 52) De ascensione Salvatoris inc. ⟨Q⟩*uando de cruce nostra processit oratio,* des. *omnes liceat promereri gracia..* (ed. Paris., 3, 795-801: cf. M. ibid., 441-452). [23] (f. 55) De pentecosten inc. ⟨H⟩*odie terra nobis facta est celum,* des. *pietate insignes. Ideoque pro hiis omnibus gratias agamus...* (ed. Paris., 3, 802-806). [24] (f. 57) De

Lazaro resuscitato inc. *Grandi fratres stupore,* des. *Christi miracula referuntur* (ibid., 375-376). [25] (f. 57^v) De muliere chananaea (+ sub figura persecutionis) inc. ⟨M⟩*ulte tempestates et inquietudo,* des. *curatam. Pro hiis autem omnibus gratias agamus* (ed. Paris., 2, 1066-1068 ⟨sub titulo De conversione Matthaei⟩ + 1075 - 1083: cf. M. P. G, 52, 449-460). **4** (f. 62^v) ⟨**Hieronymi** presb.?⟩ [1]In evangelio secundum Matthaeum inc. ⟨V⟩*ae mundo ab scandalis... Videtur quidem spiritaliter designare,* des. *hoc est imperatori tuo...* (G. Morin, Anecdota Maredsolana, 3, part. 2, 373-376). [2] (f. 63) De principiis Marci evangelistae inc. ⟨A⟩*nimal illud quod in Iohannis,* des. *de foribus* (!) *et solitudinem habere...* (ibid., 319-328). [3] (f. 65) In evangelio secundum Lucam ubi de divite et Lazaro inc. ⟨H⟩*omo quidam... Quoniam dixerat, nemo,* des. *querite viam. christum* (ibid., 376-386). [4] (f. 67^v) In evangelio secundum Ioannem inc. ⟨D⟩*e iohanne dicitur fuit,* des. *tunc mereris me tangere* (ibid., 386-392). **5** (f. 69) ⟨Incerti⟩ [1] De occursione martyrum et de precationibus inc. ⟨M⟩*artirum memoriam celebramus,* des. *preparavit deus diligentibus se...* (ecl. 9 e diversis Ioannis Chrys. homiliis, cf. M. P. G., 63, 623-632). [2] (f. 74) De pastore qui non corripit populum sua desidia inc. ⟨S⟩*acerdotis silentium decipit,* des. *castigando ne parcas.* (?). **6** (f. 74) **Ioannis Chrysostomi** [1] De ieiuniis et geneseos lectione inc. ⟨I⟩*ocundum quidem nautis,* des. *eius et meritis adiuvari...* (ed. Paris., 1, 464-469: cf. M. P. G., 54, 581-586). [2] (f. 77) De eruditione disciplinae inc. ⟨E⟩*rudicio discipline custos,* des. *a nobis secundum evangelium christi...* (spur. ? latini ne auctoris? Ed. Paris., 5, 650-652). [3] (f. 78) De recipiendo Severiano episcopo (M. P. G., 52, 423-426). **6** (f. 78^v) **Severiani** De pace, *cum susceptus esset ab episcopo Iohanne* (M. ibid., 425-428). **7** (f. 79) ⟨**Hieronymi** presb. ?⟩ De nativitate Domini inc. *Et reclinavit eum mater, Ioseph autem non audebat,* des. *audiamus benedicentes Dominum* (Morin o. c., 392-398). **8** (f. 81) ⟨Incerti⟩ Obiurgatio adversus eos qui inter canendas dominicas laudes gestu vel cantu utuntur immoderato ac de profanis rebus mutuo colloquuntur inc. ⟨A⟩*nimadverto vos karissimi,* des. *sempiternis perfrui deliciis...* (nonnulla initio concinunt cum Ioannis Chrys. hom. 13 in Genesim, M. P. G., 53, 105 ss., sed alia prorsus homilia est). **9** (f. 85) **S. Ioannis Chrysostomi** De Lazari atque divitis parabola hom. 4 inc. ⟨N⟩*ecesse est ut hodierna die vobis absolvam,* des. *valeamus aperto fronte migrare* (cf. M. P. G., 48, 1005-1016). **10** (f. 90) Index homiliarum, praeter duas supremas, in volumine scriptarum (cod.: ⟨I⟩*ncipiunt capitula omeliarum sancti iohannis episcopi Constantinopolitane sedis qui et os aureum*). Capitula haec sive titulos, quum subscriptionibus plane respondeant, ad communem hodie scribendi

legem redactos supra in recensione suis locis dedi, additis inter cancellos iis quae in una vel altera subscriptione addita sunt.

Liber manu rudiore scriptus, litteris homiliarum initialibus fere carens, nonnullis alterius manus adnotationibus auctus est. F. 1^r in calce proprium numerum *399* exhibet, ac f. 90^v inferne, litteris inversis, adnotationem *Bibliothecae Apostolicae. Ex pluteo secundo bibliothecae magnae secretae.* Ff. I. 89^v. 89^a vacua: ea quae ff. 1. 90 coniungebantur, excisa sunt.

In dorso insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

400. Saec. XV, membran., mm. 240 × 165, ff. II. 160.

S. Ioannis Chrysostomi opera complura in latinum translata.

1 (f. 1). Quod nemo laeditur nisi a seipso, nullo interpretis nomine. Inc. *Scio quod crassiosibus.* Des. *qui a semetipso non leditur* (S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 5, col. 656-673; cf. M., P. G. 52, 459-480). **2** (f. 20). De compunctione cordis lib. I-II. Lib. I inc. *Cum te intueor beate demetri.* Lib. II des. *inextricabilis immortalibus flammis* (ed. cit., 5, col. 492-519; cf. M., P. G. 47, 393-422). **3** (f. 51). Adversus vituperatores vitae monasticae lib. I-III, interprete Ambrosio Traversari. Lib. I inc. *Cum templum illud peruetustum.* Lib. III des. *comodi consequi poteritis* (ed. cit., 5, col. 1133-1202; cf. M. ibid., 319-386). Praeit (f. 49^v) Ambrosii praefatio patri Matthaeo, quae inc. *Exegisti a me iure tuo,* des. *abs te reposci intelligas* (loc. cit., col. 1131-1133). **4** (f. 127). De reparatione lapsi (Biblioth. Casin., 3, Flor., p. 389-411).

F. 158^v. **S. Bernardi** Speculum monachorum (M. 184, 1175-1178).

Litterae maximae sunt auro illitae et coloribus ornatae, maiores caeruleae. Tituli minio exscripti. Ff. I. II^v vacua. II^r index manu saeculi XV, inferius *N. 400.* Margini summo folii 1^r manus librarii aequalis inscripsit ἰησοῦς. Μαρία. ἱερώνυμος, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι:~ eademque, ni fallor, in marg. sup. folii 158^v titulum apposuit *De contemplatione monastica, vel speculum monachorum.*

In tegumenti dorso scuta exstant Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

401. Saec. XV, membran., mm. 216 × 140, f. 110.

S. Ioannis Chrysostomi De sacerdotio libri I-VI, nullo interpretis nomine (cf. Bandini, Biblioth. Laur., 4, p. 447; in ms. inscribitur, fere ut in ed. Coloniensi Ulrici Zell [cf. Graesse, *Trésor des livres rares,* 2, 152], *Incipit liber. Dyal. sancti. Iohannis Crisostomi Constantinopol. Episcopi. et Sancti basilij Cesariensis episcopi. college beati gregorij nazanei. Qui intitulatur de dignitate sacerdotali*). Lib. I inc. *Michi quidem fuerunt amici certi et amicicie iura scientes.* Lib. VI des. *in die illo periclitantes. in eternum tuum recipias habitaculum* (cf. M., P. G. 48, 623-692). Singulos libros, praeter primum, praecedunt capita (ff. 13^v. 27^v. 59^v. 80. 88^v).

Litterae librorum initiales aureae et coloribus illuminatae, reliquae litterae maiores caeruleo pictae; tituli rubri. In ornamento marginibus folii 1r appicto conspicitur stemma cardinalis Barbo.

Integumenti dorsum habet scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

402. Saec. XV, membran., mm. 249 × 168, ff. I. 211.

SS. Ioannis Chrysostomi et Basilii M. opera nonnulla, Ambrosio Traversari interprete.

1. S. Ioannis Chrysostomi opera. [1] (f. 2). Ad Stagirium monachum ⟨De providentia Dei⟩ libri I-III, ut in cod. 300, 2[2] (S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 5, col. 519-582; cf. M., P. G. 47, 423-494), praevia (f. 1) interpretis praefatione ad Infantem Petrum Lusitaniae principem, ut in cod. laudato. Lib. III des. *aduersissimis casibus: frangi uel deici ualebis.* [2] (f. 61v). De incomprehensibili Dei natura (in ms. *quod Deus incomprehensibilis sit*) contra anomoeos *sermones* I-V, ut in cod. 393, 4[6]. Sermo I inc. *Quid esthoc? Pastor non adest et oues.* Sermo V des. *perpetua sanitate potiemur: futurisque et ęternis bonis perfruemur: gratia* etc. (cf. M., P. G. 48, 701-748). [3] (f. 99v). In Iudaeos homiliae I. IV-VIII, omnino ut in cod. 300, 2[3] (cf. M., loc. cit., 843-856; 871-942). **2** (f. 166v). **S. Basilii M.** De vera virginitate. Inc. *Cum plurimi ex his qui immortalem.* Des. *corona digni inueniamur: per iesum* etc. (S. Basilii opp, ed. Parisiis 1547, f. 130-148; cf. M., P. G. 30, 669-809). Praeit (f. 166) translatoris epistula patri Gabrieli ⟨Condulmer, postea Eugenio IV⟩. Inc. *Prolixum librum.* Des. *uenerabilis ac desiderabilis pater* (ed. cit., f. 129v).

Litterae initiales aureae et coloribus distinctae; tituli rubri. Ff. I. 211v vacua. Integumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

403. Saec. XV, membran., mm. 284 × 190, ff. II. 151.

SS. Ioannis Chrysostomi et Basilii M. opera nonnulla, Ambrosio Traversari interprete.

1 (f. 2). **S. Ioannis Chrysostomi** Ad Stagirium monachum de providentia Dei lib. I-III, ut in cod. 300, 2[2] (S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 5, col. 514-582; cf. M., P. G. 47, 423-494). Praeit (f. 1) translatoris praefatio *ad dominum petrum ducem columbrie filium serenissimi regis portus galli,* ut in cod. cit. **2** (f. 65v). **S. Basilii M.** De vera virginitate (in ms. ..*ad letoium melitenensem episcopum de uera integritate uirginitatis....*), ut in cod. 402, 2 (S. Basilii opp., Parisiis 1547, f. 130-148; cf. M , P. G. 30, 669-809). **3** (f. 123). **S. Ioannis Chrysostomi** Ad Olympiadem epistulae I-III, ut in cod. 300, 2[1]. In margine folii 151 notatur *Ista epistula non est expleta.*

Litterae initiales aureae et coloribus ornatae, tituli rubro exscripti. In marginibus lemmata perpauca occurrunt. Ff. I. II^{v}. 122^{v}. 151^{v} vacua. I^{v} indiculus contentorum. Ornamentum appictum marginibus folii 1^{r} stemma praebet card. Barbo.

In dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

404. Saec. XV, membran., mm. 228 × 152, ff. 178.

S. Ioannis Chrysostomi opera nonnulla, Aeneae Gazaei Dialogus qui Theophrastus inscribitur, S. Eugeniae vita.

1. S. Ioannis Chrysostomi opera ab Ambrosio Traversari in latinum traducta. [1] (f. 1). In Iudaeos homiliae I. IV-VIII, ut in cod. 300, f. 88^{v} sqq. (cf. M., P. G. 48, 843-856; 871-942). [2] (f. 72). De incomprehensibili Dei natura (in ms. *Quod deus incomprehensibilis sit*) contra anomoeos sermones I-V, ut in cod. 402, f. 61^{v} (cf. M., ibid., 701-748). **2** (f. 119^{v}). **Aeneae Gazaeli** Dialogus qui Theophrastus inscribitur, A. Traversari interprete (ed. Boissonade in fine operis Αἰνείας καὶ Ζαχαρίας; cf. M., P. G. 85, 872-1004) Inc. *Egiptus. Quo tu Euxistee uel unde.* Des. *Theo. Satis oratum est Sed proficiscamur.* Praeit interpretis prologus Andreolo Iustiniano. Inc. *Opusculum enee.* Des. *iudicium tuum nequaquam possit.* **3** (f. 154^{r}). Vita s. Eugeniae ac Proti et Hyacinthi *per Ambrosium de greco in latinum translata.* Inc. *Septimo consulatu suo commodus.* Des. *ad eternam uitam migrarunt. Glorificantes sanctam* etc. Textus qui omnino cum cod. 274, f. 42 consentit, paulum differt ab ed. ap. M. 21, 1105-1122; 73, 605-620, unde Ambrosius veterem versionem correxisse tantum censendus est.

Litterae initiales auro illitae et coloribus distinctae; tituli rubri. Ff. 117-118. 174^{v}-178 vacua. Ornamentum folio 1 appictum continet imagines s. Ioannis Chrysostomi et A. Traversari: in margine inf. emicat scutum card. Barbo a duobus geniis sustentatum.

Tegumenti dorsum exhibet stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

405. Saec. XV, chart., mm. 200 × 125, ff. 286 (— f. 145 librarii oscitatione neglecto).

S. Ioannis Chrysostomi sermones, Titi Livii epitomae, Francisci Bertini oratio.

1. S. Ioannis Chrysostomi sermones XVI a Lilio Tifernate latine redditi, ut e. g. in cod. Laur. 3, plut. 14, p. 70 sqq., ap. Bandini 4, 447. [1] (f. 2). ⟨Pseudo-Chrysostomi⟩ sermones I-IV in iustum et beatum Iob (cf. M., P. G. 56, 563-582). quibus subditur (f. 37) Ecloga de patientia et longanimitate: *Proponamus igitur nobis - quo pares ipsis laudes assequamur in christo* etc. S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 1, col. 593-606; cf. M. ibid., 63, 701-716). Sermo I inc. ⟨A⟩*nnuus ad nos hodierna die.* Sermo IV des. *Quibus omnes nos*

dignos fieri contingat gratia etc. (S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 1, col. 572-593). [2] (f. 58). D e p a e n i t e n t i a sermones 11 (cf. M., P. G. 49, 273-276). Sermo I inc. *Leta nobis hodie festiuitas.* Sermo XI, numero XVI signatus, des. *coram christi tribunali stare possimus, regnumque celorum consequi. Cuius omnes nos* etc. (S. Ioan. Chrysost. opp., ed. cit., col. 734-790). Subicitur notis rubris, ut in cod. Laur. cit., *Expliciunt sermones aliquot de pacientia in Iob, aliquot uero de penitentia conscripti per beatum iohannem Crisostomum, ac traducti e greco in latinum per spectabilem et eloquentem uirum Lilium Tyfernatis* (!). Sermonibus de patientia praeit interpretis prologus ad Nicolaum V (S. Ioan. Chrysost. opp., ed. cit., 1, col. 571-572; iterum edidit Bandini, Catal. codd. lat. biblioth. Laur., 4, 447). Sermones de paenitentia sequuntur (f. 184)... *a l i q u e a u c t o r i t a t e s extracte ex sermonibus sancti i o h a n n i s c r i s o s t o m i precedentibus.* Prima ex sermone I inc. *Iob gesta officij plena.* Ultima ex sermone XV inc. *Constant duo hec stantem confidere.* **2** (f. 210). ⟨**Titi Livii** Historiarum epitomae⟩. **3** (f. 283ʳ). **Francisci Bertini** *Lucensis oratio Patavii habita quo die V. C. Augustinus ab Vnico et ciuilis et pontificii Iuris insignibus donatus fuit.* Inc. *Etsi ea studia quibus hoc tempore.* Des. ex abrupto *alter enim studia legum amplexus.* Praeeunt (f. 282ʳ) epistula Ioanni Cirignano *(Postquam ex Britania quo cum Venerando Archiepiscopo - si quid in posterum composuero ad te mittam. Vale ex Vrbe Roma Pridie Nonas Maij MCCCCLVI)* et tria disticha (*Cum cupies nimium: nimium temeraria solui - Fac* [sequitur verbum deletum] *tu pudibunda suis).*

Codicem exararunt duae manus, quarum prior f. 1-206 conscripsit, altera reliqua. Desunt litterae initiales usque ad f. 206. Tituli omnes sunt rubro picti. Ff. 182ᵛ. 183. 206-209 vacua.

Integumenti dorsum praebet stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

406. Saec. XV, membran., mm. 287 × 210, ff. I. 144.

S. Ioannis Chrysostomi sermones in latinum a L i l i o T i f e r n a t e translati, omnino ut in cod. 405, et eiusdem manu descripti. Praeeunt [1] (f. 1ʳ) auctoritates, ut in cod. cit., f. 184, et [2] (f. 18) prologus Nicolao V (S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 1, col. 571-572; Bandini, Catal. codd. lat. biblioth. Laur. 4, 447).

1 (f. 18ʳ). I n i u s t u m e t b e a t u m I o b de patientia sermones I-V (S. Ioan. Chrysost. opp., ed. cit., 1, col. 572-606; cf. M., P. G. 56, 563-582; 63, 701-716). **2** (f. 59). De paenitentia sermones I-XI (S. Ioan. Chrysost. opp., ed. cit., 5, col. 734-790; cf. M. ibid., 49, 273-276).

Litterae initiales auro et coloribus ornatae sunt, sed parum diligenti arte. Tituli rubri. Singulorum sermonum numeri in summis foliorum marginibus adscripti sunt notis rubris et caeruleis alternis: numeri paragraphorum minio tincti. In parte inf. ornamenti

folio 1^v appicti exstat scutum Nicolai V. Ff. I^v. 1^r. 15^v-17. 142-144 vacua. I^r *N. 406* manu saec. XVI.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

407. Saec. XV, chart., mm. 331 × 218, ff. 58.

S. Ioannis Chrysostomi 1 (f. 7) De patientia sermones I-V; **2** (f. 22) De paenitentia sermones I-XI a Lilio Tifernate traducti, propositis (f. 1) auctoritatibus et (f. 7) prològo Nicolao V, omnino ut in cod. 406.

Codex binis columnis exaratus est. Litterae initiales, prima tantum excepta, et, inde a f. 32, etiam tituli desunt. Litterae maiores, inscriptiones et numeri rubro exscripta. F. 52 post 58 invenies; ff. 55-58 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

408. Saec. XV, membran., mm. 247 × 157, ff. 11.

S. Ioannis Chrysostomi sermones 25 et epistula 1, interprete Christophoro de Persona priore s. Balbinae (S. Ioan. Chrysost. sermones XXV, Bononiae 1475, ex officina Baldasaris Azzoguidi, f. 11-109; cf. Fabricius, Biblioth. graeca 8, p. 568 Harl.). Praeit (f. 1) praefatio quae inc. *Non multis ante hac mensibus,* des. *studia hęc mea ut prosequar.* **1** (f. 2). Contra avaritiam. Inc. *Euertendi sunt nobis.* Des. *bonis certioribus donabit.* **2** (f. 6). Quod nequitia sit voluntaria et non naturalis. Inc. *Age tandem si placet.* Des. *bona ęterna consequamur.* **3** (f. 11^v). ⟨Contra voluptates⟩. Inc. *Corpus nobis reliquis.* Des. *cum his pręsentibus et futura assequaris.* **4** (f. 16^v). Ut humanitati operam demus. Inc. *Audite fratres Paulum.* Des. *nimium ualitudine usi: bona illa futura consequamur.* **5** (f. 22). Ut misericordes simus sicut Pater caelestis qui Filium suum tradidit. Inc. *Tuo tandem ipsi digni.* Des. *ad futuram concedentes perpetua beatitudine fruamur.* **6** (f. 24^v). Inanem gloriam detestemus, quia valde turpis et durus tyrannus. Inc. *Quid tandem inanis.* Des. *plurima uoluptate potiemur.* **7** (f. 30). Gratitudinem habendam ad Deum corde, ore et opere. Inc. *Gratię sunt per nos.* Des. *spei plenus abscedas: et illo profectus bonis futuris potiaris.* **8** (f. 35). Ne in progenitorum nostrorum virtutibus confidamus neque de eorum uitiis trepidemus. Inc. *Paulum et ipsi imitemur.* Des. *et palma deinceps nobis seruata fruamur.* **9** (f. 37^v). Contra desperationem et superbiam peroptime consulens. Inc. *Si quis natura in mentis.* Des. *inuenta: bonis in posterum fruemur sempiternis.* **10** (f. 40). Pauperes ne subtilius scrutemur, ne talione iudicemur. Inc. *Quid stipem deposcentem.* Des. *sunt diuinitus adiudicata.* **11** (f. 43). Ut benedicamus maledicentibus, Christi et sanctorum exemplo. Inc. *Ingemiscendi mihi cupido.* Des. *patientia liberati: futura beatitudine potiamur.* **12** (f. 44^v). Carnis concupi-

scentias ne sectemur, quoniam generant mortem. Inc. *Excitatus e somno.* Des. *parui factis: necessarijs contenti.* **13** (f. 49^v). Ne scandalum cuiquam fratrum ponamus. Inc. *Animaduerte quantum Paulus.* Des. *haud sat promerito potest: frui possimus.* **14** (f. 53^v). Diligamus persequentes. Inc. *Iungamus nos ipsos.* Des. *beatitudinis non eris immunis.* **15** (f. 56^v). Davidica cantica nostris subserviunt diversis solationibus et meditationibus. Inc. *Quemadmodum cibo uita.* Des. *spem habeamus: et futura beatitudine potiamur.* **16** (f. 60). Divitiae erogandae sunt pauperibus multiplici cura et fructu. Inc. *Si opifices qui manuum ope.* Des. *morem gesserimus: futuris bonis perpetuo potiemur.* **17** (f. 64). Deum laudemus fide formata exemplo sanctorum, dignus enim est omni laude. Inc. *Imitemur et ipsi Patriarcham.* Des. *futurę bona denique uendicemus.* **18** (f. 70^v). Deum diligamus qui prius dilexit nos et patiamur adversa libenter pro sui amore. Inc. *Sectemur et nos supernas.* Des. *offerendus est gratia: incumbamus.* **19** (f. 74). De praemiis sanctorum diversisque honoribus apostolorum et de gehenna si sit et ubi sit. Inc. *Haud ęque idem.* Des. *cruciatus effugere: et futuris bonis potiri.* **20** (f. 78^v). Occultanda sunt opera bona et maxime religiosis, exemplo ⟨sanctorum?⟩. Inc. *Rerum tuarum dispensatio.* Des. *manent certiora et parata.* **21** (f. 85). Ne desperemus omnino neque nimium praesumamus. Inc. *Nemo desperet: si per ocium.* Des. *statuta ac proposita sunt.* **22** (f. 88). De vanitate mundi spernenda et pulcra conclusio de sacramento Eucharistiae. Inc. *Quemadmodum inquit in diebus Noe.* Des. *arguamur indigni.* **23** (f. 92). De turture, id est ecclesia, sponso eius Christo et de nuptiis spiritualibus. Inc. *Turtur solitudinis amantissima.* Des. *instigatione editis diffidendum* (cf. M., P. G. 55, 599-602, inter spuria). **24** (f. 97^v). De charitate quae cuncta dirigit et perficit. Inc. *Charitatem optimum amoris genus.* Des. *ad tranquillissimos portus transuectabit.* **25** (f. 100). Exhortatio generalis omnium ad bene vivendum. Inc. *Eo ipsi proxime ad perditionem.* Des. *quę nobis sunt in premium exposita: consequi ualeamus.* **26** (f. 102^v). Ad Theodorum monachum lapsum lib. II (in ms. *Epistula..... per Priorem prefatum traducta....*). Inc. *Si possem litteris lachrymas tibi meas.* Des. *summo nos gaudio et lętitia affeceris.* (cf. M., P. G. 47, 309-316).

Litterae maiores aeque ac maximae auro illitae et coloribus distinctae. Dedicatio Sixto IV in f. 1^r aureis litteris fulget. Titulus sermonis 1 exscriptus est colore caerulo, reliqui, ab ipso librario posterius additi, sunt rubro exarati. Ornamentum per quattuor margines folii 1^r diffusum exhibet stemma Sisti IV. In chartula tegumento posteriori adglutinata legitur manu saec. XVI *Io. Chrysost: Homiliae | morales. | 408.*

In tegumenti dorso exstant tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

409. Saec. XV, chart. (singulorum quinternionum ff. 1. 5. 6. 10 membran.), mm. 290 × 210, ff. 141.

SS. Ioannis Chrysostomi, Basilii et Gregorii Nazianzeni opera nonnulla.

1. S. Ioannis Chrysostomi opera, magna ex parte a ⟨Petro Balbo⟩ traducta (cf. cod. 410), proposita praefatione ad summum pontificem, quae inc. *Etsi multi sunt apud Sanctitatem*, des. *iam nostrum Chrisostomum audias.* [1] (f. 1^v). ⟨Ecloga de imperio, potestate et gloria⟩ (cf. M., P. G. 63, 695-702). Inc. *Fertur de diuo Constantino.* Des. *inuestigabiles uie eius cui sit gloria* etc. [2] (f. 7^v). ⟨Ad populum Antiochenum⟩ hom. I. II (cf. M. ibid., 49, 15-48). Hom. I inc. *Audistis dilectissimi fratres apostoli uocem.* Hom. II des. *imminens hoc periculum declinemus et futura illa bona assequamur* etc. [3] (f. 28^v). ⟨Ecloga de morte⟩ (cf. M. ibid., 63, 801-812). Inc. *Multa quidem festinat. discere.* Des. *permutemus nos et meliores fiamus ut futura illa* etc. [4] (f. 33). ⟨Ad populum Antiochenum⟩ hom. III-VII. (cf. M. ibid., 49, 59-98). Hom. III inc. *Cum hanc sedem cernam desertam.* Hom. VII des. *ad reliquos progredientes profectus futura bona assequamur* etc. [5] (f. 60^v). De virtute et vitio (cf. M. ibid., 63, 753-764), interprete Omnibono Leoniceno. Inc. *Sunt quidam huius loci homines.* Des. *et futura consequetur bona. quae quidem. o si consequi possimus omnes* etc. Praeit translatoris epistula *Generosis uirginibus Isote et Zeneurae de Nogarolis,* quae inc. *Quaerenti mihi generosissime uirgines* et des. *precipiat quaeso audiatis.* [6] (f. 65). ⟨Ad populum Antiochenum⟩ hom. VIII. X-XIX. XXI (cf. M. ibid., 49, 97-102; 111-198; 211-222). Hom. VIII inc. ⟨N⟩*ouistis mane quo pacto omnis scriptura.* Hom. XXI (in ms. numero XX signata) des. *discamus omnia semper eum decenter gubernare omni cum clementia quam assidue nos assequi* etc. [7] (f. 115^v). ⟨Ad illuminandos catechesis II⟩ (cf. M. ibid., 231-240). Inc. ⟨Q⟩*ue nuper. nobis dicta. sunt fratres dilectissimi eorum fructus.* Des. *aduersus diabolum firmato iusticie coronam sumas.* [8] (f. 120). *Oratio excripta ex vita Io. Crisostomi. cum imperator ipsius Ioan. domum uisitandi et honoris causa adisset* (titulum hunc alia manus adiecit). Inc. *Formidanda michi cesar est.* Des. *luctus animi immensus atque incurabilis. ob hec.* **2** (f. 122). **S. Basilii M.** epistula 2 ad Gregorium Nazianzenum (cf. M., P. G. 23, 224-233). Inc. *Agnoui has tuas.* Des. *que studiose proponit.* Subicitur *Explicit epistola Quam e greco transtulit in latinum Egregius frater Ambrosius florentinus mon. sancte marie de angelis in utraque lingua peritus.* **3** (f. 124). **S. Gregorii Nazianzeni** In natale Domini sermo (cf. M., P. G. 36, 312-334). Inc. *Christus nascitur. gloriamini. christus e celis occurrite.* Des. *Videas deum ut uidere possibile est deum quo in trinitate*

ueneramur etc. Sequuntur index aliorum Gregorii sermonum et initia librorum I-II Adversus vituperatores vitae monasticae. **4. S. Basilii M.** opuscula. [1] (f. 129). De primis institutionibus libellus (cf. M., P. G. 31, 564-589) a Leonardo Aretino translatus. Inc. *Multa sunt fili que hortantur*. Des. *nunc recta consilia aspernantes* (De hac versione saepius impressa cf. Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia* 2, 4, p. 2208). Praeit (f. 128) interpretis epistula ad Coluccium, quae inc. *Age tibi hunc librum*, des. *quanta grauitas sit*. [2] (f. 124^v). Homilia in illud: « Attende tibi » (cf. M., P. G., 31, 197-217). Inc. *Orationis usum dedit nobis*. Des. *attende igitur tibi ipsi et attendas deo*. Praecedit praefatio quae inc. *Inter multa preclara atque celeberrima*, des. *Magnum basilium igitur audiamus*. [3] (f. 138). In Gordium martyrem (cf. M., P. G. 31, 489-508). Inc. *Natura tribuit apibus*. Des. *dum terra manebit et in celis apud iustissimum iudicem christum. Cui* etc.

Litterae initiales desunt, praeter primam auream et coloribus ornatam. Tituli qui exstant, scil. a f. 60^v usque ad f. 93^v, rubro exscripti. Occurrunt in marginibus notabilia currenti littera, ut codex fere totus, descripta. In marg. inf. folii 1^r picta conspicitur tessera gentilicia card. Ioan. Ioffridi (Jouffroy). Ff. 52^v. 53^r. 92^v vacua. 121^v post indiculum operum quorundam s. Ioan. Chrysost. e graeco in latinum translatorum complures scripturae lineae prorsus erasae.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

410. Saec. XV, membran., mm. 334 × 225, ff. 170 (— f. 64 librarii neglegentia omisso, + f. 71^a).

S. Ioannis Chrysostomi homiliae complures, Petro Balbo episcopo Tropiensi interprete. Edita est haec versio Bruxellis an. 1474; cf. Fabricius, Biblioth. graeca 8, p. 568 Harl. Praeit translatoris praefatio ad Pium II, quae inc. *Sententia mea semper fuit Pontifex dignissime, a primis usque temporibus*, des. *me queso ut cepisti semper commendatum habeto*.

1 (f. 3). Ad populum Antiochenum homiliae I-IV. VI. V. VII-XIX. XXI (cf. M., P. G. 49, 15-222). Hom. I inc. *Audistis fratres carissimi apostoli uocem: tubam celestem: lyram spiritualem*. Hom. XXI des. *et ex diuinis litteris et ex iis ipsis que nobis euenerunt cuncta semper deum decenter gubernare omnique cum clementia. quam nos assequi* etc. **2** (f. 161^r). Ad illuminandos catechesis II (cf. M. ibid., 231-240), ut in cod. 409, 1^7. Inc. *Que nuper nobis dicta sunt fratres dilectissimi eorum fructus*. Des. *aduersus diabolum firmato: iustitie coronam sumas: quam* etc.

Litterae initiales auro illitae variisque coloribus ornatae sunt; tituli minio exscripti. Ornamentum, tres margines folii 3^r complectens, scutum exhibet Pii II. Ff. 145. 146 perperam librarius numeris 125. 126 signavit. F. 170 vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

411. Saec. XV, chart., mm. 218 × 150, ff. 132.

1. S. Ioannis Chrysostomi opuscula aliquot, Ambrosio Traversari interprete. [1] (f. 1). Ad populum Antiochenum homilia I. Inc. *Audistis fratres apostolicam vocem célestem tubam.* Des. *Quodque omnibus maius est. eternis que nobis reposita sunt perfruemur bonis* etc. (cf. M., P. G. 49, 15-34). [2] (f. 25). ⟨De incomprehensibili Dei natura contra anomoeos⟩, ut in cod. 402 f. 61ᵛ, (cf. M. ibid., 48, 701-748). **2** (f. 77). S. Nicolai vita a Leonardo Iustiniano Veneto *conposita* (Surius, Vitae Sanctorum, 6, Coloniae 1575, p. 883-897). Praeit (f. 75) interpretis prooemium ad fratrem suum Laurentium episcopum Venetiarum, quod inc. ⟨C⟩*um etatis nostre ingenia.* Des. *quoniam uiuens quisque in terris prodesse.* **3** (f. 97ᵛ). **S. Ioannis Chrysostomi** epistulae I-III (cf. M., P. G. 52, 549-581) ad Olympiadem, ut in cod. 300, f. 32. **4** (f. 125). *Sermo in octaua pasche Rome anno M.ºCCCC.º XVIII.º* Inc. *Stetit ihesus in medio eorum... Quoniam sacratissime cetus inter aduersa presidium, inter morbos remedium.* Des. *nouissime faciali intuitu intueri atque frui mereamur* etc.

Codicem duae exararunt manus, quarum prior f. 1-123, altera f. 125-131 conscripsit. Tituli, primo tantum excepto, desiderantur usque ad f. 75, litterae vero initiales usque ad f. 123. Inscriptiones quae exstant rubro pictae sunt, praeter primam atramento exaratam. Ff. 21ᵛ. 22-24. 74ᵛ. 124 vacua.

Tegumenti dorsum praebet scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

412. Saec. XV, membran., mm. 256 × 178, ff. II. 106.

S. Ioannis Chrysostomi Adversus vituperatores vitae monasticae lib. I-III, Ambrosio Traversari interprete. Lib. I inc. *Cum templum illud peruetustum.* Lib. III des. *nihil commodi consequi poteris* (S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 5, col. 1133-1203; cf. M., P. G. 47, 349-386).

Praeit (f. 1) translatoris praefatio patri Matthaeo, quae inc. *Exegisti a me iure,* des. *reposci intelligas* (ed. cit., 5, col. 1131-1333).

Litterae initiales auro illitae et coloribus ornatae. Ff. Iʳ. II vacua. Iᵛ titulus atramento exscriptus. Iʳ scutum cardinalis Barbo.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

413. An. 1439 (cf. f. 121ᵛ), membran., mm. 131 × 100, ff. I. 121.

S. Ioannis Chrysostomi opera quattuor in latinum versa.

1 (f. 1). De compunctione cordis (S. Ioan. Chrysost. opp., Parisiis 1581, 5, col. 492-519; cf. M., P. G. 47, 393-422), ut in cod. 306, 2¹. **2** (f. 37). Quod nemo laeditur nisi a seipso (ed. cit., 5, col. 656-673; cf. M. 52, 459-480), ut in cod. cit., 2³. **3** (f. 62). Ad Theodorum lapsum lib. I (Biblio-

theca Casin., 3, Flor., p. 389-411; cf. M. ibid., 277-308). **4** (f. 108). Sermo de confessione et paenitentia. Inc. *Videte fratres karissimi: Superiore dominico die.* Des. *per humilem confessionem iusticiam sibi acquisiuit. Quam* etc. (cf. M., P. G., 49, 283-292). **5** (f. 116ʳ). Sermo de septuagesima. Inc. *Consuemini* (!) *domino quoniam bonus. Spiritus Sanctus medelam.* Des. *nobis misericors reddatur et pius.* **6** (f. 118ʳ). De psalmo septuagesimo. Inc. *Sermo domini sanctus quantum.* Des. *laudes bonorum suorum in ecclesia dicamus.*

Litterae initiales aureae et coloribus excultae. Ff. 1ʳ. 121ʳ vacua. Folii 1ʳ margines complet ornamentum variis coloribus pictum. Folio Iᵛ adglutinata est membranula indiculum continens ab altero eiusdem aetatis librario confectum. 121ᵛ *Liber mei* ||||| ||||| *qui* (corr. ex *quem* alia manus) *fuit* (2 manus add.) *scriptus* (corr. manus 2 ex *scripsi*) | *in anglia anno domini M CCCC° XXXVIIII° de* | *mense. octobris. Regnante henrico sexto* | *Regni sui anno decimo octauo.*

In tegumenti tabulis scuta exstant Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

414. Saec. XIII, membran., mm. 331 × 225.

SS. Augustini et Hieronymi opera complura in tres partes divisa.

I. Ff. II. 61 + 91 (liber enim duobus fasciculis constat).

S. Augustini opera. **1.** (f. 1). De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098). Praecedunt [1]) caput 15 libri II Retractationum (M. 32, 635-636) et [2]) epistula ad Aurelium (M. 42, 818). Libro XV subnectitur (f. 60ᵛ, col. 2, lin. 15) ⟨prologus in Retractationes⟩ (M. 32, 583-586). **2** (f. 1 alterius fasciculi). Confessionum lib. I-XIII (M. ibid., 659-668). **3** (f. 44). De libero arbitrio lib. I-III (M. ibid., 1221-1310). **4** (f. 64). De immortalitate animae (M. ibid., 1021-1034). **5** (f. 67). De doctrina christiana lib. I-IV (M. 34, 15-122), praemisso capite 4 libri II Retractationum (M. 32, 631-632).

Ff. I.ʳ II. 61ᵛ vacua. Iᵛ legitur index in tria volumina, manu saec. XV. In marginibus additiones nonnullae et notulae. Extrema verba libri IV De doctrina christiana alia manus in marg. inf. descripsit.

II. Ff. 188, duobus fasciculis constans, quorum alter inc. f. 134.

S. Augustini opera. **1** (f. 1). De Genesi ad litteram lib. I-XII (M. 34, 245-486. **2** (f. 61). De quantitate animae usque ad v. *ueritas ipsa premium* (M. 32, 1035-1080, lin. 29), praemisso cap. 8 libri I Retractationum (M. ibid., 594). **3** (f. 69ʳ). De spiritu et anima (M. 40, 779-832, append.). **4** (f. 76). Soliloquiorum lib. I-II (M. 32, 869-904). **5** (f. 84). De divinatione daemonum (M. 40, 581-592). **6** (f. 86). De consensu evangelistarum lib. I-IV (M. 34, 1041-1230). **7** (f. 134). De vera fide ad Petrum usque ad v. *deus reuelabit* (M. 40, 733-778, lin. 13, append.). **8** (f. 141). Epistulae 54. 55 (M. vol. 33). **9** (f. 147). De libero arbitrio et de gratia Dei

(M. 44, 881-912). **10** (f. 153). De correptione et gratia (M. ibid., 915-946). **11** (f. 160). De praedestinatione et gratia (M. 45, 1665-1678, append.). **12** (f. 164). De bono coniugali (M. 40, 373-396). **13** (f. 169). De virginitate (M. ibid., 397-428). **14** (f. 176). De *professione sanctae* viduitatis (M. ibid., 429-450). Desunt in fine v. « Perseveres in gratia Christi ». **15** (f. 180v). De opere monachorum (M. 40, 549-582).

Ff. 133r. 188 vacua. 133v *Ad usum fratris Antonii.*

III. Ff. 156.

1. S. Augustini opera. [1] (f. 1). Enchiridion (M. 40, 231-290). Praeeunt cap. 63 libri II Retractationum (M. 32, 665) et capitula (I *De proprio fidei catholice fundamento.* LXVIII *de caritate*). [2] (f 15). De magistro (M. 32, 1193-1220). [3] (f. 22). De utilitate credendi (M. 42, 65-92). [4] (f. 29v). De vita christiana (M. 40, 1033, lin. 18-1046, append.). Inc. *Quid christianum agere conueniat ut potero explicabo. Et primo cur christianus dicatur.* Desunt in fine v. « Et cum fueris - absentes ». [5] (f. 31v). De agone christiano (M. 40, 259-310). [6] (f. 37). De vera religione (M. 34, 121-172). [7] (f. 49v). De perfectione iustitiae (M. 44, 291-318). [8] (f. 55). Contra quinque haereses (M. 42, 1101-1116, append.). [9] (f. 60v). De natura boni (M. 42, 551-572). [10] (f. 66). De cura pro mortuis (M. 40, 591-610). Epistulae [11] (f. 71) 187, seu liber De praesentia Dei, [12] (f. 74) 130, [13] (f. 77) 54, seu liber De videndo Deo, [14] (f. 83) 132, [15] (ibid.) 135 (Volusiani ad Augustinum), [16] (ibid.) 137, [17] (f. 85v) 136 (Marcellini), [18] (f. 86) 138, [19] (f. 88) 93, [20] f. 88v) 143. **2** (f. 90). **Paulini** ep. 4 (p. 18-24 Hartel). **3. S. Augustini** epistulae [1] (f. 90v) 27, [2] (f. 91v) 31, [3] (f. 92) 243, [4] (f. 93v) 26, [5] (ibid.) 127. **4. S. Hieronymi** opera. [1] (f. 95) Epistula 60 (M. 22), [2] (f. 95v) 6, [3] (ibid.) 12, [4] (f. 96) 125, [5] (f. 98) 60, [6] (f. 99) 52, [7] (f. 101) 42 (M. 30, 297, inter spuria), [8] (f. 101v) 66, [9] (f. 103) 77, [10] (f. 104) 117 sine praefatione, [11] (f. 105v) 61. [12] (f. 106). Adversus Vigilantium liber (M. 23, 353-368). [13] (f. 107). Epistula 13, [14] (ibid.) 10, [15] (ibid.) 7, [16] (f. 107v) 17, [17] (f. ibid.) 147, [18] (f. 108v) 70, [19] (f. 109) 67 (Augustini), [20] (f. 109v) 102, [21] (f. 110) 111 (Augustini), [22] (ibid.) 110 (Augustini), [23] (f. 111) 105, [24] (f. 111v) 104 (Augustini), [25] (f. 112) 112, [26] (f. 115v) 115, [27] (ibid.) 116 (Augustini), [28] (f. 119v) 131, [29] (f. 122v) 134. **5. S. Augustini** opera. Epistulae [1] (f. 122v) 98, [2] (f. 124) 185, [3] (f. 129v) 153. [4] (f. 133v). Retractationes (M. 32, 583-656), praemissis capitibus (I. *De achademicis.* LXVV. *Ad quos supra de correctione et gratia*) et extremis verbis libri IV De doctrina christiana (M. 34, 121, lin. 4-22), ea scilicet quae in fine partis primae alia manus in margine subiecit. [5] (f. 147v). De libro

de haeresibus epistulae quattuor: [a]) Quodvultdei Augustino, [b]) Augustini Quodvultdeo, [c]) (f. 148) Quodvultdei Augustino, [d]) Augustini Quodvuldeo (M. 42, 15-20). 6 (f. 148^v). De haeresibus (M. ibid. 21-50).

Codex duabus columnis exaratus titulos rubro exscriptos exhibet. Litterae maximae partis I auro et coloribus pictae sunt, reliquae vero, pariter ac maiores, rubro et caeruleo. Summis foliis appositae sunt inscriptiones litteris rubris et caeruleis alternis. Notabilia occurrunt in marginibus. In marginibus inferioribus exstat hic illic enumeratio antiquior, continua pergens usque ad partem III. Ff. 133 sqq. partis tertiae olim parti I subiecta fuerunt.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

415. An. 1468 (cf. f. 360^v), membran., mm. 342 × 226, ff. I. 360.

S. Augustini opera nonnulla.

1 (f. 2). De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098), praemisso (f. 1) capite 2 libri II Retractationum (M. 32, 635-636). 2 (f. 211^v). De libero arbitrio lib. I-III (M. ibid., 1221-1310), praevio cap. 9 libri I Retractationum (M. ibid., 595-599). 3 (f. 274). De doctrina christiana (M. 34, 15-122), praevio cap. 4 libri II Retractationum (M. 32, 631-635). 4 (f. 347^v). Adversus quinque haereses (in ms. ...*contra quinque errorum genera.* M. 42, 1101-1116).

Codex ornatur litteris initialibus auro et coloribus eleganter pictis titulisque notis capitalibus rubro colore (usque ad f. 209) et violaceo (inde a f. 211^v) exscriptis. Summo marg. folii I^r manus saec. XVI adnotavit *Augustinus de Trinitate.* F. I^v titulus exstat litteris capitalibus caeruleis exaratus et ramis quernis circumdatus: *Augustinus de | Trinitate | Iulii. II. pont. max. | bibliothecae | secretae | dicatus.* In ornamento partem inferiorem folii 1^r decorante conspicitur effigies Iulii II imberbis eximie picta ab eadem, ni fallor, manu quae eiusdem pontificis imaginem in cod. 219, f. 1^r expressit. Effigiem circumdat inscriptio *Sixti IV nep. Iulius. II. pontifex max.* Ornamentum appictum marginibus folii 1^r continet scutum della Rovere. Inde a f. 283 margines auctoritatibus et rebus notabilibus aspersos invenies violaceo charactere. In fine codicis (f. 360^v) notis rubris scriptum legitur *Aurelij Augustini doctoris eximij libri de trinitate: | de libero arbitrio. de doctrina christiana. Contra quinque er- | rorum genera. Per me mathiam morauum finiunt foeliciter | Secundo kal. marcij. Anno domini 1468.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

416. Saec. XIV, membran., mm. 300×215, ff. 128.

S. Augustini De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098), praemissa epistula 174 (M. 33, 757-758). Singulis libris praefixa sunt capita. Lib. I cap. I (f. 1) *De triplici causa erroris falsa de deo opinantium*; XIII *De unitate persone filij dei et filij* ||||. Lib. II cap. I (f. 11) *De regulis secundum quas scriptura loquitur de patre et filio;* XVIII *De uisione danielis in qua illi et patris et filij persona apparuit in specie corporali.* Lib. III cap. I (f. 21^v) *Utrum cum deus hominibus uisus est. ipse per assumptam creature speciem apparuerit* etc.; X *Essentiam trini-*

tatis numquam oculis apparuisse etc. Lib. IV cap. I (f. 30) *De gratia dei qua sibi humanum genus reconciliauit* etc.; XXI *De sensibili demonstratione spiritus sancti* etc. Lib. V cap. I (f. 41) *Quam modeste ac sobrie debeat homo* etc.; XVI *De appellationibus relatiuis que non ad deum* etc. Lib. VI cap. I (f. 46) *De eo quod apostolus ait christum dei uirtutem* etc.; X *De sententia sancti hylarij qua in trinitate* etc. Lib. VII cap. I (f. 50) *Utrum quicquid de deo non relatiue* etc.; VI *De tribus personis unius essentie.* Lib. VIII cap. I (f. 56ᵛ) *De indifferenti magnitudine trinitatis* etc.; X *De amante et quod amatur et amore.* Lib. IX cap. I (f. 62ᵛ) *De deo semper querendo;* XIII *Cur sicut noticia mentis est proles* etc. Lib. X cap. I (f. 68) *De studijs discrete amantium* etc.; XII *De querenda ymagine trinitatis etiam in his* etc. Lib. XI cap. I (f. 74) *De ymagine trinitatis etiam in eo quod ymago* etc.; XI *De mensura et numero et pondere* etc. Lib. XII cap. I (f. 80ᵛ) *Quid est quod etiam in animo nostro intelligendum* etc.; XV *De opinione platonis qua credidit animas* etc. Lib. XIII cap. I (f. 87) *De gemino rationalis mentis officio* etc.; XX *Neminem posse sine fide ad ueram beatitudinem peruenire.* Lib. XIV cap. I (f. 98) *Que sit hominis uera sapientia;* XIX *Qua sui parte homo ad ymaginem* etc. Lib. XV cap. I (f. 108) *De excellentia animi ad ymaginem creatoris sui conditi;* XXVII *Quod quodam sermone ad populum disputatum sit* etc. In fine operis addita sunt [1] (f. 127) Retractationum cap. 15 lib. II (M. 32, 635-636) et [2] (f. 127ᵛ) *Oratio catholica fidei et bonorum operum subsequentium librorum.* Inc. *Da nobis domine in uia hac qua te duce ingredimur.* Des. *et ignorantie tenebras remoue a me qui uiuis et regnas* etc.

Codex binis columnis descriptus litteras maiores et maximas rubro caeruloque colore pictas exhibet ac lineolarum intextu ornatas. Inter f. 11 et f. 12 membranula mm. 120 × 72 inserta est, ubi verba *Pater autem - ostendant* (M. 42, 846, lin. 14-23) in codice omissa librarius ipse supplevit.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

417. Saec. XII, mm. 270 × 185, ff. 184.

S. Augustini opera aliquot.

1 (f. 2). De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098), praemissis (f. 1) capite 15 lib. II Retractationum (M. 32, 635-636) et epistula 174 (M. 33, 757-758). Singulis libris (ff. 1ᵛ. 13ᵛ. 25ᵛ. 34ᵛ. 47ᵛ. 54. 59. 66. 73. 79ᵛ. 86. 94. 102. 115. 127) praeeunt eadem capitula quae in cod. 416 occurrunt, nisi quod libri VIII capitula tantum octo numerantur, ordine paulum turbata: capp. omissa sunt: V « De sacramento incarnationis » et X « De amante. » **2** (f. 150ᵛ). De fide ad Petrum *diaconum.* (M. 40, 753-780). **3** (f. 165). De fide et symbolo (in ms.... *expositio symboli...* M. ibid., 181-196). **4.** Sermones [1] (f. 172) 233 *de fide*

(M. 39, 2175-2176, append.), [2] (f. 173) 242 (in ms.... *traditio symboli*... M. ibid., 2191-2193), cui subnectitur cap. 2 sermonis 212 (M. 38, 1060). **5** (f. 174^v). De symbolo contra Iudaeos, paganos et Arianos (M. 42, 1117-1130).

Codex titulis minio scriptis instructus est. Litteram initialem libri I De Trinitate rubro pictam flava ornamenta circumdant minime elegantia. Reliquae litterae initiales purpureo tantum colore tinctae sunt, duabus exceptis rubro flavo, rubro viridi pictis (ff. 26. 174^v). Quaterniones, qui in extremo singulorum folio supputantur, sunt numero XXIII. Folium unum in principio codicis excisum; fasciculus XIX folia complectitur septem; extremo quaternioni duo folia addita sunt. In marginibus notulae nonnullae occurrunt manu saec. XV. In folii 1^r margine summo manus coaeva notavit *In isto libro continentur liber sancti augustini de trinitate. et liber eiusdem de fide ad petrum* | *et exposicio sinboli dupliciter.*

Tegumenti dorsum insignia exhibet Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

418. Saec. XV, membran., mm. 400 × 270, ff. 130.

S. Augustini (f. 3) De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098), praemissis (f. 1^v) capite 15 libri II Retractationum et (f. 2) epistula 174 ad Aurelium (M. 32, 635-636; 33, 757-758). Singulis libris praefixa sunt capita. Lib. I cap. I inc. (f. 1) *Proemium de triplici causa erroris;* XIX inc. *Item de testimonio euangelij: nemo bonus.* Lib. II cap. I inc. (f. 13^v) *Proemium quod ab hominibus deum querentibus;* XVIII inc. *De uisione danielis in qua illi antiquus dierum.* Lib. III cap. I inc. (f. 24) *Proemium satisfationis doctis;* XIV inc. *Essentiam trinitatis nunquam oculis apparuisse.* Lib. IV cap. I inc. (f. 32) *Proemium de hominibus celestem terrestremque;* XVII inc. *Qualiter credenda sit incarnatio.* Lib. V cap. I inc. (f. 43) *De adiutorio. dei petendo ad intelligendam;* XIX *Quod relatiua uocabula que in qualibet.* Lib. VI cap. I inc. (f. 49^v) *Disputatio aduersus eos qui ob hoc quod apostolus;* VII inc. *De sententia hyllarij qua in trinitate.* Lib. VII cap. I inc. (f. 53^v) *Questio utrum singula in trinitate;* XIV inc. *Quid interim credendum et tenendum.* Lib. VIII cap. I (f. 60) inc. *Repetitio omnium que iam allibi* (!) *de trinitate;* XIV inc. *Ad cognoscendum et amandum.* Lib. IX cap. I (f. 66^v) *De deo qui trinitas est semper inerendo;* XIII inc. *Et quod mentis et eius noticia.* Inde a libro X capitula cum cod. 416 consentiunt.

Codex duabus columnis descriptus litteras maiores pariter ac maximas auro et coloribus excultas exhibet. Capita sunt atramento (aut colore caeruleo) et minio alterna vice descripta. Margines foliorum 1^r. 3^r ornamentis distincti. F. 1^r in marg. inf. conspicitur facies viri barbati quater in orbem repetita; inferius notae numerales *445* | *418.* Ff. 2^r. 127-130 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

419. Saec. XIV, membran., mm. 295 × 200, ff. 95.

S. Augustini (f. 4) De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098). Praecedunt (f. 1) caput 15 libri II Retractationum (M. 32, 635-636), oratio catholica fidei et bonorum operum subsequentium librorum, ut in cod. 416, f. 127ᵛ, capitula, ut in cod. cit., et (f. 4) epistula 174 (M. 33, 757-758).

Codex est binis columnis descriptus. Duae primae litterae initiales auro et coloribus ornatae, reliquae litterae maximae pariter ac maiores rubro tantum et caeruleo depictae. In angulis foliorum inferioribus externis enumeratio antiquior occurrit. F. 94ʳ verbis *Aurelii augustini egregii doctoris de trinitate liber quintus decimus Explicit* manus saec. XV subiecit *precii sex scutorum philippensium.* 95ʳ vacuum. 95ᵛ calami probationes et inferius subscriptio turpiter erasa *Liber iste* ||||| ||||| ||||| *professoris* (?) ||||| |||| *pro po* | |||| |||| |||| *de capella supra marcum* | *et postilla genesis folia CLIII.*

Integumenti dorsum habet scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

420. Saec. XI, membran., mm. 375 × 245, ff. 132.

S. Augustini De Trinitate lib. I-XV usque ad v. *nisi utique iniquitas* (M. 42, 819-1097, lin. 12 ab imo), propositis capite 15 libri II Retractationum et epistula 174 (M. 32, 635-636; 33, 757-758). Singulis libris eadem praefixa sunt capita (ff. 1ᵛ. 11. 20. 27.ᵛ 38. 43ᵛ. 47ᵛ. 54. 59.ᵛ 64. 69. 76. 83ᵛ. 97. 109), quae in cod. 416 occurrunt.

F. 132 avulsum ex alio codice saec. XII descripto fragmentum praebet libri choralis, scil. lectionem ex ⟨s. Gregorii M. In Evang. hom. 34⟩ (*intus tamen - reliquit in cęlo.* M. 76, 1217, A, 6 - C, 5), orationem et antiphonas *In dedicatio* (!) s. Michaelis archangeli, cum notis musicis.

Codex duabus columnis exaratus, litteras initiales, titulos singulis capitibus praefixos, numeros minio exscripta praebet. Fasciculi (quorum IX quinternio est, XIV duernio, reliqui quaterniones) in ultimo singulorum folio supputantur. Post ff. 76. 77. 131 singula folia exciderunt.

Integumenti dorsum stemmata praebet Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

421. Saec. XII, membran., mm. 224 × 149, ff. I. 199.

S. Augustini (f. 5ᵛ) De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098), iisdem praefixis capitibus (f. 1) quae in cod. 416 leguntur, et (f. 5ᵛ) epistula 174 (M. 33, 757-758). Inde a lib. XI capita in singulis librorum initiis iterantur.

Tituli et plerumque litterae initiales rubro exscripta. F. I vacuum. 1ʳ in summo marg. legitur manu saec. XVIII *Augustinus.* 199ʳ *Istum librum emi pro tribus ducatis VIII augusti MCCCC* | *XXXVII.* 199ᵛ *Questo libro de s. agustino de* | *Trinitate, mi presto monsignor* | *de colonna a roma, Voglio sel* | *la Signoria sua el uuole, gli sia renduto, se non uoglio sia dell uopera* | *et mettasi in sacristia nostra, incatenato.*

Codicis tegumenti dorsum scuta praebet Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

422. Saec. XII, membran., mm. 379 × 265, ff. 139.

S. Augustini De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098), praefixa epistula 174 (M. 33, 757-758). Singulis libris ff. 1. 12ᵛ. 24ᵛ. 33. 45. 51ᵛ. 55ᵛ. 62ᵛ. 69. 75. 81ᵛ. 89. 96ᵛ. 108. 118ᵛ eadem praefixa sunt capita quae in cod. 417 occurrunt.

Codex duabus columnis eleganter exaratus litteras maiores et maximas pariter atque titulos rubro exscriptos praebet. Textus hic illic correctus, plerumque ab ipso librario. Ff. 1-3 aliquantum maculata sunt. In marg. folii 45ᵛ. 46 quinque notas invenies manu saec. XV.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

423. Saec. XIV, membran., mm. 274 × 192, ff. 62.

S. Augustini De Trinitate lib. I-XV (M. 42, 819-1098), praemissa epistula 174 (M. 33, 757-758).

In fine codicis, alia manu exarata, occurrunt eadem capitula quae in cod. 416 leguntur, sed usque tantum ad capitulum I libri VIII.

Codex duabus columnis exaratus titulos rubros praebet, numeros autem notis rubris et caeruleis alternis. F. 1ʳ in marg. summo scriptum legitur *Augustinus* manu saec. XVIII et alia manu antiquiore *LXXVIII.* Pauca lemmata in marginibus offendes Ff. 49-60 aqua maculata, nullo tamen scripturae detrimento. 62 vacuum.

Tegumenti tabulae tesseras gentilicias exhibent Pii VI et F. X. de Zelada, dorsum vero insignia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

424. Saec. XIV-XV, membran., mm. 267 × 200, ff. 106 (+ ff. 83ᵃ. 104ᵃ librarii oscitatione neglectis).

S. Augustini (f. 11) De civitate Dei lib. I-X (M. 41, 13-315), praemissis (f. 1) capite 43 libri II Retractationum (M. 32, 647-648) et capitibus in libros I-XXII (eadem sunt quae ap. Migne invenies).

Codex duplici exaratus columna, capitula textui inserta aut in marginibus adiecta rubro exarata praebet. Litterae maiores minio et caeruleo colore alterna vice exscriptae sunt; maximae rubro violaceo, aut rubro caeruleo, aut rubro caeruleo violaceo ornatae. F. 106 vacuum.

In dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

425. Saec. XI-XII, membran., mm. 291 × 235, ff. 21. 321 (+ ff. 272-281; 312-313 bis numeratis — ff. 314. 315 omissis).

S. Augustini De civitate Dei lib. XI-XXII (M. 41, 315-804).

Codex binis columnis exaratus titulos et litteras initiales minio pictas exhibet. In marginibus passim occurrunt notae, notabilia, auctoritates. F. 1ʳ in marg. inf. prostat scutum saeculo XV depictum cum inscriptione litteris capitalibus *Petri. Ferrici. episcopi. Tirasonensis.* In imis angulis foliorum externis exstat enumeratio antiquior. Ff. 102-103 ex parte incisa, filo caeruleo consuta sunt. 321ᵛ quaedam nullius pretii.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

426. Saec. IX-X, membran., mm. 330 × 230, ff. 162 (+ f. 97[a] librarii oscitatione neglecto).

S. Augustini (f. 5) De civitate Dei lib. I-X (M. 41, 13-315), praemissis (f. 1[r]) capitulis (I inc. *De his quę usque tempus saluatoris XVII uoluminibus disputata sunt;* LV *De stultissimo mendacio paganorum quo christianam religionem non ultra. CCCLXV. annos mensuram esse finxerunt*) et (f. 4) capite 43 libri II Retractationum (in ms.... *prologus....* M. 32, 647-648). In libro V desunt v. « valetudinem propagationis - nisi Deo vero » (M. 41, 154, lin. 5-167, lin. 4 ab imo).

Codex non una manu exaratus titulos habet notis capitalibus exscriptos. Textus passim correctus manu fere coaeva. In marginibus occurrunt auctoritates et lemmata ab ipsis librariis plerumque adscripta. Singuli fasciculi, quorum VIII quinternio est; X, inter f. 78 et 79, excidit; XIII-XV sunt quinterniones (sed quinternionis XV folium 3 excisum fuit), reliqui quaterniones, duplicem enumerationem praebent, alteram alphabeti litteris in imo margine primi folii, alteram notis romanis in ultimi folii margine inferiore. In principio et fine codicis duernionem invenies. F. I[r] pauca, partim erasa, nullius prorsus momenti. 3[v] vacuum. 5[r] in margine summo manus saec. XV notavit *primus de Ciuitate Dei. beati Augustini,* eademque f. 162[v] adscripsit *X De ciuitate Dei.* Margo inferior foliorum 84. 116. 125. 149. 154 resecta est. 78[v] in marg. inf. *desunt hic multa* manu saec. XV. Codicem descripsit Reifferscheid *Die röm. Bibliotheken* in *Sitzungsberichte d. philosoph.-philolog. Classe d. Akad. d. Wissensch.* 63, Wien 1869, p. 591 sq.

In tegumenti dorso exstant scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

427. An. 1468 (cf. f. 530[v]), membran., mm. 145 × 104, ff. II. 551 (— ff. 12. 431-433 + 494[a]).

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804), praemisso capite 43 libri II Retractationum (M. 32, 647-648). Subiciuntur (f. 531) capita.

Codex binis columnis exaratus, duabus partibus constat, quarum prior (f. 1-199) lib. I-X, altera (f. 200-530) reliquos libros complectitur. Tituli singulis capitibus praefixi rubro exscripti sunt; litterae maiores rubro et caeruleo alterno illitae, maximae variis coloribus et auro satis diligenter excultae.

Ff. I[v]. II. 550. 551 vacua. I[r] in margine summo nota numeralis *426.* In ornamento quattuor margines complectente folii 1[r] conspicitur imago s. Augustini. F. 530[v], opere absoluto, *Gratias deo et eius* | *matri benedicte uirgi-* | *ni Marie:* ~ κομπλέτουμ | *Gheertrudis uirgo* α υ ξ η.

In tegumentorum dorsis exstant tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

428. Saec. XIV, membran., mm. 316 × 214, ff. II. 142.

S. Augustini De civitate Dei lib. XI-XXII (M. 41, 315-804), praemisso (f. II) Retractationum capite 43 libri I (M. 32, 647-648).

F. I[v] alia manu exaratum continet Confirmationem puerorum et Ordinem septem graduum ecclesiasticorum.

Codex binis columnis exaratus litteras maiores pariter ac numerorum notas rubro caeruloque colore alterna vice tinctas praebet. Litterae maximae variis sunt coloribus depictae, praeter tres primas, quae rubro tantum et caeruleo ornantur. In marg. exstant notae notabilia additamenta correctiones, plerumque tremula manu coaequali descripta. Correctiones hic illic etiam in textu occurrunt. Enumeratio antiquior alphabeti litteris et punctis expressa exstat in imis foliorum marginibus. F. 142, opere expleto, legitur nota *Continens. Cartas. ista computata* | *scriptas. CXLII. in tota secunda parte presenti* | *in qua sunt. XII. libri posteriores.* Ff. I. 142^v vacua.

In tegumenti tergo scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

429. Saec. XV, membran., mm. 343 × 240, ff. I. 211.

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804), praemisso (f. 1) capite 43 libri II Retractationum rubro exarato (M. 32, 647-648). Singulis libris praefixa sunt capita (ff. 1^v. 9^v. 17^v. 25.^{v} 33. 42. 47^v. 55^v. 64^v. 70. 80^v. 88^v 96. 103. 112. 122. 134. 143^v. 160. 171. 183. 196).

Codex duabus columnis perscriptus titulis rubris ornatur. Ff. I. 211 vacua. Litterae maiores sunt rubro et caeruleo pictae, maximae auro et coloribus distinctae, quae plerumque s. Augustini imaginem prae se ferunt. F. 2^r ornamentum circumdat, turpiter angulo superiore externo resectum, in quo civitas Dei et civitas diaboli, complures sanctorum et haereticorum imagines, scutum cum mitra episcopali et pedo pastorali superimpositis, scil. tessera gentilicia Ioan. d'Armagnac († circ. 1493), ut patet ex nota f. 210 apposita *Iste liber. Est mei. Io. Epi. Castren.* | *Io. Darmeignaco.* In marginibus occurrunt auctoritates notabiliaque pauca.

Tegumenti tergum stemmata praebet Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

430. An. 1441 (cf. f. 258^v), membran., mm. 372 × 229, ff. 259.

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804), praemisso (f. 1^v) capite 43 libri II Retractationum (M. 32, 647-648). Singulis libris praeeunt (ff. 1. 11. 20. 29^v. 39. 50. 56^v. 67. 77. 84. 97. 107^v. 117. 126. 137^v. 151 166^v. 179. 198. 210^v. 227^v. 241) capitula.

Codex duabus columnis exaratus litteras maiores exhibet rubro et caeruleo alterna vice exscriptas, maximas vero variis coloribus et auro distinctas. Littera initialis libri I continet etiam s. Augustini imaginem, non belle tamen depictam. In marginibus pauca notabilia offendes. F. 258^v opere absoluto, librarius adnotavit *Explicit liber beati augustini Episcopi de* | *Ciuitate dei Contra Paganos:* | *Expletus die XVII. Iunii. MCCCXLI: qui inceptus fuerat die XXII: Martij precedentis:* | *deo gratias. Amen.* 259 vacuum.

Integumenti dorsum scuta prae se fert Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

431. An. 1439 (cf. f. 282), mm. 360 × 252, ff. 282.

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804). Singulis libris praeeunt capitula ff. 1. 11^v. 21^v. 32^v. 42^v. 54^v. 62. 73. 84. 91^v. 105^v. 116^v. 126. 135^v. 147^v. 161^v. 179. 192^v. 214^v. 228^v. 247^v. 263.

Litterae maximae auro illitae et coloribus ornatae; litterae maiores, tituli, librorum numeri in summis marginibus adscripti, rubro colore. In marginibus notabilia lemmata, notae manu coaeva. F. 282r capitalibus rubris *Diui. Aurelii. Augustini. episcopi. De ciuita | te. Dei. libri. XXII. expliciunt. | Anno. Christi M° CCCC°. XXX VIIII°. die XXIIII° decembris.* 282v vacuum.

In codicis tegumento stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

432. Saec. XV, membran., mm. 335 × 227, ff. 359.

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804), praemisso (f. 1) capite 43 libri II Retractationum (M. 32, 647-648). Singulos libros praecedunt capitula ff. 1. 14. 26. 40v. 54. 70v. 80v. 95v. 109v. 119. 137. 150. 166v. 179. 195. 213. 233. 249v. 275. 292. 312v. 331v.

Ff. 357-359 continent initia singulorum capitum lib. I-XIII (usque ad cap. 19).

Litterae maiores auro illitae et coloribus illuminatae, litterae maximae ampliori ornamento conspicuae. Litterae capitulorum initiales caeruleo et rubro alterna vice exscribuntur. In marginibus et inter lineas additiones haud raras invenies. Folio 1v adglutinata est membranula, in qua manus saec. XV inscripsit *Augustinus De ciuitate Dei Bibliothecae apostolicae.* Per quattuor margines folii 2r ornamentum digreditur auro coloribus, geniis animalibus insigne, in cuius parte superiore scutum exstat (vulpes erecta), superimposita mitra episcopali, in parte vero inferiore s. Augustinum vides in bibliotheca scribentem et ante bibliothecam stantes duos adulescentes. F. 259v vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

433. Inter libros impressos relatus cum signo S. 1 continet s. Augustini De civitate Dei, ed. Romae 1468.

434. Saec. XV, membran., mm. 352 × 223, ff. II. 393.

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804), praevio (f. 1) capite 43 libri II Retractationum (M. 32, 647-648). Singulis libris praeeunt capitula ff. 1. 16v. 30v. 45v. 60. 76. 86. 101v. 117v. 128. 147. 163. 178. 192v. 209v. 230. 253v. 271v. 320. 345v. 366v.

Codex in duo volumina dispertitus est, quorum prius ff. I-230 complectitur, alterum ff. 231-293. Litterae maiores sunt auro illitae et coloribus illuminatae, litterae maximae ampliori ornamento conspicuae. Tituli, pariter atque auctoritates et notabilia in marginibus adiecta, rubro colore. Ff. I. IIv. 392. 393 vacua. IIr summo marg. adscriptum legitur manu saec. XV *B. Augustini de ciuitate Dei.* Ir in marg. inf. ornamentum prostat, in quo s. Augustinum scribentem et Dei civitatem conspicis. Ornamentum quattuor marginibus folii 2r appictum praebet s. Augustini effigiem, genios, aves et stemma gentis De Lelliis. 391v, opere expleto, legitur notis capitalibus rubris *Finit liber uicesimus secundus foeliciter | per me Ioannem de Lumel. M. CCCC. LX. | in uigilia omnium sanctorum.*

Tegumentorum dorsa praeferunt scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

435. Saec. XII in., mm. 404 × 276, ff. 292.

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804).

Codex in duo volumina dispertitus, quorum prius ff. 1-149 (lib. I-XIII), alterum ff. 150-292 (lib. XIV-XXII) complectitur, binis columnis exaratus est. Litterae initiales variis coloribus ornatae; prima (f. 1ᵛ) auro illita ac repicta saeculo XV ab eodem, opinor, artifice qui in margine inferiore Nicolai V scutum apposuit. Tituli rubro exscripti. F. 1 novae membranae adglutinatum est; ff. 289-292 refecta; 1ʳ. 244ᵛ vacua. Complurium foliorum margines superiores maculatae. Duplicem enumerationem invenies, alteram in foliorum angulis summis dexteris, alteram in angulis imis, quae saepius, resecta membrana, periit. Occurrunt in marginibus paucae auctoritates et notae saec. XIV exaratae.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

436. Saec. XV, membran., mm. 368 × 258, ff. 345 (— f. 270 librarii neglegentia omisso).

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804), omissis capitibus.

Codex adornatur litteris initialibus aureis variis coloribus depictis. Tituli desunt. Ff. 343ᵛ-345 vacua. In ornamento appicto quattuor marginibus folii 1ʳ, pariter atque in ornamento initio libri II (f. 13ʳ) adiecto, conspicitur stemma ⟨Ludovici Scarampo⟩ (superius tres stellae aureae inter duos balteos aureos, inferius rotae aureae dentatae segmentum, in pagina caerulea).

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

437. Saec. XV, membran., mm. 410 × 281, ff. 254.

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804). Libris tantum XVIII-XXII (ff. 171ᵛ. 191. 204. 221ᵛ. 235ᵛ) praeeunt capita, eadem scil. quae ap. Migne occurrunt.

Litterae initiales omnes, quarum prima S. Augustini imaginem continet, sunt auro pictae et coloribus ornatae. Ff. 453ᵛ. 454 vacua.

Integumenti dorsum praefert stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

438. Saec. XII, membran., mm. 349 × 253, ff. II. 244.

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804). Libris tantum XV-XVIII (ff. 125ᵛ. 138ᵛ. 154ᵛ. 166ᵛ) praeeunt capita, eadem scil. quae ap. Migne occurrunt.

Ff. I-II. 243-244 saec. XIV exarata continent quaestiones theologicas admodum evanidas et erasas; laudantur Henricus de Gandavo et Gothofredus de Fontibus.

Codex binis exaratus columnis litteras maiores plerumque minio, rarius colore viridi exscriptas praebet, maximas vero ut plurimum rubro viridique colore depictas. Occurrunt in marginibus auctoritates et notabilia manu saec. XV. Quaterniones qui in extremo singulorum folio signantur, sunt numero XXX; ultimus tamen quinternio est. Margo inf. folii 202 partim excisa. Folii 242 lacinia tantum superest mm. 170 × 111. 242ᵛ *Hic*

Augustinus de ciuitate | dei spectat ad usum mei fratris | Io. Ioffridi (card. Jouffroy) *de luxonio.* Alia manus subiecit *Liber beati' Augustini.*

In codicis tegumenti dorso exstant tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

439. Saec. XII ex., membran., mm. 375 × 265, ff. 270 (— ff. 111. 236 librarii oscitatione neglectis).

S. Augustini De civitate Dei lib. I-XXII (M. 41, 13-804), praemisso (f. 9) capite 43 libri II Retractationum (M. 32, 647-648). Capita librorum I-IV libris ipsis (ff. 9. 19. 27^v. 37) praefixa invenies, ut docet nota margini folii 1^r inscripta, reliqua in foliis praeviis 1-8 leguntur.

Codex binis columnis descriptus et rubricatus litteras maiores pariter ac maximas minio et caerulo colore plerumque tinctas exhibet, litteras vero singulorum capitum initiales et numeros romanos aut rubro aut caeruleo. Textus hic illic correctus est et suppletus. In marginibus notabilia occurrunt manu saec. XV. F. 1^r in summo margine *Capitula primi. 2^i. 3^i. 4^i. librorum istius operis. sunt posita | in corpore. in principio cuiuslibet libri.* Ff. 269. 270 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

440. An. 1462 (cf. f. 270), membran., mm. 373 × 260, ff. 271 (— f. 135 + ff. 215^a. 226^a librarii oscitatione omissis).

S. Augustini De civitate Dei libri I-XXII, praeviis (f. 1-10^r) capitibus (M. 41, 14-804).

Codex binis columnis exscriptus fulget litteris initialibus tum librorum tum capitum auro et coloribus ambitiose depictis. Tituli minio exarati. Ff. 10^v. 270^v. 271 vacua. In ornamento f. 11^r appicto insigne gentis Della Rovere, superimposito galero rubro. 270^r rubris litteris *Explicit Liber vicesimus secundus Augustini de Ciuitate Dei. | Scriptus per me Johannem Imperatorem In arce Spoletana sub regimine domini | Bartolomei de piccolominibus doctoris Senensis. iniciatus die decima quinta maij | et finitus die vigesima Januarij. Anno domini Millesimo .CCCC. LXIJ.*

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

441. An. 1453 (cf. f. 273^v), membran., mm. 367 × 256, ff. 274.

S. Augustini De civitate Dei libri I-XXII (M. 41, 14-804). Singulis libris praeeunt prologi et capita. Prologus lib. 1 (f. 1) inc. *Beatus augustinus in libro primo de ciuitate dei reprobat oppinionem* (!) *gentilium et infidelium* et des. *Et continet hic liber capitula .XXXVI. que sunt immediate subscripta.* Prologus lib. XXII (f. 255) inc. *In uigesimo uero secundo et vltimo libro beatus Augustinus concludit de gloria et beatitudine iustorum* et des. *Et continet hic liber capitula .XXXIII.* Item praemittuntur [1] (f. 1^v) caput 43 lib. II Retractationum (M. 32, 647-648); [2] (ibid.) *prologus super libros Augustini de ciuitate dei. secundum magistrum thomam*

de valeis anglicum ordinis predicatorum, qui inc. *Fluminis impetus letificat ciuitatem dei* et des. *Et ex illis patet intentio totius primi libri* (cf. Quétif-Echard, Scriptores ordinis praedicatorum, Lutetiae Parisiorum 1719, tom. I, p. 598).

Codex binis columnis exscriptus litteras maximas praebet auro et coloribus distinctas, litterasque maiores rubro et caeruleo colore depictas. Tituli minio exarati sunt. In parte inferiore ornamenti marginibus folii 3r satis perita arte appicti in circulo scriptum legimus *Bonifortus de uicomerchato mediolanensis miniauit anno 1454 februarij*. F. 273v rubris notis *Expletus fuit liber iste die .XXIII.* | *mensis martij .M CCCC LIIII. in ciuitate* | *uenetiarum. scriptus per me presbiterum* | *Gabrielem de citerna cappellani Reuerendi* | *patris domini Thome gradonico commenda-* | *tarij abbatie sancti Michaelis de candiana* | *paduane dyocesis. Pro scriptore* | *caritas constringat orare legentes*. Ff. 102v. 103. 104. 274 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

442. Saec. XV, membran., mm. 311×226, ff. 302 (+ ff. 10-19 librarii neglegentia bis numeratis).

S. Augustini De civitate Dei libri I-XXII (M. 41, 14-804), praemissis (f. 1) indice rerum notabilium litterarum ordine digesto, et (f. 11) capite 43 libri II Retractationum (M. 32, 647-648). Libris XVIII-XXII praeeunt capita.

Codex binis columnis exscriptus litteras librorum initiales praebet auro illitas et coloribus ornatas, litterasque initiales capitum rubro et caeruleo colore alterne depictas. Tituli rubri. Ff. 8-10. 301. 302 vacua. In parte inferiore ornamenti quattuor marginibus folii 11r appicti stemma gentis Della Rovere conspicitur, tiara pontificali superimposita. F. 300v, opere absoluto, litteris capitalibus *Aurellii Augustini Ipponensis episcopi de civitate Dei liber ultimus explicit per Iohannem de Crema*.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

443. Saec. XV in., membran., mm. 325×230, ff. I. 186.

1 (f. 1r). Tabula sive index operis s. Augustini De civitate Dei, litterarum ordine digesta. Inc. *Aaron erranti populo ad fabricandum ydolum non concessit*. Des. *Quod zorastes* (!) *statim quando natus est risit quod fuit malum signum lib. 21. capitulo XI*. Praeit prologus ubi de modo utendi tabula disseritur. Inc. *Ut de infrascripta tabula noticiam pleniorem habere valeas*. Des. *ne varietas capitulorum legentem impediat quominus in libro suo quod legit inveniat*.

2 (f. 138). *Capitula* seu melius initia singulorum capitum operis De civitate Dei.

3 (f. 143v). Rubricae seu capitula eiusdem operis. Sunt eadem quae ap. M. vol. 41 singulis capitibus eiusdem operis praemittuntur.

4 (f. 159v). *Incipit tabula de auctoritatibus biblie quas introducit beatus augustinus in libro de civitate dei. et hoc secundum ordinem librorum et capitulorum biblie*. Inc. *De genesi 1.m In principio creauit deus*. Des. *Item. foris*

canes et venefici. lib. 21. capitulo 6. Praemittitur prologus qui inc. *Subijt animum libros de ciuitate dei inspicere* et des. *breuioribus autem capitulis collectio et ordinatio predicta innititur et ideo qui libros habent distinguant per predicta capitula si ad inueniendum aliqua de predictis nolunt nimium laborare, aut penitus forsitan operam perdere. Valete.*

Codex binis columnis notariorum littera exaratus. Litterae initiales rubro et caeruleo colore plerumque alterna vice illuminatae, prima excepta quae auro et coloribus ornata est. Notabilia in marginibus passim occurrunt. Ff. I^v. 186^v vacua. F. I^r fragmentum quaestionis continet de paradiso terrestri. In margine inferiore folii 1^r duo dracones scutum argenteum sustentant, balteo rubro divisum. 186, libro expleto, possessoris notula prorsus erasa.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

444. Saec. XV in., membran., mm. 307 × 222, ff. II. 108.

1 (f. 1). Tabula seu index operis s. Augustini De civitate Dei, omnino ut in cod. praecedente.

2 (f. 90^v). *Auctoritates biblie secundum ordinem librorum ipsius biblie que sunt in libro augustini de ciuitate dei* omnino ut in cod. cit., prologo tamen omisso.

3 (f. 104). *Capitula* seu melius initia capitum operis De civitate Dei.

Codex binis columnis diligenter descriptus litteras maximas exhibet rubro et caeruleo colore exornatas, litterasque maiores caeruleo et rubro colore alterne depictas. Tituli rubri. Additiones tum inter lineas, tum in marginibus non raro occurrunt. Ff. I^v. II. 108^v vacua. I^r perpauca deleta: et in margine folii 1^r superiore ipsius, ut videtur, librarii manu *Carte. CVIIJ.* 108^r tria verba admodum erasa.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii impressa sunt.

445. Saec. XV, membran., mm. 426 × 888, ff. II chart., 502.

1. S. Augustini opera. [1] (f. 1^v). Contra Academicos libri I-III (M. 32, 905-958), praemisso capite 1 libri I Retractationum (M. ibid., 585-587). [2] (f. 14). De beata vita (M. ibid., 961-976), praevio cap. 2 lib. I Retractationum (M. ibid., 588). [3] (f. 18). De ordine *rerum* libri I-II (M. ibid., 977-1020), praefixo cap. 3 lib. I Retractationum. [4] (f. 29). Soliloquiorum libri I-II (M. ibid., 869-904), praeeunte cap. 4 lib. I Retractationum. [5] (f. 38). De immortalitate animae (M. ibid., 1021-1034), proposito cap. 5 lib. I Retractationum. [6] (f. 41^v). De moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum lib. I-II (M. ibid., 1309-1378); praeit cap. 7 lib. I Retractationum. [7] (f. 58^v). De vera religione (M. 34, 121-172); praemittitur cap. 13 lib. I Retractationum. [8] (f. 70). De quantitate animae (M. 32, 1035-1080); proponitur cap. 8 lib. I Retracta-

tionum. [9] (f. 82). De magistro (M. ibid., 1193-1220); praemittitur cap. 12 lib. I Retractationum. [10] (f. 88v). De musica liber VI (M. ibid., 1161-1194). [11] (f. 97). De libero arbitrio libri I-III (M. ibid., 1221-1310), praevio cap. 9 lib. I Retractationum. [12] (f. 118v). De fide et symbolo (M. 40, 181-196), praemisso cap. 17 lib. I Retractationum. [13] (f. 122). De catechizandis rudibus (M. ibid., 309-348); subsequitur cap. 14 lib. II Retractationum. [14] (f. 131). De utilitate credendi (M. 42, 65-138), proposito cap. 14 lib. I Retractationum. [15] (f. 138). De gratia novi Testamenti (M. 33, 538-576), praemisso cap. 36 lib. II Retractationum. [16] (f. 148). De natura boni ⟨contra Manichaeos⟩ (M. 42, 551-572), praevio cap. 9 lib. II Retractationum. [17] (f. 153). De Genesi contra Manichaeos libri I-II (M. 34, 173-220); subsequitur cap. 10 lib. I Retractationum. [18] (f. 165). De duabus animabus ⟨contra Manichaeos⟩ (M. 42, 93-112); subsequitur cap. 15 lib. I Retractationum. [19] (f. 170). Contra Adimantium Manichaei discipulum (M. ibid., 129-172), praevio cap. 22 lib. I Retractationum. [20] (f. 181). Contra adversarium legis et prophetarum libri I-II (M. ibid., 603-666), praemisso cap. 58 lib. II Retractationum. [21] (f. 196). Contra epistulam Manichaei (M. ibid., 173-206), praeeunte cap. 2 lib. II Retractationum. [22] (f. 204v). Epistulae ad Romanos inchoata expositio (M. 35, 2087-2106), praevio cap. 25 lib. I Retractationum. [23] (f. 209v). Expositio quarumdam propositionum ex epistula ad Romanos (M. ibid., 2063-2088), proposito cap. 23 lib. I Retractationum. [24] (f. 216). Epistulae ad Galatas expositio (M. ibid., 2105-2148), praemisso cap. 24 lib. I Retractationum. [25] (f. 227v). Acta contra Fortunatum Manichaeum (M. 42, 111-130), praevio cap. 16 lib. I Retractationum. [26] (f. 231v). De Genesi ad litteram imperfectus liber (M. 34, 219-246); praemittitur cap. 18 lib. I Retractationum. [27] (f. 238v). De sermone Domini in monte libri I-II (M. ibid., 1229-1308), praeeunte cap. 19 lib. I Retractationum. [28] (f. 259). De mendacio (M. 40, 487-518), praemisso cap. 27 lib. I Retractationum. [29] (f. 266). Contra mendacium (M. ibid., 517-548), proposito cap. 60 lib. II Retractationum. [30] (f. 273v). ⟨De diversis quaestionibus⟩ ad Simplicianum libri I-II (M. ibid., 101-148). Praemittuntur [a]) cap. 1 lib. II Retractationum; [b]) epistula 37 (M. 33, 151-152). [31] (f. 284). ⟨De peccatorum meritis et remissione⟩ et de baptismo parvulorum libri I-III (M. 44, 109-200), praevio cap. 33 lib. II Retractationum. [32] (f. 304v). De spiritu et littera (M. ibid., 201-246), praemisso cap. 37 lib. II Retractationum. [33] (f. 314v). De fide et operibus (M. 40, 197-230), proposito cap. 38 lib. II Retractationum. [34] (f. 322). De opere monachorum (M. ibid., 549-582), praeeunte cap. 21 lib. II Retractationum. [35] (f. 329v). De anima et eius origine (in ms. *De origine anime*) libri I-IV

(M. 44, 475-548); praemittitur cap. 56 lib. II Retractationum. [36] (f. 347). De bono coniugali (M. 40, 373-396); proponitur cap. 22 lib. II Retractationum. [37] (f. 352). De sancta virginitate (M. ibid., 397-428); praeit cap. 23 lib. II Retractationum. [38] (f. 359). De bono viduitatis (in ms. *de professione sancte viduitatis*. M. ibid., 431-450). [39] (f. 363^{v}). De coniugiis adulterinis libri I-II (M. ibid., 451-486), praevio cap. 57 lib. II Retractationum. [40] (f. 371). ⟨Collatio cum Maximino Arianorum episcopo⟩ (M. 42, 709-742); praeit sub prologi titulo ⟨Possidii Augustini vitae caput 17⟩ a v. *cum ipsorum* (M. 32, 48, 3-24). [41] (f. 378). Contra Maximinum haereticum libri I-II (in ms. opus tres libros complectitur, quorum I est ipsa cum eodem Maximino Collatio. M. 42, 743-814).

2 (f. 395). ⟨**Vigilii Tapsensis** episcopi⟩ (in ms. *Aurelii Augustini*) De unitate Trinitatis (M. 62, 333-352).

3. S. Augustini opera. [1] (f. 400^{v}). Contra sermonem Arianorum (M. 42, 683-708), praeviis (f. 399) cap. 52 lib. II Retractationum, et sermone Arianorum (M. ibid., 677-684). [2] (f. 406^{v}). De divinatione daemonum (M. 40, 581-592), praemisso cap. 30 lib. II Retractationum. [3] (f. 409). De cura pro mortuis gerenda (M. ibid., 591-610), proposito cap. 64 lib. II Retractationum. [4] (f. 413). De agone christiano (M. ibid., 289-310), praeeunte cap. 3 lib. II Retractationum. [5] (f. 418^{v}). De diversis quaestionibus I-LXXXIII (M. ibid., 11-100), praemisso cap. 26 lib. I Retractationum. [6] (f. 439^{v}). Enchiridion ⟨sive de fide, spe et charitate⟩ (M. ibid., 231-290), proposito cap. 63 lib. II Retractationum. [7] (f. 452^{v}). De octo Dulcitii quaestionibus (M. ibid., 147-170), praemisso cap. 65 lib. II Retractationum. [8] (f. 457^{v}). Contra epistulam Parmeniani libri I-III (M. 43, 33-108), praevio cap. 17 lib. II Retractationum. [9] (f. 475). De unico baptismo ⟨contra Petilianum⟩ (M. ibid., 595-614), praemisso cap. 34 lib. II Retractationum. [10] (f. 479). De correctione Donatistarum liber, seu epistula 185 (M. 33, 792-815), praevio cap. 48 lib. II Retractationum. [11] (f. 486). De haeresibus, praeviis (f. 485) de eodem libro epistulis quattuor (M. 42, 15-50). [12] (f. 492^{v}). Ad inquisitiones Ianuarii libri I-II, seu epistulae 54. 55 (M. 33, 199-223), proposito cap. 20 lib. II Retractationum. [13] (f. 498). De praesentia Dei liber, seu epistula 187 (M. ibid., 832-848), praemisso cap. 49 lib. II Retractationum.

Codex binis columnis diligenter descriptus litteras initiales praebet auro illitas coloribusque et frondibus pro ingenio intextis ornatas, quarum prima et s. Augustini scribentis imagine conspicua est. Tituli minio depicti. Ff. I. II. 503 vacua. Folio vero II membranula adglutinata est, quae indicem continet eiusdem, ut videtur, librarii manu conscriptum. In margine inferiore folii 1^{r} stemma Pauli II. 502^{r} rubris litteris *Explicit Aurelij*

Augustini liber de pre- | sentia dei ad Dardanum. Hoc totum uo- | lumen scripsit Petrus Beeckhusen: quae sequebantur aqua de industria deleta sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

446. Saec. XV, membran., mm. 423×282, ff. I. 131.

S. Augustini opera complura.

1 (f. 1). Contra Academicos libri I-III (M. 32, 905-958), praevio capite 1 libri I Retractationum (M. ibid., 585-587). **2** (f. 16ᵛ). De beata vita (M. ibid., 961-976), praefixo cap. 2 lib. I Retractationum (M. ibid., 588). **3** (f. 21ᵛ). De ordine libri I-II (M. ibid., 977-1020). **4** (f. 32ᵛ). De immortalitate animae (M. ibid., 1021-1034). **5** (f. 36ᵛ). Soliloquiorum libri I-II (M. ibid., 869-904). **6** (f. 46ᵛ). De moribus ecclesiae ⟨catholicae⟩ et de moribus Manichaeorum libri I-II (M. ibid., 1309-1378). **7** (f. 65ᵛ). De vera religione (M. 34, 121-172), praemisso cap. 13 lib. I Retractationum. **8** (f. 79ᵛ). Retractationum cap. 8 lib. I, cui subiungendus erat liber De quantitate animae in spatio ad hoc vacuo relicto. **9** (f. 81). De musica libri I-VI (M. 32, 1081-1194). **10.** Epistulae (M. vol. 33) [1] (f. 112) 236 (praeit perbreve alterius epistulae fragmentum quod inc. *et in fines orbis terrae* et des. *plenius autem dignare nos uerbo tue gratiae rescribendo instruere et letificare*), [2] (f. 112ᵛ) 86, [3] (ibid.) 212, [4] (ibid.) 210, [5] (f. 113) 160 (Evodii), [6] (f. 113ᵛ) 161, [7] (f. 114) 163 (Evodii), [8] (ibid.) 159, [9] (f. 114ᵛ) 162, [10] (f. 115ᵛ) 213, [11] (f. 116ᵛ) 119 (Consentii), [12] (f. 117ᵛ) 120, [13] (f. 120) 191, [14] (f. 120ᵛ) 194, [15] (f, 126) 18, [16] (ibid.) 20, [17] (f. 126ᵛ) 19, [18] (ibid.) 1, [19] (f. 127) 15, [20] (ibid.) 2, [21] (f. 127ᵛ) 5 (Nebridii), [22] (ibid.) 6 (Nebridii), [23] (ibid.) 7, [24] (f. 128ᵛ) 8 (Nebridii), [25] (f. 129) 9, [26] (f. 129ᵛ) 14, [27] (ibid.) 13, [28] (f. 130) 10, [29] (f. 130ᵛ) 4, [30] (ibid.) 169 usque ad v. *non utique nisi secundum* (M. 33, 746, 4).

Codex binis columnis exscriptus litteras initiales praebet auro illitas atque coloribus et frondibus pro ingenio intextis ornatas. Tituli qui exstant minio depicti. Correctiones, variae lectiones, additamenta aliaeque notulae primis praesertim in foliis passim occurrunt. Ff. Iʳ. 80. 111 vacua. Iᵛ index saec. XV conscriptus. In margine inf. folii 1ʳ facies hominis barbati conspicitur quater in orbem repetita. 116ᵛ litteris rubris *Expliciunt epistolae beati Augustini scriptae | per manus Iohannis werneri de hassÿa. | 1438. In uigilia sancti Laurentij. etc.* Foliorum ordo aliquantum turbatus sic restituendus: 92. 98. 94-97. 93. 99.

Integumenti dorsum stemmata exhibet Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

447. Saec. XV, membran., mm. 353×243, ff. 147.

S. Augustini opera complura.

1 (f. 1). De fide rerum *inuisibilium* (M. 40, 171-180). **2** (f. 7ᵛ). De praedestinatione et gratia (in ms. *De predestinatione diuina.* M. 45, 1665-1678, inter spuria). **3** (f. 18). Tractatus adversus Iudaeos

(in ms. ...*de incarnatione domini contra iudeos.* M. 42, 51-64). 4 (f. 26). De continentia (M. 40, 349-372). 5 (f. 40v). De patientia (M. ibid., 611-626). 6 (f. 49v). *Liber de penitentia* (est sermo 351. M. 39, 1535-1549). 7 (f. 60). De urbis excidio (M. 40, 716-724). 8 (f. 60). *Incipit liber eiusdem de peccato in spiritum sanctum* (est sermo 71. M. 38, 445-467). **9.** Sermones (M. voll. 38. 39) [1] (f. 79v) 12, [2] (f. 83v) 344, [3] (f. 87v) 360, [4] (f. 88v) sermo De vanitate saeculi (M. 40, 1213-1214, append.), [5] (f. 92) 106 (M. 39, 1952-1957, append.), [6] (f. 96v) 346, [7] (f. 98) 350 usque ad n. 2 inclusive, [8] (f. 99) 154 append. (inc. *Deus erat in christo mundum reconcilians sibi*); sequitur [9] (f. 102v) fragmentum libri I De anima et eius origine, quod inc. *Latro ille non ante crucem* et des. *nemo conuincit* (M. 44, 480, lin. 24-481, lin. 1), [10] (f. 103) sermo 391, [11] (f. 106) 347, [12] (f. 107v) 287 append., [13] (f. 110) 252 append., [14] (f. 112) 140, [15] (f 114) 277, [16] (f. 121v) 276, [17] (f. 123) 187, [18] (f. 124v) 117 append., [19] (f. 128) 188, [20] (f. 129) 218, [21] (f. 131v) 219, [22] (f. 132) 233, [23] (f. 134) 231, [24] (f. 136v) 240 (desunt in fine v. « crastino-poterimus »), [25] (f. 138v) 241, [26] (f. 142) 242, [27] (f. 145) 334.

Codicem gothico-rotundo charactere diligenter duabus exaratum columnis commendant litterae initiales auro et coloribus fulgentes et folii 1 ornamentum, in cuius parte inferiore stemma conspicitur Nicolai V cum inscriptione *NICOLAVS PAPA. QVINTVS. M.CCCCLI.* In prima initiali s. Augustini scribentis imago depicta est. Tituli rubri. F. 147 vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii

448. Saec. XII, membran., mm. 271 × 160, ff. II. 151 (+ ff. 20-29 bis numeratis).

1 (f. 1). **Fulgentii Ruspensis** episcopi De fide *sancte Trinitatis* (in ms. liber s. Augustino tribuitur. M. 65, 671-706). Liber in fine ab editis diversus est: nam post v. *iusti autem sine fine cum christo regnaturi* (M. ibid., 705, 8 ab imo) adduntur v. *Firmissime bene et nullatenus dubites. quemlibet hereticum siue scismaticum in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizatum - illi communi professi sunt uoluntate,* quibus subtexuntur v. *Hec interim - anathematizandus appareat* (M. ibid., 705, 7 ab imo - 706, 5).

2 (f. 19). ⟨Explanatio symboli apostolorum⟩. Inc. *Credo in deum patrem omipotentem* (!) *Qui deus est et pater est. deus potestate. pater bonitate.* Des. *per ipsum uitam speramus ęternam.*

3 (f. 20). De charitate. Inc. *Initium iustitie nostre. confessio est peccatorum. Cepisti non defendere peccatum tuum. iam incoasti iustitiam.* Des. *In alia septem pertinentia ad proximi societatem.* Iste tractatus videtur desumptus ex variis locis s. Augustini; magna enim ex parte reperitur in expositione epistulae Ioannis ad Parthos tract. 8. 9 (M. 35, 2037, lin. 12 ab imo -2053).

4. S. Augustini opuscula. [1] (f. 20^{v} *a*). Sermo 351 (M. 39, 1535-1549), cui subtexitur [2] (f. 31, lin. 17) sermo 393 (M. ibid., 1713-1715), [3] (f. 32) sermo 9 (M. 38, 75-91). [4] (f. 43^{v}). ⟨Contra mendacium⟩ (in ms. *De mendacio*) usque ad v. *nemo peccabit* (M. 40, 517-547, 15). [5] (f. 60). Sermo De disciplina *christianorum* (M. ibid., 669-678) ab editis in fine valde diversus. [6] (f. 65^{v}). Epistula 130 (M. 33, 493-507), [7] (f. 74) epist. 138 ab editis valde diversa.

5. (f. 76^{v}). ⟨**S. Gregorii** papae III⟩ *De modis remissionum* (est caput I De diversis criminibus et remediis eorum, editis diffusius. Cf. M. 89, 589).

6. S. Augustini [1] (f. 77) De videndo Deo, seu epist. 147 (M. 33, 596-622); [2] (f. 94) De agone christiano (M. 40, 289-310); [3] (f. 105^{v}) De civitate Dei cap. 29 libri XXII (M. 41, 796-801); [4] (f. 108) sermo 106 (M. 39, 1952-1957, append.); [5] (f. 113) sermo 73 append.

7. S. Hieronymi [1] (f. 113^{v}) Dialogus contra Luciferianos (M. 23, 163-192); [2] (f. 127^{v}) epistula 64 (M. 22, 607-622).

8. S. Ambrosii [1] (f. 137) epistula 20 (M. 16, 1036-1045), [2] (f. 141) sermo contra Auxentium De basilicis tradendis (M. ibid., 1050-1062), [3] (f. 148) epistula 21 (in ms. *Tractatus*. M. ibid., 1045-1049).

9 (f. 150^{v}). **S. Hieronymi** Commentariorum in epistulam ad Titum parvum fragmentum, scil. ab initio prologi ad v. *gratia et pax* (M. 26, 589-592, C, lin. 1).

Liber mendis scatens titulos litterasque initiales minio exhibet depicta. In summis marginibus quaedam saec. XV manus titulos currenti calamo apposuit, atque altera manus saec. XII correctiones a priori librario omissas hic illic in marginibus addidit. Ff. I^{r}. II. 15 1^{v} vacua. I^{v} indiculus saec. XV conscriptus *In isto volumine continentur tractatus qui secuntur* etc.

In tegumento stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii impressa sunt.

449. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 307 × 207, ff. II. 99.

S. Augustini De Genesi ad litteram libri I-XII (M. 34, 245-486), proposito cap. 24 lib. II Retractationum (M. 32, 640).

Codex binis columnis exscriptus titulos rubros habet, et litteras maiores pariter atque maximas rubro et caeruleo colore depictas. Ff. I^{v}. II^{r}. vacua. In folii I margine superiore titulus operis saec. XVI conscriptus. In summo margine folii 99^{v} manu saec. XIV notula legitur *pertinet S. d. n. G.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

450. Saec. XV in., membran., mm. 399 × 253, ff. 254.

S. Augustini opera complura.

1 (f. 1). De Genesi ad litteram libri I-XII (M. 34, 245-486). **2** (f. 46). De doctrina christiana libri I-IV (M. ibid., 15-122), praevio Retra-

ctationum cap. 4 lib. II (M. 32, 631-632). **3** (f. 55v). Contra Faustum Manichaeum libri I-XXXIII (M. 42, 207-517, lin. 11: postremus enim liber fine mutilus abrumpitur v. *Quapropter post omnes Fausti* (!), spatio tamen ad reliqua excipienda vacuo relicto. Hic denique animadvertendum libros distinctos esse titulo *responsio* capiti II singulorum praefixo). **4** (f. 131). In epistulam Ioannis ad Parthos tractatus I-X (M. 35, 1976-2062). **5** (f. 149). Sermo 352 (in ms. *liber de penitentia.* M. 39, 1549-1560). **6** (f. 151v). De consensu Evangelistarum libri I-IV (M. 34, 1041-12030); singulis libris, praeter primum, capitula proponuntur. **7** (f. 194v). Sermones 119. 120. 121 (ex hoc cod. ed. Mai, Nova Patrum bibliotheca, 1, 151-282). **8** (f. 202). Sermo 9 (in ms. *liber de decem cordis idest decem mandatis.* M. 38, 75-91). **9** (f. 206v). Confessionum libri I-XIII (M. 32, 659-868).

Liber binis columnis littera currenti perscriptus est. Litterae maiores et maximae desiderantur, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis: tituli minio exarati. Prologi omnes suo loco occurrunt. Ff. 128v-130 254v vacua. 254r, opere expleto, rubris litteris *Explicit liber confessionum sancti Augustini Episcopi yponensis. deo laus nec associetur scriptoris fraus* et inferne quaternionum supputatio nigro atramento *continet quinternos staconis 31 1/2.*

In tegumento tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

451. Saec. XV, membran., mm. 365 × 269, ff. 432 (+ ff. 343a. 405a librarii neglegentia omissis).

Codex in duo volumina dispertitus, quorum prius ff. 1-238 et alterum reliqua complectitur, continet

S. Augustini Enarrationes in psalmos (M. voll. 36-37).

Liber binis columnis diligenter perscriptus litteras initiales singulorum psalmorum exhibet auro et coloribus ambitiose depictas, litterasque maiores rubro et caeruleo distinctas. Titulos, quos librarius in marginibus apposuit, pictor proprio loco minio descripsit. In fronte primi folii prostat elegans pictura repraesentans s. Augustinum contionantem apud papam, cardinales, episcopos, imperatorem, regem, doctos viros, diversos monachorum ordines. In parte inferiore ornamenti eiusdem folii 1r marginibus appicti stemma conspicitur (gallus rubeus in pagina aurata), superimposita mitra episcopali; idemque in margine inferiore folii 1r alterius partis occurrit, quo in folio altera exstat pictura eundem s. Augustinum repraesentans ad tabulam litterariam sedentem et Iesum Christum ei apparentem. Singulorum psalmorum prologi (in ms. *tituli*) ab ipsorum enarratione distincti sunt. Ff. 236-238 vacua. 432v *Explicit exposicio psalmorum | dauid. per sanctum Augustinum aurelium episcopum. scripta manu | mei Antonij de cararia de albingana.*

In tegumentorum dorsis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

452 (olim 2399). Saec. XIV in., membran., mm. 456 × 305, ff. 180 (+ ff. 27.a 29a. 60a librarii neglegentia omissis).

S. Augustini Enarrationes in psalmos LI-LXXXVIII usque ad v. (vers. 5) *et generationem sedem tuam. Putamus* (M. 36, 599-1028; 37, 1029-1122, lin. 38).

Codex duabus perscriptus columnis litteras maximas et maiores praebet rubro caeruloque pictas colore, et complures alias initiales rubro aut caeruleo exspressas. Insunt in marginibus additiones et notabilia ipsius librarii manu exarata. In marg. inferiore folii 1 manu saec. XIV *liber sancte marie de ferrarie qui eum furatus fuerit anathema sit - Amen.* Folium 180 olim lacerum, postea altera membrana refectum est. 180^r *Explicit liber tristicie:* 180^v vacuum.

In tegumento stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

453 Saec. XII in., membran., mm. 545 × 380, ff. 252 (+ ff. 25^a. 45^a. 155^a. 160^a. 172^a, — f. 211 librarii neglegentia omissis).

S. Augustini Enarrationes in psalmos (in ms. ... *expositio psalmorum*), praevio prologo (M. voll. 36. 37).

Subsequuntur: [1] (f. 251^v) locus excerptus ex Cassiodori praefatione in psalterium a v. *Tunc ad Augustini* ad v. *trina sum diuisione partitus* (M. 70, 9, A, lin. 11-C, 10); [2] (ibid.) parvum fragmentum ex s. Isidoro desumptum (inc. *Marcus. terentius. uarro*, des. *nec legere quidem occurrat*); [3] (f. 252) **s. Martini Dumiensis** Formula honestae vitae (M. 72, 21-28).

Liber binis columnis perbelle exscriptus litteras initiales praebet rubro flavo caeruleo et interdum viridi colore depictas et ramis pro ingenio intextis conspicuas, titulosque rubros. Prima singularum enarrationum verba litteris capitalibus et uncialibus interdum simul connexis et insertis atramento exarata sunt. Paucae correctiones praesertim ipsius librarii manu, notulaeque nonnullae manu saec. XIII in marginibus occurrunt. F. 1^v ornamentum quadripertitum. In marg. f. 184^r lacinia membran. consuta est, manu saec. XV in. conscripta.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

454. Saec. XV, membran., mm. 443 × 308, ff. 528 (— ff. 110-199, + ff. 376^a. 466^a librarii neglegentia omissis).

S. Augustini Enarrationes in psalmos, praevio prologo (M. voll. 36.37).

Codex binis columnis et rotundo charactere exaratus duobus constat voluminibus, quorum prius folia 1-360, alterum reliqua complectitur. Librum vero commendant ornamenta foliorum 1^r. 2^r et litterae tum maximae tum maiores auro coloribus et interdum imaginibus (cf. ff. 1^r. 2^r. 30^r. 32^v 59^r. 84^r. 222^r. 280^r. 326^r. 415^v. 535^r) excultae. Tituli minio depicti. F. 1^v vacuum. In parte inf. ornamenti folio 2^r appicti stemma Nicolai V conspicitur a duobus angelis sustentatum.

In tegumentis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

455. Saec. XI, membran., mm. 366 × 246, ff. 266 (+ ff. 124^a. 205^a. 124^a, — f. 261 librarii neglegentia omissis).

S. Augustini Enarrationes in psalmos CI-CL (M. 37, 1293-1966, lin. 4). Subsequuntur (f. 269) duo excerpta ex Cassiodori praefatione in psalterium, quorum prius inc. *Tunc ad Augustini*, des. *trina sum divisione partitus* (M. 70, 9, A, lin. 11-C, 10) et alterum inc. *Psalmi sunt denique*, des. *preconia comprobentur* (M. ibid., 10, B, lin. 11-C, 10).

Codex binis columnis non una manu perscriptus duobus constat voluminibus, quorum prius folia 1-150, alterum reliqua complectitur. Tituli, pariter atque litterae maximae, minio depicti. In marginibus et inter lineas correctiones et additamenta passim occurrunt. Quinterniones in imis foliorum marginibus numeris romanis fere semper supputati sunt. In angulis superioribus externis complurium foliorum initium legitur psalmi, cuius enarratio illis in foliis continetur. Inter folia 193 et 194, 203 et 204, 206 et 207 frustula membranea inserta sunt, in quibus additamenta reperiuntur. F. 269^{v} *Hunc librum adquisivit domnus Damianus sanctae* +.

In tegumento tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

456. Saec. XV, chart., mm. 296×216, ff. I. 231 (+ f. 115^{a} librarii neglegentia omisso).

Miscellanea.

1 (f. 1). <Pseudo->**Augustini** Soliloquia <animae ad Deum> (M. 40, 863-898).

2 (f. 18). *Incipit* (!) *suspiria Beati Augustini*. Inc. *Summa trinitas virtus una et indiscreta*. Des. *virtus imperium et potestas in secula seculorum Amen*.

3 (f. 25^{v}). <Pseudo->**Augustini** Speculum *peccatorum* (M. 40, 983-992).

4 (f. 28). *Versus Sibille Eritree de die judicij et penis inferni septem* (cf. M. 41, 579).

5 (f. 28^{v}). <Pseudo->**Augustini** Manuale versus finem ab edito ap. M. 40, 951-968 valde diversum.

6 (f. 35). **S. Anselmi Cantuariensis** archiepiscopi Proslogion pars, scilicet cap. 1 et excerpta ex cap. 22 et seqq. (cf. M. 158, 223-242).

7 (f. 37). *Incipit passio domini nostri ihesu christi secundum deuotos auctores sanctorum patruum*, videlicet Augustini, Hieronymi, Bernardi, Rabani Mauri, Bonaventurae, Anselmi. Inc. *Cum appropinquaret hora prima pijssima in qua verbum patris filius*. Des. *in ipsa passionis tue hora dilecta mater et mulieres deflentes senserunt. Amen.*

8 (f. 50). <Pseudo->**Augustini** De visitatione infirmorum liber I (in ms. *Incipit Epistola Beati Augustini ad quendam nepotem suum infirmum*. M. 40, 1147-1152).

9 (f. 51^{v}). **Eckberti abbatis Schonaugiensis** Stimulus amoris (in ms.... *tractatus Ekperti abbatis qui intitulatur stimulus caritatis in ihesum christum*. M. 184, 953-966, inter opera s. Bernardi).

10 (f. 56). **S. Bonaventurae** Soliloquium (in ms.... *dyalogus*), praevio prologo (S. Bonaventurae opera, ed. Lugduni, tom. 8, 1668, p. 105-125).

11 (f. 75^{v}). *Incipit Epistola cuiusdam deuoti viri de dulcene* (!) *saporis ihesu christi*. Inc. *Ut scriberem tibi aliquid de diuini amoris sapore dulcissimo*. Des. *qui est benedictus in secula seculorum Amen.*

12 (f. 78). **Matthaei de Cracovia** Tractatus rationis et conscientiae (in ms. *Incipit dyalogus magistri Matthei de Craconia* (!) *Episcopi Wornacensis de comunione sacramenti*). Haec opera exstat impressa, ut eruitur ex Brunet, *Manuel du libraire*, tom. 3, 1862, col. 1535-1536. Inc. *Multorum tam clericorum quam laycorum*. Des. *Cui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum Amen.*

13 (f. 88ᵛ). De imitatione Christi liber I, praeviis capitulis (in ms. *Tractatus cuiusdam deuoti religiosi de imitatione christi et contemptu vanitatum mundi et profectu virtutum perseuerantia assidua et attenta practica actuum religiosorum*).

14 (f. 98). <Sermo in Cena Domini> (in ms. *Doctor juris quidam predicauit hanc collacionem in berchtersgadiñ anno domini 1434*). Inc. *Perit iustus et non est qui recogitet* etc. *Transiturus de hoc mundo ad patrem saluator noster*. Des. *quo nos ipse perducat qui in celis sine fine vivit et regnat Deus in secula benedictus Amen.*

15 (f. 103). <Sermo alter in Cena Domini>. Inc. *Qui manducat corpus domini*. Des. *et concedere et prestare dignetur. Qui vivit et regnat per infinita secula seculorum Amen.*

16. Georgii Appfentaler sermones. [1] (f. 109). *Incipit sermo ad populum factum salzburge post mandatum per venerabilem virum M. Georgium Appfentaler doctorem Sacre Theologie professorem*. Inc. *Escam dedit timentibus se* etc. *Notandum est sicut homo ex continuo labore*. Des. *Rogemus dominum ut omnium effectuum nos participes efficiat misericors deus, quos hoc efficere habet sacramentum. Amen*. Sequitur nota *Et sic est finis huius Collacionis facte post Mandatum In die Cene Coram Reuerendissimo patre ac domino domino Iohanne Archiepiscopo ecclesie Salzburgensis etc. Per venerabilem virum M. Georgium Appfentaler sacre Theologie professorem*. [2] (f. 111). *Sequitur Sermo ad Clerum factum post mandatum per venerabilem ut prius*. Inc. *Escam dedit timentibus se* etc. *Festiuitas hodierna*. Des. *Qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas in secula benedictus Amen. Deo gratias.*

17. Ioannis Sachs sermones duo in Cena Domini. [1] (f. 114). *Incipit alia Collatio In die Cene Ad Clerum facta per venerabilem virum Magistrum Iohannem Sachs de Rürnberga Doctorem In thelogia Salzburge ad sanctum petrum In refectorio. Anno domini 1434*. Inc. *Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego feci* etc. *lectum est iam in presenti*. Des. *ad resurrectionem et gloriam cum deo patre et spiritu sancto in secula benedictus Amen*. [2] (f. 118). *Collatio facta in die Cene... anno 1438*. Inc. *Mandatum nouum do vobis*. Des. *peracta Cena christus iuit per passionem et mortem acerbissimam ad paterne maiestatis gloriam ad quam*

ipse nos perducat etc. Sequitur nota *Et sic est finis huius Collationis facte Coram Reuerendissimo in christo patre et domino domino Johanne Archiepiscopo Apostolice sedis legato.*

18 (f. 131). ⟨Sessiones concilii Basileensis⟩ usque ad sessionem XXV inclusive (Mon. conc. gen. sec. XV, Concilium Basileense ed. Birk, tom. II, vol. 1, p. 49 sqq.). Opus tamen imperfectum est: plura enim desunt, ut e. g. capp. VII. X et pars capp. IX et XI sessionis I; capp. I. II sessionis IV. Sessiones vero XXV. XII. XV. XVI. XVIII. XIX. XX vel integre vel ex parte repetitae sunt f. 218 et seqq.

In foliis 204-218 haec inserta sunt: [1] (f. 204) *Copia littere confessionalis super huiusmodi indulgentijs* (inc. *Uniuersis presentes litteras inspecturis Ego talis tenore presencium,* des. *Datum sub bulli* (!) *dicte Synodi. Anno etc.*); [2] (f. 204^v) *Copia bulle presentationis ambasiatorum missorum ad greciam cum galeis et alii* (!) *necessarijs* (inc. *Venerabilibus Johanni Lubucensi* etc. *Dum exquisicionem vestre circumspecionis industria,* des. *Datum Basilee V Kal. Marcij Anno 1434*); [3] (f. 205^v) *Errores Sazacenorum seu illorum qui scopam uel baculum equitatus probant* (inc. *Primo quelibet persona cuiusuis sexus,* des. *cordis malitia*); [4] (f. 207) *auisamenta contra annatas primos fructus etc. pro camera apostolica consueta dari pro beneficijs et dignitatibus* (inc. *Cum ad reformationem ecclesie universalis,* des. *sit omnino ipso facto invalidum et inane*); [5] (f. 208) *Indultum quod aliquid voluntati potest pro talibus pape uel cardinalibus* (inc. *Cum vero rationale existat quod ecclesia,* des. *deliberari et prouideri*); [6] (f. 213) Nota quae inc. *Ego walramus in baden plebanus predicte sessioni* (scil. XXV) *interfui*, et des. *in congregatione obiecte...*; [7] (f. 222^v) Testimonia de Iesu Christo ex Iosephi Flavii De antiquitatibus Iudaicis excerpta.

Codex binis columnis et a f. 131 lineis plenis currenti littera non una manu exscriptus est. Tituli litteraeque initiales usque ad f. 121 minio, a f. 131 atramento exarata sunt. Ff. I. 121^v. 122-130. 206^v. 208^v. 209. 214^v. 215-217. 221^v. 222^r. 230^v. 231 vacua. In margine folii 6^r interiore rubris litteris haec occurrit notula: *Hic liber est Monastery Santi Andree cijs brayssinanensis.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

457. Saec. XV in., membran., mm. 231 × 157, ff. II. 84.

1. ⟨Pseudo-⟩Augustini [1] (f. 1) Soliloquia animae ad Deum (M. 40, 863-898); [2] (f. 43^v) Scala paradisi (M. ibid., 997-1004). Des. *Omnis gloria omnis laus. omnis uirtus. omnis sapientia. Omnis honor sit deo patri et gloriose uirgini marie amen.*

2. S. Bernardi [1] (f. 52^v) Meditationes piissimae de cognitione humanae cognitionis (M. 184, 485-508); [2] (f. 76^v) sermo De passione Christi.

Inc. *Ut magnum uerbis sermo exordium sumat.* Des. *qui pro reconciliandis sibi peccatoribus tanta sustinuit dominus iesus christus qui* etc.

Liber rotundo charactere nitide exaratus litteras opusculorum initiales praebet auro coloribus et imaginibus depictas, litteras maiores rubro et caeruleo exornatas, titulos minio exscriptos. Correctiones notabilia solutionesque nexuum verborum alia saec. XV manus hic illic addidit. Ff. I^r. II^v. 82^v. 83^v. 84 vacua. F. I^v contentorum index et modus quidam conficiendi medicinam. II^r in summo margine *G. de Sancto angelo* et inferne quaedam erasa et notula *Ti ò portato oggi questo dì 12 di maggio 1473. in nome di messer guasparre sopra dicto nel quale libro sonno i soliloquij di sancto agostino* etc. dein *n.° 32.* F. 83^r quaedam nullius pretii, pauca erasa, possessoris notula *Ego gaspar de sancto angelo etc. emi hunc librum ab uno canonico Regulari sancti Augustini* etc. *Anno domini M CCCC LXXIJ die 13 septembris* etc., et in marg. inf. ⟨G. d⟩*e Sancto angelo.*

In tegumento stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

458. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 304×208, ff. 244 (– ff. 111. 120 librarii oscitatione omissis).

1. S. Augustini opera. [1] (f. 1^r). Soliloquiorum libri I-II (M. 32, 869-904), praevio capite 4 lib. I Retractationum (M. ibid., 589-590). [2] (f. 20^r). Sermo 351 (M. 39, 1535-1549). [3] (f. 28). De agone christiano (M. 40, 289-310). [4] (f. 37). De gratia novi Testamenti, seu epistula 140, praevio cap. 26 lib. II Retractationum (M. 33, 539-577). [5] (f. 59). De praesentia Dei, seu epistula 187 (M. ibid., 832-848). [6] (f. 66^v). De divinatione daemonum (M. 40, 581-592), praevio cap. 30 lib. II Retractationum. [7] (f. 71). De incarnatione Verbi libri I-II (M. 42, 1175-1194, append.). [8] (f. 82). De essentia divinitatis (M. ibid., 1199-1208, append.). [9] (f. 87^r). Tractatus adversus quinque haereses (M. ibid., 1101-1116). [10] (f. 98). De gratia et libero arbitrio (M. 44, 881-912).

2 (f. 115). **Gennadii Massiliensis** De ecclesiasticis dogmatibus (in ms. *liber augustini...* M. 58, 979-1000).

3 (f. 121^v). ⟨**M. Aurelii Cassiodori**⟩ De anima (M. 70, 1279-1308). Praeit parvum fragmentum dialogi quaestionum LXV ⟨pseudo-⟩Augustini (M. 40, 733 usque ad v. *ut percumtanti* (!) *respondeas mihi in qua obscuritatem*).

4. S. Augustini [1] (f. 137) De spiritu et littera (M. 44, 201-246); [2] (f. 159) De origine animae hominis liber, seu epistula 166 (M. 33, 720-733).

5 (f. 165). **S. Hieronymi** epistula 134 in fine diversa ab edita apud M. 22, 1161-1162.

6. S. Augustini opera. [1] (f. 165^v). De quantitate animae (M. 32, 1035-1080). Subtexitur (f. 190^v, col. 1, lin. 16) caput 10 lib. I Retractationum. [2] (f. 191^r).

De videndo deo liber, seu epistula 147 (M. 33, 596-622). [3] (f. 206). Dialogus quaestionum LXV (M. 40, 733-752, append.). [4] (f. 223). De natura et gratia (M. 44, 247-290).

Codex binis columnis exscriptus. Litterae maximae auro et coloribus, maiores autem rubro et caeruleo depictae. Tituli minio exarati et littera initialis prima imaginibus conspicua. In marginibus notabilia, additiones et lemmata ipsius praesertim librarii manu passim occurrunt. Folium 121ᵛ et pars sequentis saec. XV exarata. F. 244ᵛ vacuum.

In tegumento stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

459. Saec. XI-XII, membran., mm. 282×218, ff. 158.

S. Augustini Confessionum libri I-XIII usque ad v. *semper quietus es* (M. 32, 659-868, lin. 29).

Codex diversis manibus oscitanter exaratus notabilia duabus manibus saec. XV conscripta in marginibus praebet. Librorum initiales desunt, praeter litteras II et III libri, quae minio, et libri X, quae atramento delineata est. Tituli aut nigro aut rubro colore depicti. Correctiones praesertim inter lineas hic illic occurrunt. In summo et imo margine folii 1 titulus perevanidus et ex parte erasus. In margine inf. foliorum 157ᵛ. 158ᵛ quaedam abrasa.

In tegumento stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

460. Saec. XV in., membran., mm. 258×182, ff. II. 183 (— ff. 20-29, + f. 97ᵃ librarii oscitatione omissis).

S. Augustini Confessionum libri I-XIII (M. 32, 659-868), praevio cap. 6 lib. II Retractationum (M. ibid., 632).

Ff. Iᵛ. IIʳ sermonis fragmentum complet, quod inc. *Superius dixerat dominus ad discipulos suos. Si me persecuti sunt et uos persequentur,* et des. *Qui me odit inquit, et patrem meum odit, etc.*

F. 181. ⟨Petrarcae distichon in libros Confessionum *Nunc celer* etc. et breve excerptum de eisdem ex epist. ad Gerardum⟩. Sequitur excerptum alterum quod inc. *Non enim mediocriter errat qui magno bono prefert mediocre bonum,* et des. *neque dissimulato bono decipiamur.*

F. 182. Tria excerpta ex Flavii Iosephi Antiquitatibus latine reddita, quae distinctius recensere non iuvat. F. 183. Carmen, vulgo *sonetto,* cum titulo *Loquitur humanum caput mortuum et consumptum.* Inc. *Pon qui, pon mente ad la gioiosa testa.*

Litterae singulorum librorum initiales atramento et caeruleo colore distinctae; prima vero et auro illita est. Tituli minio exarati. Additiones, correctiones et notabilia in marginibus hic illic occurrunt. Ff. I. II.ᵛ 1ᵛ. 183ᵛ vacua. In margine f. 2ʳ inferiore stemma card. Iordani Ursini († 1439). In folio 182ᵛ scriptum legimus *Iste liber fuit quondam R͠mi domini Jordani cardinalis de Vrsinis et venit ad manus domini Justini de plano aduocati concistorialis aui mei pauli quando ipse dominus Justinus fuit executor dicti domini Jordani ex testamento suo prout mihi rettulit genitor meus venerandus dominus coro-*

natus cuius anima feliciter et in pace quiescat. 183 duo remedia ad visum recuperandum, quorum alteri praeit nota *Recepta M. Girardi de Cumis quam in semetipso expertus est. Et XII annis usus ocularijs uitreis ita quod sine ipsis uidere non poterat* etc.; et in calce carminis, de quo superius diximus, nomen *Marcellus de plano.*

In tegumento stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

461. Saec. XII, membran., mm. 333 × 220, ff. 138.

S. Augustini opera complura.

1 (f. 1). Confessionum libri I-XIII (M. 32, 659-868). **2** (f. 63). Capita 5. 6. 8 libri I Retractationum (M. ibid., 590-594). **3** (f. 63v). De peccatorum meritis et remissione libri I-III (M. 44, 109-200), proposito cap. 33 lib. II Retractationum usque ad v. *posse corrigi sperans* (M. 32, 643). Liber III inscribitur *Incipit epistola ad eundem* (scil. Marcellinum) *de causa baptismi parvulorum.* **4** (f. 90). De spiritu et littera (M. 44, 201-246), praemisso cap. 37 lib. II Retractationum (M. 32, 645-646). **5** (f. 104). De cura pro mortuis gerenda (M. 40, 591-610), praevio cap. 64 lib. II Retractationum (M. 32, 655-656). **6** (f. 109v). De immortalitate animae (M. 32, 1021-1034). **7** (f. 115). De quantitate animae (M. ibid., 1035-1080). **8** (f. 128v). De praesentia Dei liber, seu epistula 187, praeeunte cap. 49 lib. II Retractationum (M. 33, 832-844). **9** (f. 133). De octo Dulcitii quaestionibus (M. 40, 147-170), praemisso cap. 65 lib. II Retractationum (M. 32, 656).

Codex binis columnis non una manu descriptus litteras maximas habet aut rubro caeruleo viridi colore, aut rubro et caeruleo, aut atramento, aut minio depictas, litteras maiores uno tantum colore exaratas, titulos rubros. Singuli opusculorum libri nullam praebent capitum distinctionem. Librarius alter saec. XV notabilia hic illic in marginibus apposuit, et folio 18r imaginem s. Augustini, ff. 91v. 92r tres facies atramento delineavit. In summo folii 1r margine notula saec. XIV-XV perevanida. F. 138v duae notulae erasae, index operum in codice contentorum, nota *Antonius isto nil sapiens* | *Mundo sal ludovicus* aliaque nullius pretii manibus praesertim saec. XV in. conscripta.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Maii card. bibliothecarii.

462. Saec. XV, membran., mm. 226 × 160, ff. I. 162.

S. Augustini Confessionum libri I-XIII, nulla habita capitum distinctione (M. 32, 659-868). Praemittitur cap. 6 libri II Retractationum (M. ibid., 632).

F. Iv. Petrarcae dystichon in libros Confessionum *Nunc celer* etc. et breve excerptum de eisdem ex epistula ad Gerardum *Lege Augustini* etc.

Codex diligenter exaratus titulos habet rubros litterasque initiales auro illitas coloribus et floribus conspicuas. In littera libri I initiali s. Augustini imago depicta est. Paucae correctiones variaeque lectiones ipsius librarii manu in marginibus occurrunt. F. Ir. 161v. 162 vacua.

In tegumento stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

463. Saec. XV, membran., mm. 432 × 286, ff. 440.

S. Augustini opera complura.

1 (f. 1). De doctrina christiana libri I-IV (M. 34, 15-122), praevio cap. 4 lib. II Retractationum (M. 32, 631-632). **2** (f. 27^{r}). De Trinitate libri I-XV (M. 42, 819-1098). Praeeunt 1) cap. 15 lib. II Retractationum (M. 32, 635-636); 2) epistula 174 (M. 33, 758). **3** (f. 104^{r}). De Genesi ad litteram libri I-XII (M. 34, 245-489), praemisso cap. 24 lib. II Retractationum (M. 32, 640). **4** (f. 166). Quaestionum in Heptateuchum libri I-VII, praeeunte cap. 55 lib. II Retractationum (M. 34, 545-824). **5** (f. 236^{v}). Quaestionum evangeliorum libri I-II (M. 35, 1321-1362), praevio cap. 12 lib. II Retractationum (M. 32, 634-635). Praemittuntur libro I (f. 236^{v}) eadem capitula quae apud Migne edita sunt, et libro II (f. 239) alia capitula, quorum I *Quod Zacharias orans audiuit ab angelo* etc., et L *Quod ait orate ne intretis in temptationem.* **6** (f. 247). Liber quaestionum septemdecim in evangelium secundum Matthaeum (in ms. ... *liber Tertius de Questionibus euangelii.* M. 35, 1363-1374), praeviis capitulis quorum I *De ueste domini in passione mutata*, et X *In euulsione spicarum exemplum regis et sacerdotis prolatum* etc. Liber inc. ab ultimo § libri praecedentis et des. in v. *qui illum patrem domini esse arbitrabantur.* **7** (f. 249^{r}). De consensu evangelistarum libri I-IV (M. 34, 1041-1230), praemisso cap. 16 lib. II Retractationum (M. 32, 636-637). Praeeunt (ff, 256. 280. 296^{r}) capita librorum II-IV. **8** (f. 299^{r}). Confessionum libri I-XIII, nulla habita capitum distinctione (M. 32, 659-868). Praemittitur cap. 6 lib. II Retractationum (M. ibid., 632). **9** (f. 352^{r}). Contra Faustum Manichaeum libri I-XXXIII (M. 42, 207-518), praevio cap. 7 lib. II Retractationum (M. 32, 632-633).

Codicem binis columnis diligenter descriptum commendant litterae maximae auro illitae et diversis coloribus, geniis et animalibus distinctae. Tituli rubro atque litterae maiores auro et coloribus pictae. Ff. 438^{v}-440 vacua. In margine folii 1^{r} inf. facies hominis barbati conspicitur quater in orbem repetita.

In tegumento tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii

464. Saec. XV, membran., mm. 296 × 212, ff. 108 (— f. 21 librarii oscitatione omisso).

Miscellanea.

1 (f. 1). ⟨**S. Augustini** De doctrina christiana⟩ libri I-IV, praetexto prologo (M. 34, 15-122).

2 (f. 38^{r}). ⟨**Fulgentii** De fide ad Petrum⟩ (M. 65, 671-706).

3. ⟨**Pseudo-Augustini** 1 (f. 50) De conflictu vitiorum et virtutum⟩ usque ad v. *attende que dico* (M. 40, 1091-1103, lin. 11 ab imo); 2 (f. 56).

De spiritu et anima usque ad v. *quem cernere finis* (M. 40, 779-816, lin. 21 ab imo).

4. <**Boetii**> opuscula. [1] (f. 74v). <Quomodo Trinitas unus Deus ac non tres dii> (M. 64, 1247-1256). [2] (f. 77). <Utrum Pater et Filius et Spiritus Sanctus de divinitate substantialiter praedicentur> (M. ibid., 1209-1302). [3] (f. 77v). <Quomodo substantiae in eo quod sint, bonae sint, cum non sint substantialia bona> (M. ibid., 1311-1314). [4] (f. 78v). <Brevis fidei christianae complectio> (M. ibid., 1333-1338). [5] (f. 80v). <De persona et duabus naturis> (M. ibid., 1337-1354).

5 (f. 85v). <**Pseudo-Augustini** De praedestinatione et gratia> (M. 45, 1665-1678).

6. <**S. Augustini**> [1] (f. 91) sermo 9 (M. 38, 75-91), [2] (f. 98) sermo 51 (M. ibid., 332-354).

Codex litteras maximas habet auro et coloribus, et interdum imaginibus quoque excultas, litterasque maiores rubro et caeruleo colore depictas. Ff. 107. 108 vacua. In margine f. 1r inferiore laurea corona locum exornat proprietarii scuto reservatum.

In tegumento stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

465. Saec. XV, membran., mm. 290×200, ff. 79.

S. Augustini De doctrina christiana, prologo praetexto (M. 34, 15-122). Praemittitur caput 4 lib. II Retractationum (M. 32, 631-632).

Codex litteras initiales habet auro illitas et coloribus mediocri arte depictas, quarum secunda s. Augustini imaginem praebet. Tituli, praeter secundum notis rubro et nigro colore alterne exscriptum, minio exarati sunt. In marginibus pauca notabilia, paucae correctiones et capitum numeri occurrunt. Ff. 78v. 79 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

466. Saec. XII, membran., mm. 230×144, ff. 77.

Miscellanea.

1 (f. 1). <**Gennadii**> (in ms.... *S. Augustini*) De ecclesiasticis dogmatibus (M. 58, 979-1000; sed in cod. nonnulla capita desiderantur).

2 (f. 8v). *Expositio sancti Augustini De secreto generationis domini nostri ihesu christi* etc. Inc. *Veni ad me et dicam tibi quemadmodum uirgo concepit.* Des. *Ita peperit, quemadmodum ante concepit.*

3 (ibid.). *Incipiunt decreta pontificum romanorum.* Inc. *Beatus Petrus apostolorum princeps antiochenus ordinauit tres episcopos.* Des. *qui noluit preceptis obtemperare apostolicis.*

4. **S. Fulberti** Carnotensis episcopi opuscula. [1] (f. 13). Sermo 1 De Trinitate et unitate (M. 141, 317). [2] (ibid.). Hymnus <De Trinitate> (M.

ibid., 342-343). [3] (f. 13ᵛ). Sermo 7 Contra Iudaeos usque ad v. *Dicit dominus omnipotens* (M. ibid., 331-333, lin. 9 ab imo). [4] (f. 15). Sermo 8 (M. ibid., 334-336). Subtexuntur (f. 17, lin. 2) v. *Liber actuum apostolorum mentionem facit baptismi - ne forte ad nichilum redeas me.* [5] (f. 17ᵛ). *Sermo de spe penitentiae* (est altera pars sermonis 7. M. ibid., 333, lin. 8 ab imo - 334). Subtexuntur v. *Augustinus - habeas securitatem.*

5 (f. 20). **Paschasii Radberti** De corpore et sanguine Domini (in ms. *Incipit liber de Sacramentis christi communione.* M. 120, 1267-1345, D, 2) usque ad v. *uenire ualeamus.* Praemittuntur: [1] (f. 18ᵛ) carmen ad Placidium (M. G. H., Poetae latini aevi Carolini, 2, p. 52 Traube); [2] (f. 19) prologus ad eundem (M. ibid., 1263-1268).

6 (f. 55). **Nicolai** ⟨II⟩ epistula Radulfo Bituricensi archiepiscopo. Inc. *Conquestus. est apostolatui nostro frater noster Sigegodus.* Des. *Pallio uero apostolico eadem die uti illis est licitum quibus est ab apostolica sede permissum.*

7 (f. 55ᵛ). ⟨Dicta quaedam de libris Bibliorum eorumque auctoribus et traductionibus⟩ (in ms. *De libro Amalarii*). Inc. *Primus Moyses scripsit eptaticum.* Des. *terrena monstretur.*

8 (f. 56). *Confessio magistri Berengerij de Sacramento altaris* (M. 148, 1445, B, 6 - 1456, A, 3). Adduntur in fine v. *Hanc confessionem sue fidei de corpore et sanguine domini. a berengerio rome coram. C.XIII. episcopis factam misit papa nicholaus per urbes italie. gallie. germanie. et ad quecunque loca fama prauitatis eius antea peruenire potuit. ut ecclesie que prius doluerant de auerso atque conuerso. postea gauderent de reuerso. atque conuerso.*

9 (f. 57). *Incipit quędam defloratio cuiusdam sapientis super missam, domni scilicet Remigii Antisiodorensis* (est cap. 40 De divinis officiis. M. 101, 1246-1271, inter opera suppositicia Alcuini). Adduntur in fine tres lineae.

10 (f. 77). De ecclesiasticis indumentis. Inc. *Primum indumentum ministris ecclesię Super humerale.* Des. *nec terrenis incumbere nec celestia celare.*

Codex rubricatus non una manu exscriptus est. Folia 1-8 laciniis membraneis refecta, eo quod eorum pars superior perierat, textum aliquantum lacunosum continent. Quaternionum enumeratio, resectis marginibus, ex parte periit. In margine f. 1ʳ inf. manu saec. XIV-XV *liber Augustini de ecclesiasticis domatibus* (!), et alia manu *De ecclesiasticis dogmatibus cum quibusdam aliis.*

521. An. 1436 (cf. f. 117v), chart. (ff. 1. 10. 11. 20. 21. 30. 31. 40. 41. 50. 51. 60, 61. 70. 71. 80. 81. 90. 91. 100. 101. 110. 111. 120 membran.), mm. 287 × 214, ff. 120.

⟨**B. Humberti de Romanis**⟩ Expositio regulae s. Augustini. Prooemium inc. *Viris religiosis non modicum expedit.* Inc. *Iam ad expositionem accedendo.* Des. *defficientes sublevat. vincentes coronat.* Hoc codice usus est Ioach. Berthier o. p. in B. Humberti de Romanis opere de vita regulari, Romae 1888, vol. 1, pp. 44-628.

Codex binis columnis currenti calamo scriptus est. Littera initialis prima caeruleo et rubro depicta in ventre exhibet agnum rubris ornamentis decoratum. Prima capitulorum verba gothico charactere exscripta; littera initialis prima minio, reliquae atramento exaratae. F. 115v *Laus tibi sit christe quoniam liber explicit iste.* Ff. 115v col. 2-117v operis index. F. 117v *Qui scripsit scribat semperque cum domino vivat. frater laurencius lobregat, quem Deus ad celestia regna. perducat. amen. Et fuit completus iste liber siue scriptus per dictum fratrem anno domini. M°. CCCC°. XXXVI°. ultima febroarii in conventu ylerdenssi* (cf. Berthier, op. cit., p. XXII). Ff. 118. 119. 120 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

522. An. 1436 (cf. f. 125), membran., mm. 277× 191. ff. I. 130.

S. Ioannis Climaci opera duo, Ambrosio ⟨Traversari⟩ interprete.

1 (f. 6v). Scala paradisi. Inc. *Cum summe. incomprehensibilis atque incircumscripte bonitatis.* Des. *bonorum omnium causa inest, fuitque et erit in infinita secula. Amen* (Climax Ioan. Scholastici, Venetiis per Ioannem Antonium et fratres de Sabio 1531, f. 16-177v). Praeeunt: [1] (f. 1) ⟨prologus⟩ Ambrosii ⟨Traversari⟩ Matthaeo patri suo (inc. *Hortatus es domine amantissime et merito uenerabilis;* des. *uenerabilis ac merito desiderabilis pater.* Loc. cit., f. 3-4v); [2] (f. 2) s. Ioannis Climaci vita *a Daniele monacho sub compendio scripta* (inc. *Quenam hunc divinum*

uirum. ciuitas tulerit, des. *contemplatiue doctrinas continentes.* Loc. cit., f. 9-13); [3] (f. 4^{v}) epistula Ioannis abbatis Raitensis ad Ioannem abbatem montis Synai, Scholasticum nuncupatum (in ms. *Incipit epistola Iohannis abbatis. Raitensis. hortantis Iohannem scolasticum ad describendum specialem. scalam.* Inc. *Agnoscentes nos a perfectione,* des. *et errore omni liberum ostendet. Vale in Domino carissime ac nimium uenerande pater.* Loc. cit., f. 13^{v}-14); [4] (f. 5^{v}) responsio Ioannis abbatis montis Synai (inc. *Accepi conuenientissimam,* des. *sed alacri proposito atque feruentissime uoluntati.* Loc. cit., f. 14^{v}-15^{v}). 2 (f. 116). Pastorum sermo in quo *agitur* qualis esse debeat rationalium *omnium* ovium pastor. Inc. *In inferiori quidem libro; extremum ego te omnium, o uenerande constitui.* Des. *et in se ipsa illuminatione et perfectione beata est* (loc. cit. f. 178-188^{v}). Sequitur (f. 123) *Commendatio praecedentis operis. a iohanne. abbate. raitensis. coenobii. scripta. in qua totum. feré opus brevissime ac mystice exponitur. laudaturque scriptor. eximie.* Inc. *Qualem esse oportere, scripsisti, talem profecto.* Des. *unitusqué caritati, caritas autem deus est. Amen* (f. 189-191^{v}).

Litterae initiales auro depictae sunt et variis coloribus ornatae, tituli minio exarati. F. I, olim tabulae adglutinatum, resectum est, et continet indicem operis, manu saec. XV. F. 130, olim tabulae adglutinato, Orationis dominicae paraphrasis quattuordecim versibus comprehensa. Inc. *In celis noster residens pater, omnia nomen.* Des. *Tolle malo famulisque tuis aduersa repelle. Amen. Hec septies bina carmina in quibus iuxta verum sensum septem continentur petitiones orationis dominice, edidi dum capitis reumate non mediocriter gravatus essem in prouigilia Sancti Andree 1440: — florentie. quo tempore per duos integros menses maxime ac quotidiane fuerunt pluuie,* et in parte superiore, eadem manu, *Si cuiusque malum cumulo statuatur in uno | Optio sit cunctis, potius sua quisque resumet.* F. 125, rubro, *Explicit. feliciter. Anno domini M° CCCC XXXVI. Die. V. Maii.* Ff. I^{v}. 125^{v}-129. 130^{v} vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

523. Saec. XV, membran., mm. 252 × 170, ff. II. 160.

S. Ioannis Climaci opera duo, Ambrosio ⟨Traversari⟩ interprete, omnino ut in codice praecedenti.

Prima littera maxima auro illita in ventre exhibet imaginem monachi, fortasse Camaldulensis, qui alteri librum tradit. Reliquae litterae initiales auro et variis coloribus sunt depictae; tituli minio. F. 1 ornamento auro et diversis coloribus depicto distinguitur. I^{v} tabula ad alium codicem pertinens. II index voluminis. Margo inferior f. 1^{r} resecta novaque membrana refecta. Ff. I^{r}. II^{v}. 160 vacua.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

524. An. 1514. 1515 (cf. ff. I. 135.154), chart., mm. 284 × 206, ff. I. 176.

1. **S. Paulini Nolani** [1] (f. 2) epistula 5 Hartel, [2] (f. 8^{v}) 24, [3] (f. 16^{v}) 23, [4] (f. 34^{v}) 11, [5] (f. 40) 1, [6] (f. 44) 22, [7] (f. 45) 30, [8] (f. 47) 28, [9] (f. 49^{v})

29, [10] (f. 56) 31, [11] (f. 59^r) 10, [12] (f. 60^v) 20, [13] (f. 63^r) 19, [14] (f. 65^r) 14, [15] (f. 66^r) 35, [16] (f. 67) 36, [17] (f. 68) 12, [18] (f. 72) 9, [19] (f. 74) 2, [20] (f. 75) 21, [21] (f. 77) 15, [22] (f. 78^r) 37, [23] (f. 80) 18, [24] (f. 84^r) 38, [25] (f. 88^r) 39, [26] (f. 90^r) 44, [27] (f. 94^r) 42, [28] (f. 96^r) 33, cui connectitur [29] (f. 97, lin. 28) 13 inde a v. *mortem operatur* (ed. cit., p. 92, lin. 1), [30] (f. 103^r) 34, [31] (f. 107^v) 43, [32] (f. 110) 32, [33] (f. 120) 16; [34] (f. 124^v) carmen XXII, ultimo versu omisso (p. 186-193 Hartel).

2 (f. 126^r). **Ausonii** epistula 24 (M. G. H., Auct. antiq., 5, p. 187-190).

3. S. Paulini Nolani epistulae [1] (f. 128) 40, [2] (f. 134) 41. Sequuntur (f. 136) summaria et prima verba octo epistularum Paulini aut ad Paulinum (in ms. *Sequentes Epistole habentur in Epistolari Codice Diui Augustini, que sunt...*).

4 (f. 146). **Uranii presbyteri** epistula (in ms. .. *ad Pacatum de uita et obitu illustrissimi uiri Paulini Nolensis Episcopi libellus.* M. 53, 859-866): desunt in fine tres lineae. Sequuntur (ff. 150^v-151^v) testimonia de s. Paulino ex Vincentio Bellovacensi, s. Augustino, Gennadio Massilien., s. Isidoro Hisp., Michaele Marco Corinthio.

5. ⟨Pseudo⟩-Ignatii epistulae [1] (f. 155) Ad s. Ioannem evangelistam (Funk, Opp. patr. apost., 2, p. 214-216), [2] (f. 155^v) Ad eundem (loc. cit., p. 216), [3] (ibid.) Ad Mariam Christi matrem (loc. cit., p. 217), addita (f. 156) responsione B. Mariae (loc. cit., p. 217), [4] (ibid.) Ad eandem (in ms. *Ignatius qui et theophorus misericordiam consecutus... fidelissime et deo digne christifere filie marie...*). Inc. *Optima quidem figuracio Littere.* Des. *et videam te in domino consecutam coronam* (cf. M. P. G., 5, 882-887). Praeit nota *Sunt et alie XII Epistulae eiusdem Ignatii, quas, cum ob confessionem Christiani nominis in vinculis teneretur et ex Syria per Asiam duceretur Romam ut bestijs obiceretur, Scripsit, quarum prima.* etc. Sequuntur: [a] (f. 158) testimonia de s. Ignatio ex s. Hieronymo De viris illustribus, (f. 159) ex s. Bernardo Clarav., ex Hyerone s. Ignatii successore, [b] (157^r) ⟨tituli undecim epistularum s. Ignatii⟩, quae *habentur in Codicibus impressis Diui Dionisij Athenien. Episc. et Galliarum Apostoli.* Post titulum epistulae V haec notula occurrit: *In qua* (scil. epistula) *perperam in multis exemplaribus inter exaratos Diuus Paulus ponitur, ut nostrum testatur exemplar grate uetustatis ex Bibliotheca Invictissimi Regis Mathie Coruini Pannoniarum, desiderabilis memorie, quod nomen Pauli non habet...*

6. B. Patris **Antonii** epistulae (M. P. G., 40, 977-1000) [1] (f. 161) 1, [2] (f. 163) 2, [3] (f. 163) 3, [4] (f. 167^r) 4, [5] (f. 168^r) 5, [6] (f. 169^r) 6, [7] (f. 170^r) 7. Sequitur (f. 171) testimonium eiusdem auctoris ex libro s. Hieronymi De viris inlustribus desumptum.

Codex non una manu currenti calamo scriptus est. Litterae initiales, praeter primam quae intus exhibet s. Paulini imaginem, titulique fere omnes desiderantur, spatiis ad ea pingenda vacuis relictis. In marginibus notulae ac notabilia passim reperiuntur. Ff. I^v. 1^v. 136^v. 137-145. 152. 153^v. 154^v-160. 171^v-176^v vacua. F. I^r, manu saec. XVI, *Ex 8 pluteo bibliothecae magnae secretae*, et inferius, alia manu, *Pio Lectori S.* | *Lector. quod hoc Diuinum Opus leges* | *Joanni Turzoni. Sacratissimo* | *Vratislauiensis Presuli* | *Gratias Habeto* | *An. Domini M DXV.* 1^r quinque circuli titulos operum litteris capitalibus rubris continentes (in primo manus saec. XVI addidit *Bibliothecae* et in secundo *Apostolicae*), et inferius tria stemmata exstant, quorum medium cum mitra episcopali et baculo pastorali superimpositis est Ioannis Turzonis Vratislaviensis episc. (in parte superiore rubra dimidia imago leonis erecti aurei et coronati, in inf. autem auro picta tres rosae rubrae); dexterum est Principatus Nissensis (Neisse), cuius Vratislavienses episcopi principes erant (aquila nigra cum taenia in pagina aurea); sinistrum est dioecesis Vratislaviensis (lilia sex argentea in pagina aurea). 135^v *Deo gratias* | *v. c.* | *MDXIIII XXVI*^{a} *Decembris.* 154^r *M. D. XV.* | *Epistole Beati Ignatii Episcopi Anthiocensis* | *et Martiris atque Discipuli Diui Johannis Euangeliste*; et inferius *-: M: -* | *Casta placent superis* | *-: I. H. N: -.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

525 (olim 2896, cf. f. 1^r). Saec. XV, chart. (f. I membran.), mm. 291 × 216, ff. IV. 249.

S. Cyrilli Alexandrini In evangelium s. Ioannis libri I-XI, Georgio Trapezuntio interprete. Inc. *Exquisita profecto est divinitusque defluxa omnium euangelistarum doctrina.* Des. *virtute rutilantes ad regnum celorum perveniamus in domino nostro ihesu christo quocum et per quem...* (ed. Basileae 1536, p. 1-232; de editionibus cf. Fabricius-Harles, Biblioth. graeca, 9, p. 454-455). Praeit (f. 1) *Ad sanctissimum papam Nicolaum Quintum Georgij Trapezuntij in traductione Cyrilli super Iohannem prefatio.* Inc. ⟨M⟩*ulta spatiosaque uolumina ex greco sermone in latinum iussu tuo.* Des. *solus Georgius indignus gratia tua et quidem non parua cum ignominia esse uideatur.*

F. 249. *Abreuiatio obseruantie ordinis montis olivueti.* Inc. (f. 249^v, col. 2) *In ytalia est nobilis et deo deuota et acceptabilis hominibus religio in honorem virginis marie primitus ordinata.* Des. (249^v, col. 1) *accipere absque licencia sui prioris.*

Codex ab ipso G. Trapezuntio currenti calamo scriptus est atque notulis, correctionibus, additamentis auctus. F. I^r *Ex 76 pluteo bibliothecae magnae secretae*, manu saec. XVI, et in chartula adglutinata *Cyrillus in evangeli*⟨um⟩ *Iohannis 2896.* In summo folii 1^r margine *Bibliothecae apostolicae* manu saec. XVI. Ff. I^v-IV. 3^v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

526. Saec. XV, membran., mm. 357 × 251, ff. 311.

S. Cyrilli Alexandrini Super evangelium s. Ioannis libri I-XI, Georgio Trapezuntio interprete, omnino ut in codice praecedenti, omissa tantum praefatione.

Litterae librorum pariter et capitulorum auro depictae et variis coloribus ornatae sunt, tituli minio. Ornamentum quattuor marginibus folii 1^r appictum in inf. parte Nicolai V scutum praebet cum inscriptione *Nicolaus .:. papa .:. quintus .:.* Ff. 310. 311 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

527. Saec. XV, chartac., mm. 340 × 266, ff. 370.

S. Cyrilli Alexandrini Super evangelium s. Ioannis libri I-XI, Georgio Trapezuntio interprete, omnino ut in codice praecedenti.

Codex currenti calamo scriptus in duo volumina distributus est, quorum prius ff. 1-200 complectitur, alterum ff. 201-370. Librorum tituli minio depicti sunt. Margines foliorum inferiores madore pessumdatae. F. 200^v vacuum.

In tegumentorum dorsis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

528. Saec. XV, membran., mm. 372 × 259, ff. 141.

S. Cyrilli Alexandrini Super evangelium s. Ioannis libri I-XI, Georgio Trapezuntio interprete, omnino ut in codice 526.

Codex gothico charactere diligenter exaratus. Litterae librorum initiales auro et diversis coloribus depictae; quarum prima imaginem quoque hominis scribentis intus exhibet; tituli et evangelii verba minio exscripta. Quattuor margines folii 1^r ornamento auro et diversis coloribus depicto distinguuntur. Margo inf. praebet scutum Nicolai V a duobus geniis sustentatum cum inscriptione capitalibus aureis *Nicolaus PP. V.* Ff. 74^v. 138^v. 139. 140. 141 vacua. Ff. 125-140 a tineis perforata.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

529. Saec. XV, membran., mm. 250 × 175, ff. II. 95.

S. Cyrilli Alexandrini Glaphyrorum in Genesim libri I-IV, Iosepho translatore (in ms. *Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini opus super Genesim quod per omnes libros Moysę, misterium christi enigmatice indicatur ex greco in latinum traductum per Ioseph*). Liber I inc. *Inquirite. scripturas. iudeorum populo deus ait.* Liber IV des. *Sic enim et cum ipso yhesu domino nostro dulcissimo humanissimoque principe semper erimus qui cum* etc. (cf. M. P. G., 69, 13-226 et Fabricius-Harles, Bibliotheca graeca, 9, p. 458).

Codex, partim currenti calamo scriptus, titulos habet minio depictos. Lemmata perpauca in marginibus occurrunt. F. I *Inferius in pluteo 7° bibliothecae magnae secretae | Bibliothecae apostolicae,* manu saec. XVI. Ff. I^v. II^r plura continent maxima ex parte erasa. In summo folii 95^v margine *Cirillus super genesim.* Ff. II^v. 94. 95^r vacua.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

530. Saec. XV, membran., mm. 313 × 214, ff. 219 (+ ff. 29^a. 193^a. 197^a librarii oscitatione neglectis).

S. Cyrilli Alexandrini Thesauri contra haereticos libri I-XIV, Georgio Trapezuntio translatore. Libri I inc. *Si ⁝ Ariani ⁝ nos ⁝ aggrediantur. interrogantes.*

Liber XIV des. *aut quomodo fideles suscepto spiritu sancto dei templa efficiuntur. Si ipse spiritus sanctus ut isti temere contendunt deus non est* (ed. Basileae, in aedibus Andreae Cratandri, 1538, t. 1; cf. de edit. Fabricius-Harles, Biblioth. graeca, 9, p. 454). Praeeunt (ff. 1-3) index operis (loc. cit., f. I^{v}-II^{v}) et (f. 4) praefatio, quae inc. *Ad : maximos : nos : labores. tua caritas frater. nemessine: hortatur,* des. *christi futuram.*

Litterae librorum initiales et capitulorum auro et variis coloribus distinctae; prima verba praefationis et libri primi lineis alternis auro et caeruleo; librorum et capitulorum tituli minio depicti. F. 5 in parte inf. ornamenti conspicitur scutum Philippi Calandrini cardinalis Bonon. (✝ 1470) cum inscriptione litteris capitalibus ✠ *Philippus. cardinalis. Bononiensis.* In margine f. 54^{r} agnus aureus cum cruce appictus est. F. 219 vacuum. Ff. 195 et sqq. a tineis perforata.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

531. Saec. XV, membran., mm. 307×214, ff. 298 (+ ff. 4^{a}. 100^{a}. 101^{a} librarii oscitatione neglectis).

Ioannis Cassiani Conlationes Patrum (Petschenig, vol. 2).

1 (f. 1). Conlationes I-X (in ms. *Incipiunt Collationes sanctorum Patrum numero Decem* et (f. 130) *...expliciunt .x. collationes sanctorum patrum. septem in heremo scythi commorantium*). 2 (f. 130). Conlationes XI-XVII. Capitula Conlationis XI prorsus ab editis differunt (I *Promotio de cenobio syrię in ulteriores partes egypti qua de causa sit facta;* XV *Responsio senis quod interim quę dicta sunt. et ruminando consulendum sit iumento corporis*). 3 (f. 211^{v}). Conlationes XVIII-XXIIII, addito indice, qui idem est atque in ed. cit., 1, p. LVI. Des. *orationum uestrarum tutela conseruet.*

Litterae initiales maximae fere omnes desunt, perpaucis tantum primis in foliis vix adumbratis. Item desiderantur verba graeca et rubricae fere omnes inde a f. 167^{v}. Ff. 296^{v}-298 vacua. Ff. 276 et sqq. a tineis perforata.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

532. (olim 2597, cf. f. II^{r}). Saec. XII-XIII. XV, membran. (— ff. 227-238 chart.), mm. 300×126, ff. II. 238.

1. **Ioannis Cassiani** Conlationes Patrum (Petschenig, vol. 2). [1] (f. 2). Conlationes I-X (in ms. *Incipit textus collationum patrum sanctorum ad uicem celestium siderorum uirtutum fulgore micantium*). Praemittitur lectori monitum, quod inc. *Perfectam celestemque,* et des. *implere non posse.* [2] (f. 81^{v}). Conlationes XI-XVII. [3] (f. 147). Conlationes XVIII-XXIIII.

2 (f. 219^{v}). **S. Anselmi Cantuariensis** Proslogion, prooemio omisso (M. 158, 225-242).

Ff. 227-338. Index rerum notabilium in Ioannis Cassiani Institutionibus et Conlationibus contentarum, ordine alphabetico digestus. Inc. *Abstinentia ciborum debet servari.* Des. *Christus solus est sine peccato* etc.

Codicem quattuor scripserunt librarii, quorum primus saec. XII-XIII ff. Iᵛ. 1-80, secundus ff. 81-219ʳ, tertius ff. 219ᵛ-226ᵛ, quartus saec. XV reliqua exaravit. Litterae maiores ac maximae usque ad f. 80 et a f. 227 ad finem desiderantur, spatiis ad eas pingendas vacuis relictis; et a f. 81 ad f. 219ᵛ rubro et caeruleo aut rubro tantum depictae sunt: tituli minio exarati. Foliorum margines glossis, variis lectionibus, notulisque conspersi sunt, manibus praesertim saec. XIV. XV conscriptis. Ff. I. 80ᵛ. 238 vacua. IIʳ nota *V*⟨etus⟩ *2597* | *532* ⟨novus⟩, manu saec. XVI. IIᵛ tabula Conlationum Ioannis Cassiani, manu saec. XIV-XV. 219ʳ *Explicit liber Cassiani viginti quatuor collationum quem̃ librum habuit familiarem Sanctus dominicus et qui liber eum multum instruxit in scientia dei ut in eius vita legitur Deo gratias Reuerendissimi domini. dominici tituli sanctorum Johannis et Pauli sancte Romane ecclesie Cardinalis Terraconensis* (scil. Dominici Ram qui Tarraconensem rexit ecclesiam an. 1434-1441) *est liber iste.* 237ᵛ *Explicit tabula XII librorum* etc. *editorum a beato Johanne cassianj fundatore et primo abbate monasterij sancti Victorijs* (!) *massiliensis qui ibidem abbas quinque milium monachorum et pater extitit utilis et gloriosus Deo gratias.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

533. Saec. XV, membran., mm. 267 × 175, ff. 250 (+ f. 7ª librarii oscitatione neglecto).

Ioannis Cassiani Conlationes Patrum (Petschenig, vol. 2).

1 (f. 1). Conlationes I-X, praeviis auctoris vita ex lib. Gennadii De viris inlustribus desumpta (Richardson, p. 82) et tabula totius operis. **2** (f. 108ᵛ). Conlationes XI-XVII. **3** (f. 175). Conlationes XVIII-XXIV. Des. *orationum uestrarum tutela conseruet.* Sequuntur (f. 249) nonnulla excerpta ex cap. 19 lib. Prosperi Aquitani Contra Collatorem, praemissis verbis: *Iohannes Cassianus doctor-Hanc diffinitionem iam incipit reprehendere beatus prosper ubi dicitur* (cf. M. 51, 266-269).

Codex eleganter descriptus titulos habet rubros litterasque initiales minio aut caeruleo colore exaratas, paucis exceptis, quae auro illitae ac variis coloribus ornatae sunt. Verba graeca plerumque omissa sunt, spatiis ad ea excipienda vacuis relictis.

In tegumento stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

534. Saec. XV, membran., mm. 253 × 175, ff. I. 166 (+ f. 151 bis computato).

Ioannis Cassiani Conlationes patrum, iisdem, nisi aliter notetur, praefationibus et capitulis, quae in ed. occurrunt, locupletatae (Petschenig, vol. 2).

1 (f. 2ᵛ) Conlationes I-X, omissis Conlationum III et IV quattuor ultimis capitulis. **2** (f. 61). Conlationes XI-XVII. Conlationis XVII nonnulla capitula sunt omissa, alĩa ab editis diversa. **3** (f. 115). Conlationes XVIII-XXIIII,

omissis capitulis ultimae Conlationis. Sequuntur (f. 164) *De morte honorij et collatione Cassiani et* (f. 164ᵛ) *de numero et materia librorum eiusdem* Cassiani, excerpta e Vincentii Bellovacensis Speculo historiali l. XIX c. 14-15 (ed. Duaci 1624, 4, 736-737). Inc. *Archadio imperatore mortuo.* Des. *theodosio et valentiniano regnantibus.*

Litterae initiales rubro et caeruleo alterne depictae. In marginibus complures tum primae, tum alius manus adnotationes, raroque variae lectiones. Foliorum enumerationem numeris romanis librarius ipse apposuit. Folia complura rescripta primitus, ni fallor, bullas aliaque huiusmodi continebant, manu saec. XV perscripta. F. Iʳ *Collationes patrum.* Iᵛ nomen possessoris *Petri de Vincentia* (cf. A. G. di Santa Maria, *Biblioteca e storia... degli scrittori... di Vicenza*, Vicenza 1775, 3, CXXVI-CXXX).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

535. Saec. XV, membran., mm. 240 × 160, ff. 432.

Ioannis Cassiani opera.

1 (f. 1). De institutis coenobiorum et octo principalium vitiorum remediis libri I-XII (Petschenig, 1, p. 1-231). **2** (f. 113). Conlationes I-X (Petschenig, 2, p. 3-284). **3** (f. 263). Conlationes XI-XVII (Petschenig, loc. cit., p. 311-502). **4** (f. 345ᵛ). Conlationes XVIII-XXIIII (Petschenig, loc. cit., p. 503-711). Sequitur (f. 432) Cassiani vita ex Gennadii lib. De viris inlustribus (Richardson, p. 82).

Codex in tres partes dispertitus est, quarum prima ff. 1-162 complectitur, altera ff. 163-262, tertia ff. 263-432. Litterae maiores et maximae rubro et caeruleo colore pictae, paucis exceptis, quae auro illitae sunt variisque coloribus exornatae; tituli rubri. In margine inf. f. 1ʳ stemma conspicitur Theodori de Lelliis (baltei tres aurei in pagina nigra). Ff. 406 et sqq. a tineis aliquantum perforata.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

536. Saec XV, membran., mm. 273 × 187, ff. I. 104.

Ioannis Cassiani De institutis coenobiorum et octo principalium vitiorum remediis libri I-XII (in ms. *de institutis patrum.* Petschenig, 1, p. 1-231). In fine libri XII adduntur v. *contuli cum maximo properante in monasterio Explicit* etc. *⟨I⟩ncipiunt capitula collationum.* Praeit (f. 1) index operis *In hoc volumine continentur instituta patrum libri XIIcim Primus* etc.

Litterae initiales minio depictae sunt. F. I *ex X pluteo bibliothecae magnae secretae*, manu saec. XVI. F. 104ᵛ, si codicem vertas, leges *Bibliothecae apostolicae. Ex pluteo 4°* (verba *pluteo 4°* cancellata) *bibliothecę magnae secretae*, manu saec. XVI.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

537 (olim 2579). Saec. XV, membran., mm. 289 × 197, ff. II. 375 (+ f. 4^a librarii oscitatione neglecto).

Ioannis Cassiani opera.

1 (f. 1). ⟨De institutis coenobiorum et octo principalium vitiorum remediis libri I-XII⟩ (Petschenig, 1, p. 1-231), praevio indice *In hoc uolumine continentur instituta Patrum libri XII* etc. **2** (f. 92). Conlationes I-X (ed. cit., 2, p. 3-284). **3** (f. 209). Conlationes XI-XVII (loc. cit., p. 311-502), praeviis Conlationi XI iisdem capitulis, quae in cod. 531 occurrunt. **4** (f. 286). Conlationes XVIII-XXIIII (loc. cit., p. 503-711), addito indice, qui idem est atque in ed. cit., *R*, p. LVI. Des. *orationum uestrarum tutela conseruet.* Sequuntur: [1] (f. 366^v). *Incipiunt dicta sancti Hieronymi de uigilijs.* Inc. *Digna est fratres apta prorsus* (est cap. XV Regulae monachorum Pseudo-Hieronymi. M. 30, 370-372). Subnectuntur v. *Hęc de uigiliarum auctoritate, antiquitate, necnon etiam utilitate dicta sufficiant. Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus uobis.* [2] (f. 370). ⟨Cassiodori⟩ Historiae tripartitae cap. 30 libri IX a v. *Thessalonica ciuitas* (M. 69, 1145, A, 4-1147). [3] (f. 372). *Epistola sancti Hieronymi* (!) *doctoris uiri religiosissimi* ⟨ex Cassiodori expositione in ps. LXIX et ex lib. Prosperi Aquitani contra Collatorem concinnata⟩ (cf. M. 70, 492, D, 2-D, 6; M. 45, 1828, lin. 18-1830, lin. 22 ab imo). Inc. *Cassiodorus ex Senatore monachus. uir in diuinis et humanis litteris eruditus cum psalmi. LXVIIII. primum uersum, qui sic incipit. Deus in adiutorium meum intende, exposuisset, adiunxit. Sed non sequendus.* Des. *Cęterum si quis plenius super hoc nosse desiderat ipsum librum Beati Prosperi inde compositum legat, et liquido comprobabit Cassianum uirum, licet in alijs probatum, et egregium: in hac parte culpatum.*

Litterae maximae auro et variis coloribus depictae, maiores caeruleo, tituli litteris capitalibus rubris exscripti. In margine inf. f. 1^r scutum card. Nicolai Fortiguerra († 1473). F. II^r vetus codicis nota erasa, dein *527 n.* In membranula parti interiori prioris tabulae adglutinata *Io. Casiani instituta et alia 2579.* F. 91^v *Pro reverendissimo domino cardinale Theanense* (!). *Franciscus Tianus Pistoriensis scripsit anno . domini . M CCCC LXXI.* Ff. I. II^v. 375^v vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

538. Saec. XII, membran., mm. 314 × 198, ff. 158.

Ioannis Cassiani opera.

1 (f. 1). ⟨De institutis coenobiorum⟩ et octo principium vitiorum remediis libri I-XII usque ad v. *imperata sine ulla dis⟨cussione⟩* (Petschenig, 1, p. 1-230, lin. 16). **2** (f. 64). Conlationes XI-XVII (ed. cit., 2, p. 311-500). **3** (f. 158). Conlationes XVIII-XXIV (loc. cit., p. 503-711). Des. *orationum uestrarum tutela conseruet.*

Litterae initiales rubro colore aut atramento exaratae sunt, tribus tantum exceptis (ff. 1. 64), quae auri vestigia deferunt et rudi arte depictae sunt. Tituli minio exscripti. Correctiones ipsius praesertim librarii manu in marginibus hic illic occurrunt. Post f. 55 complura folia ceciderunt, quae ff. 56-63 vacuis suppleta sunt. In summo folii 1^{r} marg. pauca penitus erasa. 158^{v} calami probationes aliaque verba erasa.

In tegumento tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

539 (olim 125, cf. f. II^{r}). Saec. XIV ex., membran., mm. 338 × 235, ff. II. 213.

Ioannis Cassiani opera.

1 (f. 11). De institutis coenobiorum et octo principalium vitiorum remediis libri I-XII (in ms. ...*de institutis monachorum.* Petschenig, 1, p. 3-231). Praemittuntur: [1] (f. 1) capitula eiusdem operis; [2] (f. 4^{v}) capitula conlationum I-XXIV; [3] (f. 10) testimonia de Cassiano ex Vincentio Bellovacensi, s. Remigio, s. Benedicto, s. Thoma Aq. et Francisco Petrarca. **2** (f. 53). Conlationes I-X (Petschenig, 2, p. 3-284). Sequuntur (f. 116^{v}) ⟨Pseudo-⟩Senecae ad s. Paulum epistulae I-III usque ad v. *et diuisionibus,* praevio s. Hieronymi testimonio de Seneca (ed. Haase, Lipsiae 1886, 3, p. 476-477). **3** (f. 117). Conlationes XI-XVII (Petschenig, 2, p. 314-500). Capita 16-19 conlationis XVII suo loco omissa in foliis 209-210^{v} occurrunt: caput autem 20 a v. *nec fas est* ad v. *nec debere* ff. 211-212^{v} invenies (loc. cit., p. 485, lin. 4-490, lin. 8). Post caput 15 eiusdem conlationis fragmentum quoddam insertum est, quod inc. (f. 154^{v}) *Ioseph. Nos hec de incaute diffinitionis inmutatione prediximus. non ut reseremus aditum uetitis noxijsque mendacijs,* et des. *quia finis operis et affectus, considerandus est perpetrantis.* **4** (f. 158). Conlationes XVIII-XXIV (loc. cit. p. 503-711). Sequitur (f. 208^{v}) tabula conlationum.

Codex binis columnis exaratus. Litterae maiores et maximae rubro caeruloque pictae colore, tituli ac numeri romani minio exscripti. Librarius alter prioris aequalis textum praesertim in foliis 11-46 correxit, idemque folia 1-10^{v} exaravit. Exstant in marginibus lemmata rubro colore saepissime descripta variaeque lectiones ac notabilia; in textu autem et in marginibus verba locique graeca, manu saec. XV. Ff. I. II^{v}. 10. 213 vacua. In imo folii II^{r} margine *125 v*⟨etus⟩ | *539 n*⟨ovus⟩, manu saec. XVI: et in membranae frustulo priori integumenti tabulae adglutinato *Cassianus de institutis monachorum et alia eiusdem 125,* manu saec. XVI in.

In tegumento scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

540. Saec. XV, membran., mm. 393 × 280, ff. 350.

Ioannis Cassiani opera.

1 (f. 1). De institutis coenobiorum et octo principalium vitiorum remediis libri I-XII (in ms. ... *de institutis et uita et conuersatione monachorum egyptiorum olim a uenerabili heremita iohanne cassiano massiliensi*

presbitero conscripta. quam eucherius lugdunensis episcopus breuiori conscripsit sermone. Petschenig, 1, p. 3-231). **2** (f. 91). Conlationes I-X (Petschenig, 2, p. 3-284), praevio indice. **3** (f. 203). Conlationes XI-XVII (loc. cit., p. 311-500). Praefationem sequuntur index earundem collationum et capitula conlationis XI, quae eadem sunt atque in cod. 531. **4** (f. 273^{v}). Conlationes XVIII-XXIIII (loc. cit., p. 503-711). Des. *tutela conseruet.* Prologum index sequitur, qui idem est atque in cod. cit.

Codicem duabus columnis gothico-rotundo charactere descriptum commendant litterae maximae auro, coloribus, imaginibus excultae, litterae maiores auro et coloribus fulgentes et, pariter ac maximae, ornamentis ad margines deductis insignes, atque ornamenta foliorum 1. 91. 204^{v}, quae in margine inferiore exhibent scuta Nicolai V cum inscriptione + *Nicolaus : papa : quintus.* Tituli numerique romani minio depicti sunt. In summo marg. folii 350^{v} *Ex bibl. mag. sec. banchi VI*, manu saec. XV-XVI. F. 350 vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

541. An. 1451 (cf. f. 173), membran., mm. 478 × 328, ff. I. 173.

1. S. Leonis Magni epistulae (M. vol. 54) [1] (f. 1) 20, [2] (ibid.) 23, [3] (f. 1^{v}) 22 (Flaviani, M. ibid., 727-732), [4] (f. 2^{v}) 28, [5] (f. 5^{v}) 25 usque ad v. *his omnibus respondi frater litteris tuis* (M. ibid., 741, B, 4), [6] (f. 6) 35, [7] (f. 7) 29, [8] (f. 7^{v}) 31, [9] (f. 9) 33, [10] (f. 9^{v}) 59, [11] (f. 11^{v}) 44, [12] (f. 12) 45, [13] (f. 13) 60, [14] (ibid.) 61, [15] (f. 13^{v}) 69, [16] (f. 14^{v}) 70, [17] (f. 15) 71, [18] (ibid.) 79, [19] (f. 16) 80, [20] (f. 16^{v}) 82, [21] (f. 17) 83, [22] (f. 17^{v}) 85, [23] (f. 18^{v}) 90, [24] (f. 19) 93, [25] (f. 19^{v}) 104, [26] (f. 20^{v}) 106, [27] (f. 22) 120, [28] (f. 23^{v}) 97 (synodica Eusebii Mediol. episc.), [29] (f. 24^{v}) 99 (synodica Ravennii aliorumque episcoporum Gallorum), omissis Maximi et aliorum salutationibus additisque verbis *similiter et omnes episcopi suprascripti salutauerunt*, [30] (f. 25) 139, [31] (f. 26) 115, [32] (f. 27) 114, [33] (f. 27^{v}) 134, [34] (f. 28) 135, [35] (f. 28^{v}) 130, [36] (f. 29) 124, [37] (f. 32) 163, [38] (f. 32^{v}) 162, [39] (f. 33^{v}) 155, [40] (f. 34) 165, [41] (f. 41) 15, [42] (f. 45^{v}) 7, [43] (f. 46) 1, [44] (f. 47) 19, [45] (f. 47^{v}) 16, [46] (f. 50) 4, [47] (f. 51) 18, [48] (ibid.) 167, [49] (f. 53^{v}) 14, [50] (f. 56) 159, [51] (f. 57) 12, (M. ibid., 656-663), [52] (f. 59) 108, [53] (f. 60) 166, [54] (f. 60^{v}) 9, [55] (f. 61^{v}) 88 (M. 55, 1325, append.), [56] (f. 62) 168 (M. vol. 54), [57] (f. 62^{v}) 102^{v}, [58] (f. 63^{v}) 121, [59] (f. 64) 122 inde a v. *Sancte memorie theophilus* (M. ibid., 1056, A, 12), [60] (f. 64^{v}) 10, [61] (f. 67) 41, [62] (ibid.) 113, [63] (f. 68) 112, [64] (f. 68^{v}) 118, [65] (f. 69) 123, [66] (f. 69^{v}) 125, [67] (ibid.) 127, [68] (f. 70) 119.

2. S. Hilari papae epistulae (M. vol. 58) [1] (f. 71^{v}) 1 (praeeunt capitula, quorum I *Ut canones niceni: uel apostolice sedis decreta custodiantur*, et V *Ut nullus episcopus sibi eligat successorem;* et post v. *consulibus* additur *sub die .XV. Kal. nouembr.: in basilica sancte marie, residente uenerabili pape hilaro una cum*

episcopis numero quinquaginta residentibus etiam uniuersis presbiteris, astantibus diaconibus: hilarus episcopus ecclesie catholice urbis rome, synodo presidens, dixit), [2] (f. 72) 2 (praemissis capitulis), [3] (f. 73) 3.

3. S. Leonis Magni sermones (M. vol. 54) [1] (f. 75) 1, [2] (ibid. col. 2, lin. 9) 2, [3-4] (f. 75^v) 3. 4, [5-9] (f. 78) 6-10, [10-17] (f. 81) 12-19, [18-59] (f. 87) 21-62, [60] (f. 138^v) 64, [61] (f. 139^v) 66, [62] (f. 141) 63, [63] (f. 142^v) 65, [64-81] (f. 143^v) 67-84, [82] (f. 162) 19 (M. ibid., 517-518, append.), [83-94] (f. 163) 85-96.

Codex duabus columnis gothico-rotundo charactere perbelle exaratus innumeris fulget ornamentis foliorum marginibus appictis, quae interdum stemma praebent Nicolai V cum inscriptione + *Nicolaus* : *papa* : *quintus* +, et litteris maioribus ac maximis auro, coloribus et raro imaginibus excultis. Tituli numerique romani minio depicti. Ff. I^v. 73^v. 74. 173^v vacua. In summo folii I^r margine *B. Leonis epistolae,* manu saec. XVI, et in margine infer. *277* ⟨v⟩*etus* | *541* ⟨n⟩*ovus,* alia manu prioris fere aequali. F. 173 *Explicit liber sermonum beati* | *Leonis pape viri catholici et elo-* | *quentissimi. Scriptus pro beatissimo* | *et glorioso summo pontifice domino* | *Nicolao quinto: quem dominus noster ihesus christus custodiat protegat et ad uitam perducat eternam. Amen. 1451.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

542. Saec. XV, membran., mm. 287 × 193, ff. II. 115.

1. S. Leonis Magni epistulae (M. vol. 54) [1] (f. 3) 20, [2] (f. 3) 23, [3] (f. 4) 22 (Flaviani M. ibid., 727-732), [4] (f. 5) 28, [5] (f. 10^v) 25 (ut in cod. 541, n.° 5), [6] (f. 11) 35, [7] (f. 13) 29, [8] (f. 13^v) 31, [9] (f. 15^v) 33, [10] (f. 16^v) 59, [11] (f. 19^v) 44, [12] (f. 21) 45, [13] (f. 22) 60, [14] (f. 22^v) 61, [15] (f. 23) 69, [16] (f. 24) 70, [17] (f. 25) 71, [18] (f. 25^v) 79, [19] (f. 26^v) 80, [20] (f. 28) 82, [21] (f. 28^v) 83, [22] (f 29^v) 85, [23] (f. 30^v) 90, [24] (f. 31) 93 (des. *comdemnat pariter et persequitur.* M. ibid., 939, lin. 3 ab imo), [25] (f. 32) 104, [26] (f. 33^v) 106, [27] (f. 36) 120, [28] (f. 38^v) 97 (synodica Eusebii Mediol. episc.), [29] (f. 40^v) 99 ut in cod. 541, n.° 29 (synodica Ravennii aliorumque episc. Gallorum), [30] (f. 42) 139, [31] (f. 43^v) 115, [32] (f. 44^v) 114, [33] (f. 45) 134, [34] (f. 46) 135, [35] (f. 47) 130, [36] (f. 48^v) 124, [37] (f. 52^v) 163, [38] (f. 53^v) 162, [39] (f. 55) 155, [40] (f. 56) 165, [41] (f. 67) 15, [42] (f. 75^v) 7, [43] (f. 76) 1, [44] (f. 77^v) 19, [45] (f. 78^v) 16, [46] (f. 82^v) 4, [47] (f. 84), 18, [48] (f. 84^v) 167, [49] (f. 88) 14, [50] (f. 92) 159, [51] (f. 93^v) 12 (M. ibid., 659-665), [52] (f. 98) 108, [53] (f. 99^v) 166, [54] (f. 100^v) 9, [55] (f. 102) 88 (M. 55, 1325, append.), [56] (f. 102^v) 168, [57] (f. 103^v) 119; [58] (f. 105^v) sermo 96 (M. 54, 466-468).

2. S. Hilari papae epistulae (M. vol. 58) [1] (f. 107^v) 1 cum additamento ut in cod. 541, [2] (f. 108) 2, [3] (f. 109) 3.

3. S. Leonis Magni sermones [1] (f. 110) 51 (M. 54, 308), [2] (f. 113) 95 (M. ibid., 460).

Liber diligenter descriptus litteras habet initiales rubro et caeruleo colore alterna vice exaratas, tribus exceptis (ff. 1. 3), quae auro illitae variisque coloribus ornatae sunt.

Tituli minio exscripti plerumque in breviorem formam contracti sunt: notae temporis, quo epistulae datae, desiderantur. Ff. II.^{v} 2^{v} vacua. F. I^{r} nota numeralis codicis. I^{v} index contentorum, alia manu saec. XV. II^{r} *Ex pluteo 4° Bibliothecę magnae secretae*, manu saec. XVI. 1-2 codicis index manu ipsius librarii. In ornamento margini inferiori folii 3^{r} appicto stemma cardinalis Barbo.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

543. Saec. XII ex., membran., mm. 294 × 198, ff. 111.

1. **S. Leonis Magni** epistulae (M. vol. 54) [1] (f. 2) 20, [2] (f. 2^{v}) 23, [3] (f. 3) 22 (Flaviani. M. ibid., 727-732), [4] (f. 3^{v}) 28, [5] (f. 7) 25 (ut in cod. 541, n. 5), [6] (f. 7^{v}) 35, [7] (f. 9) 29, [8] (f. 9^{v}) 31, [9] (f. 11) 33, [10] (f. 11^{v}) 59, [11] (f. 14) 44, [12] (f. 15) 45, [13] (f. 15^{v}) 60, [14] (f. 16) 61, [15] (f. 16^{v}) 69, [16] (f. 17^{v}) 70, [17] (f. 18) 71, [18] (f. 18^{v}) 79, [19] (f. 19^{v}) 80, [20] (f. 20^{v}) 82, [21] (f. 21) 83, [22] (f. 22) 85, [23] (f. 22^{v}) 90, [24] (f. 23^{v}) 93, [25] (f. 24) 104, [26] (f. 25^{v}) 106, [27] (f. 27) 120, [28] (f. 29^{v}) 97 (synodica Eusebii Mediol. episc.), [29] (f. 30^{v}) 99 ut in cod. 541, n. 29 (synodica Ravennii aliorumque episc. Gallorum, omissis Maximi et aliorum salutationibus), [30] (f. 31^{v}) 139, [31] (f. 32^{v}) 115, [32] (f. 33^{v}) 114, [33] (f. 34) 134, [34] (f. 34^{v}) 135, [35] (f. 35^{v}) 130, [36] (f. 36^{v}) 124, [37] (f. 39^{v}) 163, [38] (f. 40) 162, [39] (f. 41^{v}) 155, [40] (f. 42) 165, [41] (f. 51) 15, [42] (f. 56^{v}) 7, [43] (f. 57^{v}) 1, [44] (f. 58^{v}) 19, [45] (f. 59^{v}) 16, [46] (f. 62^{v}) 4, [47] (f. 64) 18, [48] (f. 64^{v}) 167, [49] (f. 68) 14, [50] (f. 72) 159, [51] (f. 73) 12 (M. ibid., 656-663), [52] (f. 77) 108, [53] (f. 78^{v}) 166, [54] (f. 79) 9, [55] (f. 80^{v}) 88 (M. 55, 1325, append.), [56] f. 81) 168.

2. **S. Hilari papae** epistulae (M. vol. 58) [1] (f. 82) 1 cum additamento et capitulis ut in cod. 541, [2] (f. 83) 2, [3] (f. 84) 3.

3 (f. 84^{v}) **B. Alcuini** De fide S. Trinitatis libri I-III, praemissis (ff. 84-86) iisdem capitulis, quae apud Migne exstant impressa (M. 101, 13-54).

Codex gothico charactere diligenter exaratus titulos habet rubros litterasque maiores pariter ac maximas viridi aut rubro colore depictas. Quaterniones in ultimo singulorum folio numeris romanis signati sunt. F. 1^{r} *Ex pluteo 4° bibliothecę magnae apostolicae*, manu saec. XV-XVI; alia autem manus paulo recentior correxit *Ex pluteo X bibliothecę secretę superius;* nota numeralis *XXXIII* aliaque pauca quae referre non iuvat. Ff. 110^{v}. 111^{r} aliquantum, f. 111^{v} prorsus evanida. F. 111^{v} *Liber sancte marie* de |||||.

In tegumento stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

544. Saec. XII ex., membran., mm. 371 × 260, ff. 192.

1. **S. Leonis Magni** sermones et epistulae (M. vol. 54). [1] (f. 1). Sermo 1 (omissis quattuor novissimis verbis), subnectitur [2] (ibid., col. 2, lin. 27) 2, [3] (f. 2) 3, [4] (f. 3) 4, [5-9] (f. 4^{v}-7) 6-10, [10-17] (f. 8-14) 12-19, [18-38] (15-45^{v}) 21-41, [39] (f. 47) 42 usque ad v. *discordia pace mutetur* (M. ibid., 280, lin. 26), quibus subnectuntur v. *cum*

inimicis - obtinebit (M. ibid., 281, nota *a*, lin. 13), [40-59] (f. 49-76) 43-62, [60] (f. 77) 64, [61] (f. 78^v) 66, [62] (f. 80^v) 63, [63] (f. 82) 65, [64-78] (f. 83-101^v) 67-81, [79] (f. 102) 84, [80] (f. 102^v) 82, [81-92] (f. 104-114^v) 85-96, [93] (f. 116) epistula 20 (praevio epistularum indice), [94] (ibid.) 24, [95] (f. 116^v) 23, [96] (f. 117) 22 (Flaviani; M. ibid., 727-732), [97] (f. 117^v) 28 (omissis sex ult. vocibus), [98] (f. 121) 35, [99] (f. 122) 29, [100] (f. 122^v) 31, [101] (f. 124) 9, [102] (f. 124^v) 33, [103] (f. 125^v) 59, [104] (f. 127^v) 44, [105] (f. 128) 45, [106] (f. 129) 60, [107] (ibid.) 61, [108] (f. 129^v) 69, [109] (f. 130^v) 70, [110] (f. 131) 95, [111] (f. 132) 71, [112] (ibid.) 94, [113] (f. 132^v) 82, [114] (f. 133) 90, [115] (f. 133^v) 83, [116] (f. 134) 80, [117] (f. 135) 115, [118] (f. 136) 85, [119] (f. 136^v) 93, [120] (f. 137) 106, [121] (f. 138^v) 104, [122] (f. 139^v) 105, [123] (f. 140^v) 95, [124] (f. 141^v) 130, [125] (f. 142) 134, [126] (f. 142^v) 113, [127] (f. 143^v) 111, [128] (f. 144^v) 112, [129] (f. 145) 79, [130] (f. 145^v) 118, [131] (f. 146) 123, [132] (f. 146^v) 125, [133] (f. 147) 124, [134] (f. 149^v) 120, [135] (f. 151^v) 127, [136] (f. 152) 163, [137] (f. 152^v) 135, [138] (f. 153^v) 114, [139] (f. 154) 139 (des. ut apud Migne, 54, 1108, nota *j*, lin. 3-4), [140] (f. 155) 99 ut in cod. 241, n. 29 (synodica Ravennii aliorumque episc. Gallorum), [141] (f. 156) 102, [142] (f. 157) 121, [143] (f. 157^v) 122 ut in cod. 541 n. 59, [144] (f. 158) 162, [145] (f. 159) 165, [146] (f. 163) 14, [147] (f. 169^v) 18 usque ad v. *salubriter ordinata* (M. ibid., 703, lin. 8 ab imo), [148] (f. 170) 1, [149] (f. 171) 168, [150] (f. 172) 4, [151] (f. 172^v) 159, [152] (f. 173^v) 18 iterum, [153] (f. 174) 19, [154] (f. 175) 16, [155] (f. 177) 7, [156] (f. 177^v) 166, [157] (f. 178^v) 12^b (M. ibid., 656-663), [158] (f. 180) 2 (M. ibid., 1238, append.), [159] (f. 181) 10, [160] (f. 183^v) 41, [161] (f. 184) 108, [162] (f. 185) 167, [163] (f. 187) 15, omissis capitulis.

2 (f. 191^v). S. **Aurelii** Carthag. episc. epistula de damnatione Pelagii atque Caelestii haereticorum (M. 20, 1009-1014).

3 (f. 192). ⟨C o n c i l i u m D i o s p o l i t a n u m⟩ (Labbe, Concil. ampl. collectio, tom. IV, pp. 311-313).

Codex binis columnis gothico charactere accurate descriptus titulos habet rubros, litteras initiales viridi et rubro colore alterne depictas inscriptionesque foliorum 1^r. 115^r rubris ac viridibus lineis alterna vice exaratas. Quaterniones sunt numero XXIX et in ultimo singulorum folio supputati sunt, ultimo excepto, a quo sex folia excisa fuerunt. Quaternionis I duo folia priora excisa. Foliorum enumeratio antiqua est et numeris romanis signata. In margine inf. f. 192^v *Liber sancte Marie de Fonte Neto.*

In tegumento tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

545. Saec. XV, membran., mm. 278 × 193, ff. I. 150.

S. **Leonis Magni** [1] (f. 1) s e r m o 1 (M. vol. 54), cui subnectitur [2] (ibid., lin. 29) 2, [3] (f. 2) 3, [4] (f. 3^v) 4, [5-9] (f. 5-7^v) 6-10, [10-17] (f. 9-16^v) 12 19; [18] (f. 17^v) e p i s t u l a 28 (M. ibid., 755-781), [19-39] (f. 21^v-57^v) s e r m o n e s 21-41,

[40] (f. 59) 42 (des. ut apud Migne, 54, 281, nota *a*, lin. 13), [41-60] (f. 61v-94) 43-62, [61] (f. 95v) 64, [62] (f. 97) 66, [63] (f. 99) 63, [64] (f. 101) 65, [65-82] (f. 102v-130) 67-84, [83] (f. 130v) 19 (M. ibid., 517-520, append.), [84-95] (f. 131v-146v) 85-96, [96] (f. 147v) 8 Caillau (M. 56, 1151-1154).

Litterae initiales singulorum sermonum caeruleo colore depictae, prima excepta, quae auro illita variis coloribus ornata est; tituli minio descripti. Margini inferiori folii Ir membranae frustulum adglutinatum est, in quo scriptum legimus *Sermones Sancti leonis pape Sunt mei Vianisij de Albergatis* (cf. Fantuzzi, *Scrittori bolognesi*, 1, p. 140-141). F. I index ab ipso Vianesio conscriptus, qui alia plura continet, quae in codice non inveniuntur. F. 150 vacuum. Ff. 120 sqq. a tineis aliquantum perforata.

In tegumento stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

546. Saec. XV, membran., mm. 268 × 186, ff. II. 232.

1. S. Leonis Magni sermones et epistulae (M. vol. 54). [1] (f. 1). Sermo 1, cui subnectitur [2] (ibid., col. 2) 2, [3] (f. 2) 3, [4] (f. 3v) 4, [5-9] (f. 5v-8) 6-10, [10-17] (f. 9v-17v) 12-19, [18-38] (f. 18v-55v) 21-41, [39] (f. 57) 42 (des. ut apud Migne, 54, 281, nota *a*, lin. 13), [40-59] (f. 60-92v) 43-62, [60] (f. 94) 64, [61] (f. 96) 66, [62] (f. 97v) 63, [63] (f. 99v) 65, [64-81] (f. 101-126v) 67-84, [82] (f. 127) 19 (M. ibid., 517-520, append.), [83-94] (128-141) 85-96. Sequitur (f. 142v-143) index sermonum. [95] (f. 144). Epistula 20, [96] (ibid.) 23, [97] (f. 144v) 22 (Flaviani, M. ibid., 727-732), [98] (f. 145v) 28 (des. ut in cod. 541), [99] (f. 150) 25 (des. ut in cod. 541), [100] (ibid.) 35, [101] (f. 151v) 29, [102] (f. 152) 31, [103] (f. 154) 33, [104] (f. 154v) 59, [105] (f. 156v) 44, [106] (f. 158) 45, [107] (f. 158v) 60, [108] (f. 159) 61, [109] (f. 159v) 69, [110] (f. 160v) 70, [111] (f. 161v) 71, [112] (f. 162) 79, [113] (f. 162v) 80, [114] (f. 163v) 82, [115] (f. 164v) 83, [116] (f. 165) 85, [117] (f. 166) 90, [118] (f. 166v) 93, [119] (f. 167) 104, [120] (f. 168v) 106, [121] (f. 170v) 120, [122] (f. 173) 97 (synodica Eusebii Mediol. episc.), [123] (f. 174) 99 ut in cod. 541, n. 29 (synodica Ravennii aliorumque episc. Gallorum), [124] (f. 175v) 139, [125] (f. 176v) 115, [126] (f. 177v) 114, [127] (f. 178) 134, [128] (f. 178v) 135, [129] (f. 180) 130, [130] (f. 180v) 129, [131] (f. 184v) 163, [132] (f. 185) 162, [133] (f. 186v) 158, [134] (f. 187v) 165, [135] (f. 197) 15, [136] (f. 203v) 7, [137] (f. 204v) 1, [138] (f. 205v) 19, [139] (f. 206v) 16, [140] (f. 210) 4, [141] (f. 211v) 18, [142] (f. 212) 167, [143] (f. 215v) 14, [144] (f. 219) 159, [145] (f. 220v) 12b (M. ibid., 656-663), [146] (f. 223v) 108, [147] (f. 225) 166, [148] (f. 227) 9, [149] (f. 226) 88 (M 55, 1325-1327, append.), [150] (f. 228) 168.

2. S. Hilari papae epistulae (M. vol. 58) [1] (f. 228v) 1 (ut in cod. 541), [2] (f. 229v) 2, [3] (f. 230v) 3.

Folium 232 continet vitas Leonis I et Hilari ex Lib. pontificali excerptas (Duchesne, Liber pontificalis, 1, p. 238-239, §§ 1-9; ibid., p. 242, 245 §§ 1-2

usque ad v. *lapidibus preciosis*, § 13) et cap. 71 lib. s. Hieronymi De viris inlustribus (Richardson, p. 85-86).

Codex duabus columnis descriptus. Litterae initiales caeruleo et rubro colore alterne depictae lineolis rubris et caeruleis alterna vice ornatae, tribus exceptis (ff. 1. 144) auro et coloribus distinctis, quarum prima imaginem s. Leonis papae intus exhibet depictam. Tituli minio exscripti. Ff. I. IIv. 143v. 231v vacua. Foliorum ordinem turbatum sic restitues: 225. 227. 226. F. IIr *Iste liber est Theodori de Lelijs sacri palatij auditoris domi mercede transcriptus;* sequuntur duo excerpta ex lib. Prosperi Aquitani De temporibus, quorum prius inc. *Valentiniano Augusto* et alterum *Maximo secundo* (M. G. H., auctores antiquiss. 9, 478 sq.). Ff. 213 sqq. a tineis aliquantum perforata.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

547. Saec. XV, membran., mm. 335 × 234, ff. II. 190.

1. S. **Leonis Magni** sermones et epistulae (M. vol. 54), praevio (f. I-II) indice sermonum. [1] (f. 1). Sermo 1, cui subnectitur [2] (ibid., lin. 29) 2, [3] (f. 1v) 3, [4] (f. 3) 4, [5-9] (f. 4v-6) 6-10, [10-17] (f.7-13) 12-19, [18-38] (f. 14-42v) 21-41, [39] (f. 43v) 42 (des. ut in cod. 544), [40-59] (f. 45v-71v) 43 62, [60] (f. 72v) 64, [61] (f. 74) 66, [62] (f. 75v) 63, [63] (f. 77) 65, [64-81] (f. 78-100) 67-84, [82] (f. 100v) 19 (M. ibid., 517-520, append.), [83-94] (f. 101-112v) 85-96. [95] (f. 115). Epistula 20, [96] (ibid.) 23, [97] (f. 115v) 22 (Flaviani; M. ibid., 727-732), [98] (f. 116v) 28 (des. ut in cod. 541), [99] (f. 120) 25 (des. ut in cod. 541), [100] (ibid.) 35, [101] (f. 121v) 29, [102] (f. 122) 31, [103] (f. 123v) 33, [104] (f. 124) 59, [105] (f. 126) 44, [106] (f. 127) 45, [107] (f. 127v) 60, [108] (f. 128) 61, [109] (f. 128v) 69, [110] (f. 129v) 70, [111] (f. 130) 71, [112] (f. 130v) 79, [113] (f. 131) 80, [114] (f. 132) 82, [115] (f. 132v) 83, [116] (f. 133) 85, [117] (f. 134) 90, [118] (f. 134v) 93, [119] (f 135) 104, [120] (f. 136) 106, [121] (f. 137v) 120, [122] (f 139v) 97 (synodica Eusebii Mediol. episc.), [123] (f. 140v) 99 ut in cod. 241, n. 29 (synodica Ravennii aliorumque episc. Gallorum), [124] (f. 141v) 139, [125] (f. 142v) 115, [126] (f. 143) 114, [127] (f. 144) 134, [128] (f. 144v) 135, [129] (f. 145) 130, [130] (f. 146) 124, [131] (f. 149) 163, [132] (f. 149v) 162, [133] (f. 150v) 155, [134] (f. 151) 165, [135] (f. 159) 15, [136] (f. 164) 7, [137] (f. 165) 1, [138] (f. 166) 19, [139] (f. 166v) 16, [140] (f. 169v) 4, [141] (f. 170v) 18, [142] (f. 171) 167, [143] (f. 173v) 14, [144] (f. 176v) 159, [145] (f. 177v) 12b (M. ibid., 656-663), [146] (f. 180v) 108, [147] (f. 181v) 166, [148] (f. 182) 9, [149] (f. 183) 88 (M. 55, 1325-1327, append.), [150] (f 183v) 168.

2. **S. Hilari papae** epistulae (M. vol. 58) [1] (f. 184) 1 (ut in cod. 541), [2] (f. 183) 2, [3] (f. 186) 3.

3 (f. 186v). **S. Anselmi Cantuariensis** archiepisc. Monologium: abrumpitur in cap. VI quia, ut monet ipse librarius, *non erat plus in exemplari* (M. 158, 142-150). Praefationem sequuntur eadem totius operis capitula, quae apud Migne singulis capitibus praefixa sunt.

Litterae maiores pariter ac maximae auro et coloribus excultae; tituli notaeque temporis, quo epistulae datae fuerunt, minio exscripta. In parte inferiore ornamenti quattuor marginibus folii 1^r appicti stemma exstat card. Barbo. Ff. II^v. 190^v vacua. Ff. 155 sqq. aliquantum a tineis perforata.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

548. Saec. XV, membran., mm. 274 × 180, ff. I. 295 (— ff. 176. 177 librarii neglegentia omissis).

sit cura regiminis 16; — XXVI *De arrogante et vere humili 1, De arrogantibus 25;* — XXVII *De salvatoris incarnatione 1, De humilitate 27;* — XXVIII *De virtute animam interficiente 1, De virtutibus 23;* — XXIX *De humanitate dei 1, De ordine celi 29;* — XXX *De predicationibus doctorum 1, De predicatione 23;* — XXXI *De rinocerote 1, De pullis aquilarum sanguinem lambentibus 31;* — XXXII *Qualiter unusquisque se cognoscat 1, De gladio eius 25;* — XXXIII (... *quarti* sic cod.) *De montibus 1, De instigatione 31;* — XXXIV *De elatione 1, De propositis et subditis 18;* — XXXV *De loquutione iob ad deum 1, De tribus filiabus iob 11.*

Codex una manu, duabus columnis sumptuose scriptus et ornatus. Singuli libri peculiari ornatu lineis multicoloribus intexto distinguuntur, capitula vero litteris initialibus maioribus aureis multicoloribus. Lemmata, numeri arabici foliis inscripti et indicia librorum in summa pagina rubra sunt; locis scripturarum atramento exaratis lineolae rubrae subducuntur. In tabula litterae initiales minores alternis vicibus rubro aut caerulo pinguntur. F. I^r in summo margine numerum codicis *577*, 1^r vero figuris lineis multicoloribus per margines intextis nitens in calce exhibet scutum card. Calandrini cum inscriptione ✠ *Philippus C. Bononiensis.* Hic illic correctiones adsunt ipsius primae manus. F. 1^r *Secundi voluminis . decimus nonus*, at prius volumen deest. Quiniones (I-VIII, 290-298 quatern.) nullo signo distinguuntur. Ff. VII^v. VIII. 297^v. 298 vacua sunt.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

578. Saec. XIV, membran., mm. 433 × 277, ff. 338.

1 (f. 1). **S. Gregorii M.** Moralium in Job libri I-XXXV (M. 75, 509-1162; 76, 9-782) in sex partes distributi, quae summis in foliis et in partis cuiusque subscriptionibus accurate notantur. Praemittuntur singulis tum libris tum capitibus Raynerii Aretinae ecclesiae canonici presbyteri capitula sive inscriptiones eaedem fere numero et tenore ac in corrupto codice casinensi LXXII (Biblioth. Casin., 2, 271-274). Raynerii *epistola seu prologus* (ib. 271; M. 75, 505-506) epistolae ad Leandrum subditur.

2 (f. 275). **S. Thomae de Aquino** (in titulo *venerabilis magistri fratris... doctoris egregii*, et in subscriptione ...*felicis recordationis... excellentissimi doctoris*) Postillae super Job (Opp., ed. Parm., 14, 1-147), sine vulgata lectionum distinctione.

3 (f. 330^v). Divisiones super Iob, sive compendium quoddam praecedentis commentarii.

Liber duabus columnis littera ut aiunt bononiensi exaratus a quodam Andrea, qui f. 330^v versiculum *Qui scripsit hunc librum collocetur in paradisum* (cf. et f. 338^r *Laus christo detur, operis quia finis habetur*) describens verbo *qui* notulam imposuit i⟨dest⟩ *Andreas.* Inscriptiones librorum, capitum, et in summis marginibus partium ope-

ris, item in Gregorio loci bibliorum (in Thoma linea tantum rubra subducitur), notabilia et reliqua priore manu marginibus inscripta miniata sunt: indices librorum in quaque summa pagina litteris alternis caerulis et rubris scripti. Librorum initia ornantur animalium linearumque intextu ac littera maxima multicolori, in qua Gregorii, Iobi etc. imago picta fuit. Litteris maioribus caerulis lineae rubrae circumducuntur vel e contra. Quiniones (ff. 273-274 par; 51-54. 335-338 duerniones; 65-72 quaternio) litteris fasciculi sequentis initialibus circumornatis in calce distinguuntur; additur in Gregorio notula *cor*⟨rectum⟩. Plurimae in Thoma primae manus correctiones et additiones: nonnullae vero tantum in Gregorio alterius saec. XV manus in marginibus variae lectiones (f. 13 etc.) et antiquioris in textu rasurae et correctiones. F. 1ʳ in capite et iterum in calce *578*. F. 274ᵛ col. 2, et 388ᵛ vacua sunt.

In dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

579. Saec. XII inc., membran., mm. 529 × 328, ff. 148.

S. Gregorii M. Moralium in Job libri I-XVIII (M. 75, 509-1162; 76, 9-96: cod. *liber expositionis... in sancto viro iob*).

Duabus columnis exaratus, litteris maximis multicoloribus et pluribus adnotationibus et correctionibus tum aequalis tum saec. XV manus in margine auctus. Numerus librorum in medio cuiusque f.ʳ margine exteriore minio pictus. Ff. 17 et 97 diversae manus se excipere videntur. Quaterniones (supremus fasciculus XIX duernio est) distinguuntur tum litteris A. B et numeris III-XIX, tum prioribus fasciculi sequentis verbis. Ff. 60. 82 margo inferior ex parte excisus est. In fine alia manu addita fuit haec nota a. 1159: *Quinto idus ianuarii anno quinto. pontificatus domni adriani* ⟨IV⟩ *pape. Ego* (vacat spatium 4 fere litterarum: is fuit Boso ss. Cosmae et Damiani card.; cf. Duchesne, *Le liber Pontif.* 2, XXXIX) *diaconus cardinalis eiusdem domini camerarius recepi a fratre mainardo duas libras cere pro censu de mo*⟨na⟩*sterio sancte marie d . . . . . et duos. solidos. p̄p̄* (papienses?) *pro ecclesia sancte marie n . . sti* (? eras.) *de uno preterito et presente anno.* Seq. diversa et posteriore manu: *Annus ab incarnatione domini nostri ihesu christi. Millesimus centesimus IXgesimus* (i. e. nonag.). *IIII. Inditio. XII. Concurrens. V. Epacta XXVI.* Deinde antiquiore manu litteris maximis: *Liber sancte marie de . . a . tra, qui* (add. man. saec. XII) *locus ad abbatiam construendam anno dominice incarnationis .M. C. XLI. captus est et sequenti anno postea abbatia edificata.* « De Frastra » legendum videtur, quod monasterium in dioecesi Camerinensi circa a. 1145 fundatum dicebatur (cf. Ughelli, Italia sacra, I, 552) et annuum duarum librarum cerae censum ecclesiae Romanae solvebat (cf. *Le Liber Censuum*, ed. Fabre, p. 78). Altera ecclesia s. Mariae fortasse est « de villa magna » vel « maina » ibidem memorata, sed vestigia scripturae et locus neutri nomini respondent.

In dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

580. Saec. XII, membran., mm. 543 × 366, ff. 226 (+ 168ᵃ neglecto).

S. Gregorii M. Moralium in Iob libri I-XXXV (M. 75, 509-1162; 76, 9-782).

Liber duabus columnis accurate scriptus, litteris maximis aureis multicoloribus et inscriptionibus librorum rubro, illis vero partium rubro et viride pictis ornatus, ff. 2. 172. 195. 214ᵛ imagines Salvatoris, Ecclesiae, Iobi, Gregorii etc. exhibet. Singulae operis

partes et libri in summis foliis minio indicantur; fasciculi vero, qui praeter quinterniones XXXII-XXXIV quaterniones sunt, in calce numeris latinis non semel desectis distinguuntur. Exciderunt quatern. 8. 9. 20. 22. 25. 27 et folium secundum primi quaternionis, ideoque verba « o custos hominum - fulciatur (M. 75, 514 C-516, C), expugnandam pravorum - dicunt haec dicendo (774, B - 851, D), patriae curis subiacere - cum bona quae fecit (M. 76, 79 B - 122 B), vobis oportebat - indicat quem praetereun*tem* (165, B - 208, B), in excessu anima - iusta desuper irro*gata* (293, 10 - 334, C), haec solerter intuendum - et eas ferri (377, A - 419, C) ». Quinterni XXXIV excisa sunt duo folia suprema sine textus detrimento. Perrarae hic illic adnotationes manus saec. XV, quae capita libri Jobi apposuit et f. 8^r *Nota contra Grecos* margini inscripsit. F. 1^r in capite *580*. Ff. 151^v. 226^v columna altera vacua est.

In dorso insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

581. Saec. XIII, membran., mm. 195 × 132, ff. 322.

S. Gregorii M. Moralium in Iob libri I-XXXV (M. 75, 509-1162; 76, 9-782). Praemittitur *Visio thaionis cesaraugustani episcopi de meritis sancti Augustini episcopi et de libris moralium Beati Gregorii pape.*

In foliis additis haec insunt manu fere aequali exarata: 1 carmen, in quo versibus hexametris 140 narratur visus quidam B. M. Virginis, inc. *Insolite novitate rei libet ordine metri*, des. *Fecerat. inferne mutum facit unda paludis:* — 321^r duo pia dictamina vel sequentiae, quarum prior decem strophis tetrastichis constans et acrostichidem *Franciscus* (cfr. infra) praeferens inc. *Fructus arbor salutaris*, des. *et mones conformiter. amen. amen. amen*, et iterum stropha suprema paullisper mutata des. *tribuens tripliciter;* altera strophis tetrastichis octo cum acrostichide *Robertus* inc. *Rigans corda, sonans corda*, des. *ingrata sit filio. amen. amen;* — 321^v supplex epistula ad quemdam clericum pontificiae curiae, ut Francisci cuiusdam *pauperis iuuenis conpatientes defectui et studiosi scolaris desiderio annuentes.... ad summum pontificem pro ipso intercedere* ne cesset. Inc. *Placuit reverende pater*, des. *prosequi quod misericorditer incepistis;* — f. 322^v inter duo excerpta ex Augustino inest alia epistula supplex de parvo munere misso excusatoria, quae inc. *Si est tenue munus*, des. *inuolucro non uacillet*, et altera reverendissimum amicum in Cameracensi exilio sponte degentem Parisios revocans, quae inc. *Satis mecum recogitans*, des. *brachiis in amplexum.*

Codex manu gallica duabus columnis accurate exaratus, titulis rubris et litteris maximis multicoloribus, maioribus vero rubris aut caeruleis ornatus, pluribus tum prioris tum alterius manus adnotationibus auctus est. Librorum numerus arabicus in summis f^r. alia manu notatus est, praeterquam in ff. 147-149, ubi ipsa prima vel aequalis manus tum librorum ac partium numeros tum lemmata sive capitulos marginibus minio inscripsit. Seniones (praeter fasciculum 28 qui ternio est) a I usque ad XXIII, reipsa XXII qui omissus est, numeris latinis in calce distinguuntur, a 24 ad 27 litteris fasciculi sequentis initialibus. Ff. coniuncta 1. 14. 321. 322 serius addita sunt. F. 1^r tum in capite tum in calce

est nota codicis *581*. F. 320ʳ subscriptio cuiusdam possessoris galli erasa est: *Iste lib.* ... (tres lineas et dimidiam legere nequeo) ... *iachobi de labino* (?) *prepositi sancti*.... F. 14. 320ᵛ pluribus erasis et 322ʳ vacua sunt.

In dorso stemmata Pii VI et F. X de Zelada card. bibliothecarii.

582. Saec. XIII, membran., mm. 229 × 161, ff. 281.

S. Gregorii M. 1 (f. 6) Moralium in Iob libri I-XXXV (M. 75, 509-1162; 76, 9-782). Praemittuntur (f. 1ᵛ) tabula rerum et (f. 5ᵛ) sub titulo *Prologus* ⟨Narratio de inventione librorum Moralium⟩ a Taione ep. Caesaraugustano facta, quae paulo decurtata deficit in illis verbis *in Hyspaniam retulit* (M. 75, 507-510). Item (f. 214) praemittitur parti VI seu libris XXVII-XXXV tabula sententiarum (in cod. *capitula*) sacrae Scripturae ibi a Gregorio expositarum cum prologo: *Sicut presens per mysterium nos ualenter beati Job pascit hystoria, ita miris modis diversarum scripturarum tam ueteris quam novi testamenti adiecta latere* (!) *exposita a beato Gregorio nutriunt testimonia. Et modo propter celeritatem vel auiditatem legentium ut potuimus congrua studuimus adnotare capitula, per quae per totum corpus libri huius sine mora lector ualeat quas velit enotatas reperire sententias.* Inc.. *Ubi de aduentu sancti spiritus scriptum est factus est repente de celo sonus et reliqua*, des. *Item aliter inde CXLII.* Sententiae ipsae in operis decursu numero proprio apposito distinguuntur.

2 (f. 280) Symbolus *quem dictavit sancte memorie G. p.* (M 77, 1327-1329), et Registri Epistulae I, 24 (omissis verbis « Nam quid antistes - corporalem necant » ed. Ewald-Hartmann, 1, 28, lin. 14, - 36, lin. 10); VII, 31; I, 1; VI, 14; VII, 15.

Codex manu gallica duabus columnis diligenter exaratus, litteris maximis multicoloribus et inscriptionibus rubris ornatus, plurimis in marginibus adnotationibus auctus tum primae manus quae Jobi capita aliorumque bibliorum locos ac sententias Gregorii nobiliores indicavit, tum alterius quae atramento languidiore plura lemmata adscripsit. Libri summis in paginis atramento quidem antea (cfr. vestigia in ff. 207. 270 etc.) notati caerulo et rubro alterno indicantur: locis scripturarum linea rubra subducitur. Seniones I-[XXIII] numeris latinis saepius excisis distinguuntur in calce. Ternionis praefixi (ff. 1-5) qui extra censum venit, folium supremum excisum fuit nullo textus detrimento. Exstat antiqua foliorum supputatio numeris item latinis facta, quae f. 6 incipit, et vitiosa est eo quod librarius numeros LXXII et CXLVIII-CLXVII bis scripsit. Ff. 1ʳ. 6ʳ in capite nota codicis *582*: 281ᵛ vacuum est.

In dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

583. Saec. VIII-IX, membran., mm. 239 × 145, ff. 234 (+ 48 bis scripto, + 86ª neglecto).

S. Gregorii M. Moralium in Job libri XI-XVI sive *pars tertia* (M. 75, 953-1161).

Liber accurate scriptus, titulis rubris et litteris maximis multicoloribus ornatus, scholiis nonnullis quae compendiis *hd hp* « hoc dicit, hoc ponit » inducuntur auctus, constabat quaternionibus saltem 30 in calce bis supputatis. Primitiva supputatio numeris romanis (cfr. f. 53^v, 61^v) fere semper excisis, altera vero saec. XV numeris arabicis facta est. Quat. 1 folia duo priora perierunt, itemque extrema quat. 30. Hinc desunt verba « gressibus per viam - dux vergini*tatis*, *omnipo*tentis Dei misericordia - disserantur (M. ibid., 1154, 1-1155, 7; 1161, 4-1162). Marginis antiqui longe amplioris reliquiae supersunt in f. 233. F. 1^r in capite *Incipit moralium liber XI* manu saec. XIII; in calce *583* bis. F. 46 in ima parte lacerum; 117 numero 107 perperam distinctum. Descripsit A. Reifferscheid in *Wiener Sitzungsb.*, 63 (1869), 667-668, qui titulos, initia et finem exhibet.

In dorso insignia Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

584. Saec. XII ex., membran., mm. 297 × 209, ff. II. 115.

S. Gregorii M. M o r a l i u m in I o b libri XVII-XXII (M. 76, 9-250). In cod. liber etiam XXIII videtur et dicitur (f. II^v) contineri propter inscriptiones, quae inde a subscriptione l. XVIII numerum semper uno maiorem perperam exhibent.

Librum duae sin plures manus, prior quidem parum sibi constans et similis ff. 1-81^r, altera vero 81^v-115^r exaravit, tertia denique pluribus adnotationibus adspersit. Inscriptiones - plerumque fallaces - et litterae initiales librorum minio pictae sunt. Fasciculi (I-III quintern., IV-XIII quat., [XIV] tern., ff. I-II par) numeris romanis non semel excisis in calce distinguuntur; folia bis tum numeris modo romanis modo arabicis, tum arabicis tantum supputantur. Adsunt praeterea numeri nonnulli romani (e. g. f. 1^r. 45^r. 66^r) illis, ut videtur, capitum Iob respondentes. Ff. I. II^r. 115^v vacua sunt: II^v haec sola exhibet *In hoc volumine sunt moralia a. XVII°. libro usque ad XXIII*^{m} *inclusive*, (add. alia man.) *dicta per beatum gregorium atributa a spiritu sancto*. F. 1^r nota codicis *584;* 12. 14 perperam numeri 112. 114 inscripti sunt. Ternionis [XIV] folium supremum excisum fuit, nullo textus detrimento.

In dorso insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

585. Saec. IX in., membran., mm. 311 × 194, ff. 158 (+ 48^a. 97^a neglectis).

S. Gregorii M. M o r a l i u m in I o b libri XXVII-XXX (M. 76, 399-569): in cod. f. 1^r manu saec. circiter XIV *V Pars Moralium*, f. 45 prima manu *Explicit. Liber XXVII Pars. V. Incipit. Liber. XX. VIII. Moralia Sancti Gregorii Papae Vrbis. Rom. in Librum. Iob Pars VI*).

Liber magni pretii accurate scriptus et praecedentis cod. 583 valde similis, cum quo fortasse communem patriam et originem Galliam habet. Certe eiusdem possessoris saec. XV fuit, uti ostendit quaternionum supputatio in calce singulorum numeris arabicis eadem ratione eademque ut videtur manu tunc temporis facta. Inscriptiones litteris capitalibus quandoque rubris sunt exaratae. Perrarae insunt correctiones et scholia iisdem atque in cod. 583 notis *hd hp* « hoc dicit, hoc ponit » inducta. Quaterniones, numeris latinis in calce distincti, sunt XX. Fasciculi [XXI] nonnisi folium primum superest: hinc liber XXX deficit in verbis *viridescat. Haec* (569, C, lin. 5). Quat. I folium primum exci-

sum fuit nullo textus detrimento. Eiusdem quaternionis margo superior lacer ac madore confectus est iam a saec. XIV (?), teste numero *XXVII*[us] qui f. 1[r] inscriptus fuit ad restituendum antiquiorem numerum *XX*.... F. 1[r] in calce nota codicis *585:* 2[r] in calce sic: *Nan tua res. ardet.* (*b* supra verbum) *pa es o*(mni)*a proximus agitur* (*a* supra verb.; cfr. Vergil. Aen. 2, 311). Descripsit A. Reifferscheid, l. c., 668.

In dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

586. Saec. XI, membran., mm. 239 × 152, ff. I. 125.

1 (f. 1). **S. Gregorii M.** Liber regulae pastoralis in capita 64 sine ulla partium distinctione distributus (M. 77, 13-128), praemissa ad Leandrum Hispalensem epistula (Registr. V, 53, ed. Ewald-Hartmann, 1, 352-353) et tabula capitulationum 65 earundem fere ac in ed. Galliciolli, 4, XVIII-XXXI italicis typis impressarum.

2 (f. 91). **Attonis** card. tit. s. Marci Capitulare (in cod. deest inscriptio, sed in praef. *ex sacris canonibus breviarium:* Mai, Script. vet. nova coll., 6, 2, 60-100 ex hoc ipso codice).

3 (f. 125[v]). Concilium Romanum a. 1081 vel 1082 (Mansi, Concil., 20, 577. Iaffè-Loewenfeld post n. 5228: Mai, o. c., in nota 3 ad p. 144, lectiones a Marteniana editione variantes dedit); inc. *Per haec cap. IIII.*

Liber duabus manibus accurate scriptus, quarum prior Gregorium altera Attonem etc. exaravit. In Gregorio plura correxit manus altera aequalis. Adsunt litterae maximae multicolores, rubricae etc. F. 1[r] verba *pastorale beati Gregorii* erasa sunt: 1[v] circumornatum superne exhibet rudiorem imaginem Gregorii verba *Pastoralis curae* scribentis, inferne alteram imaginem vix inchoatam, mediam vero capitalibus litteris libri inscriptionem, et in calce numerum codicis modernum *586*. F. 2[r] in capite, manu ut videtur s. XV: *Liber pastoralis Gregorii pape Ecclesie* (!) *Sancti Marci de urbe cum decretis multorum sanctorum patrum.* Fasciculi, qui ff. 1-2 pare et duernione 122-125 exceptis quaterniones sunt, litteris fasciculi sequentis initialibus in calce distinguuntur. Ff. I. 125[r] vacua sunt.

In dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

587. Saec. XIII, membran., mm. 234 × 155, ff. 495 (+ ff. 81[a] neglecto et 441 bis computato, — 410-419. 471 librarii neglegentia omissis).

1. **S. Gregorii M.** [1] (f. 1). Regulae pastoralis (in ms. ...*liber pastoralis cure;* M. 77, 13-128) liber I, qui partem quoque secundam ed. complectitur; - (f. 18[v]) II, qui respondit parti tertiae et quartae ed. Praeponuntur singulis capitibus lemmata fere eadem atque in codice 586. [2] (f. 60). Dialogorum (in ms. *Dialogi*: M. ibid., 149-429) liber I; - (f. 73) II (in ms. *Incipit secundus vita et miracula uenerabilis sancti patris nostri benedicti abbatis....;* ed. Cozza-Luzi, Hist. s. p. n. Ben., Tusculani, 1880); - (f. 87) III; - (f. 108[v]) IV. Praemittitur (ff. 58-60[v]) tabula capitulorum latina eadem fere atque in ed. Galliciolli, 6, p. 42-52.

2. ⟨Homiliarium de tempore⟩ a dominica II post Pascha usque ad octavas Paschae ex variis scriptoribus ecclesiasticis compilatum. Praemittitur (ff. 135-136v) tabula, in qua homiliae singulis diebus legendae vel ab initio pericopes evangelicae vel ab alio argumento indicantur, addito interdum auctoris nomine.

[1] (f. 139). S. Gregorii M. In evangelium hom. 14 (M. 76, 1127-1130). [2-6] (f. 140v). Ven. Bedae libri II homiliae 5. 6. 7. 8 (inc. *Dominus et saluator noster*). 9 (M. 94, 154-181). [7] (f. 154). S. Gregorii M. In evangelium hom. 29 (M. 76, 1213-1219). [8-9] (f. 157). Ven. Bedae homiliae 10. 11 libri II (M. 94, 181-197). [10] (f. 165). S. Gregorii M. In evang. hom. 30 (M. 76, 1220-1227). [11] (f. 169). Ven. Bedae hom. 12 lib. II (M. 94, 197-202). [12-14] (f. 171v). S. Gregorii M. In evang. hom. 40. 36. 34 (M. 76, 1302-1312; 1266-1274; 1246-1259). [15-16] (f. 187v). ⟨Pseudo-Bedae⟩ homiliae subditiciae 4 (quae pariter atque in Rabano auctior inc. *Misericors est deus*) et 5 (M. 94, 276-280; cf. Raban. ap. M. 110, 335-336; 344-346). [17-19] (f. 190). ⟨Rabani Mauri⟩ In evang. et epist. homiliae 114 (inc. *Iusticia phariseorum est,* des. *offeres munus tuum*). 121 (des. *cibarijs* ut in Pseudo-Bedae hom. 7 subd.). 126 (des. *factis autem negant.* M. 110, 359, 6-361, 10; 376-379; 386-387). [20] (f. 194). S. Hieronymi ⟨De villico iniquitatis ex quaestione VI ad Algasiam⟩ (in ms. m. 2 *omel. sancti I'o'. presbiteri:* inc. *Qui sit uillicus,* des. *parce et metet.* M. 22, 1018, 2-1021). [21] (f. 195v). S. Gregorii M. In evang. hom. 39 (M. 76, 1294-1301). [22-29] (f. 199v). ⟨Pseudo-Bedae⟩ hom. 10. 11 (in ms. *uenerabilis bede*). 12 (et Rabani hom. 159 ap. M. 110, 448-451). 13. 14 (inde a 298, B, lin. 11: fine omnino diversa est: sequitur enim *Quod ait « ideo dico » ad superiora — ex habundanti superadditur*). 15. 16 (des. in v. *uetat congruit* 302, A, 16). 17 quae inc. *Primum omnium* (M. 94, 303, A, 17) et multo longior des. uti praecedens *uetat congruit.* [30] (f. 211v). ⟨S. Maximi ?⟩ hom. 108 (M. 57, 502-506 et alibi: in ms. inc. *Spiritum...*). [31-32] (f. 212v). S. Gregorii M. In evang. hom. 38. 28 (M. 76, 1282-1293; 1211-1213). [33] (f. 219v). ⟨S. Hieronymi In Matth. 18, 23-35⟩ (M. 26, 137-138, C, 12 + *Sed inter hec sciendum — deo hostia ipsi fuerimus* = Bandini, Biblioth. Med. Laurent., 1, 386, § 69). [34] (f. 220v). ⟨Pseudo-Bedae⟩ homilia 19 (M. 94, 307-308; adduntur in fine v. *qui magis credere debuerant ipsum esse unicum patris filium....*). [35] (f. 222). ⟨Ven. Bedae⟩ hom. 21 lib. I (M. 94, 121-125). [36-37] (f. 224v). S. Gregorii M. In evang. hom. 1. 6 (M. 76, 1077-1081; 1093-1099). [38-39] (f. 228v). ⟨Ven. Bedae⟩ hom. 1. 2 libri I (M. 94, 9-22). [40-41] (f. 236). S. Gregorii M. In evang. hom. 20. 7 (M. 76, 1160-1170; 1099-1103). [42] (f. 243). Ven. Bedae hom. 1 lib. I (M. 94, 31-34). [43] (f. 245). Origenis (?) homilia in vigilia nativitatis Domini (M. 95, 1162-1167). [44] (f. 247). Incerti homilia in dominica prima post nativitatem

Domini (similis ac saepe verbo tenus concordans cum Pseudo-Bedae hom. 22; M. 94, 339-341); quae inc. *Hic Maria figuram tenet synagoge*, des. *munera cerimoniarum* (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 1, 350, § 58). [45] (f. 249ᵛ). Origenis homilia in eodem die festo (M. 95, 1179-1185); des. *diuinitatis excellentiam.* [46-48] (f. 253). Ven. Bedae lib. I homiliae 14. 12. 13. [49] (f. 262). Origenis(?) homilia in dominica III post Theophaniam. Inc. *De monte domino descendente.* Des. *legem uiderentur infringere* (Combefis, Biblioth. Patrum concionatoria, Parisiis 1662, p. 728-729) + *Accessit ad eum centurio — uera est ergo corporum, et eorumdem membrorum que ceciderant resurrectio* (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 1, 380, § 56). [50] (f. 263ᵛ). Dominica IV post Theophaniam. Homilia in evang. s. Matth. *Ascendente Ihesu in nauiculam.* Inc. *In hac nauigatione dominus.* Des. *non est ultra quod timeatis.* Principium consonat cum Pseudo-Beda (M. 94, 343), sed homilia prorsus diversa est. [51-53] (f. 264ᵛ). S. Gregorii M. In evangelium hom. 19. 15. 2 (M. 76, 1153-1159; 1131-1134; 1081-1086). [54] (f. 271). S. Pauli epistula II Ad Corinthios. [55] (f. 277). S. Leonis M. sermo 42 (M. 54, 275-281). [56] (f. 278). S. Gregorii M. In evang. hom. 16 (M. 76, 1134-1138). [57] (f. 279ᵛ). Ven. Bedae homilia 18 libri I (M. 94, 96-101). [58] (f. 283). Dominica secunda Quadragesimae. *Sermo beati iohannis episcopi de esau.* Inc. *In facto esau et iacob quo alter ad uenatum mittitur.* Des. *Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis israel saluus fieret.* [59] (f. 284). Ven. Bedae homilia 19 libri I (M. 94, 102-105). [60] (f. 286ᵛ). Dominica III Quadragesimae. *Sermo beati gregorii pape de ioseph.* Inc. *Sompnum quod de profectu suo uiderat ioseph.* Des. *aut sic quasi corrigendo feriunt ut non dimittant.* [61*] (f. 287). *Item sermo beati iohannis episcopi de ioseph.* Inc. *Mittitur a iacob patre.* Des. *cui totum quicquid possides tradidisti.* [62] (f. 288). ⟨Ven. Bedae⟩ homilia in evang. s. Lucae *Erat ihesus eiciens demonium.* Inc. *Demoniacus iste.* Des. *sed negare et blasphemare querebant* (desumpta est ex lib. IV Expositionis in evang. s. Lucae. M. 92, 475, D, 4-484, C, 6). [63] (f. 291). Dominica IIII Quadragesimae. *Sermo beati iohannis episcopi de moyse.* Inc. *Stabat moyses in monte, non armis sed precibus pugnaturus.* Des. *Curet penitendo quod fecit, ut possit recipere quod amisit* (cf. Bandini, Biblioth. Laurent., 1, col. 82, § 134). [64] (f. 292). Ven. Bedae hom. 21 libri I (M. 94, 110-114). [65] (f. 295). Dominica in passione Domini. *Sermo sancti iohannis episcopi de iheremia.* Inc. *Magnum iheremie sanctissimi meritum.* Des. *et infideli gloriam celestis tribuat imperator ipso adiuuante qui uiuit et regnat* etc. [66-67] (f. 296ᵛ). S. Gregorii M. In evang. hom. 18 (M. 76, 1149-1155). 33 (M. ibid., 1258-1246). [68] (f. 301ᵛ). S. Maximi Taurinensis hom. 45 (M. 57, 327-332). [69] (f. 303). Ven. Bedae hom. 23 libri I (M. 94, 121-125). [70] (f. 305ᵛ). Ieremiae prophetae Lamentationes usque ad I, 8.

[71] (f. 306). Homilia de proditione iude. Inc. *Hodie dilectissimi fratres dominus noster ihesus christus traditus est.* Des. *et accedamus ad mensam christi cum quo* etc. [72] (f. 308). Ven. Bedae hom. 25 lib. I (M. 94, 130-134). [73] (f. 310). Ieremiae prophetae Lamentationes I, 10-20. [74] (f. 310v). ⟨Pseudo-Augustini⟩ sermo 155, ab edito ap. M. 39, 2047-2053 valde diversus. Inc. *Hodierna die dominus noster pependit in cruce.* Des. *omnis locus orationi uacat.* [75] (f. 311). S. Leonis M. sermo 59 (M. 54, 337-342). [76] (f. 313). Ieremiae prophetae Lamentationes I, 21 - II, 8. [77] (f. 313v). ⟨S. Augustini sermo 80⟩ (Mai, Nova Bibliotheca Patrum, 1, 156-159). [78] (f. 315v). Ven. Bedae homilia 1 libri II (M. 94, 133-139). [79-80] (f. 318v). S. Gregorii M. In evang. hom. 21-23 (M. 76, 1169-1174; 1181-1183). [81] (f. 321v). Ven. Bedae homilia 2 libri II (M. 94, 139-144). [82] (f. 324). S. Gregorii M. In evang. homilia 24 (M. 76, 1183-1188). [83] (f. 326). Ven. Bedae homilia 3 libri II (M. 94, 144-149). [84-85] (f. 328v). S. Gregorii M. In evang. homiliae 22. 26 (M. 76, 1174-1181; 1197-1204).

3. Homiliarium de sanctis, tabula (f. 337) praemissa. [1-3] (f. 338). S. Gregorii M. In evang. hom. 32 usque ad v. *set per desiderium glorie mundo uiuunt* (M. 76, 1232-1235, A, 3). 13 (M. ibid., 1123-1127). 12 (M. ibid., 1118-1123). [4] (f. 343). ⟨Pseudo-⟩Bedae hom. 65 (M. 94, 433-439). [5-8] (f. 347). Ven. Bedae homiliae 13. 14. 15. 16 libri II (M. ibid., 202-224). [9-12] (f. 357v). S. Gregorii M. In evang. hom. 25. 27. 35. 5 (M. 76, 1188-1196; 1204-1210; 1259-1265; 1092-1095). [13] (f. 369). Ven. Bedae hom. 23 libri II (M. 94, 256-261). [14] (f. 372). S. Gregorii M. In evang. hom. 8 (M. 76, 1103-1105). [15-16] (f. 373). Ven. Bedae libri I hom. 6. 7 (M. 94, 34-44). [17-18] (f. 378v). ⟨Pseudo-⟩Augustini sermones 195. 120 (M. 39, 2107-2110; 1984-1987). [19] (f. 382v). ⟨S. Leonis M.⟩ sermo 25 (M. 54, 208-212). [20] (f. 384v). ⟨Pseudo-Augustini⟩ sermo 118 (M. 39, 1982-1984). [21] (f. 385v). Homilia in nativitate Domini. Inc. *Hodie fratres karissimi celi desuper rorauerunt, hodie aperta est terra. et genuit saluatorem.* Des. *Festus nobis iterum erit dies. cum surrexerit passus; quia uere redimi non poterit mundus. nisi fuerit christus occisus; ipso auxiliante* etc. [22] (f. 386v). ⟨Pseudo-Augustini⟩ sermo 121 (M. 39, 1987-1989). [23] (f. 387v). S. Augustini sermo 342 (M. ibid., 1501-1504). [24] (f. 389). Eiusdem Contra Iudaeos, paganos et Arianos sermo de symbolo in duas partes divisus, quarum prior pergit usque ad v. *Quos quidem occidit mortemque propinauit herodes uester amicus. Sed hijs immortalitatem eternamque uitam donauit christus; qui cum patre* etc. (M. 42, 1117-1123, lin. 34 append.). et altera inc. a v. *Nam et hec uox iohannis* et pergit usque ad finem (M. ibid., 1125, lin. 16 ab imo - 1130). [25] (f. 396v). ⟨Eiusdem⟩ sermo 194 (M. 38, 1015-1017). [26-27] (f. 397v). S. Fulgentii Ruspensis episc. sermones 2. 3 (M. 65, 726-732). [28] (f. 401). ⟨Pseudo-⟩Augustini sermo 210

(M. 39, 2137-2140). [29] (f. 402v). S. Augustini sermo 382 (M. ibid., 1684-1686). [30] (f. 404). S. Maximi Taurinensis homilia 64 (M. 57, 379-384). [31] (f. 405v). S. Hieronymi (?) homilia in evang. s. Matth. 23, 34 *Dicebat ihesus...* Inc. *Hoc quod antea dixeram uos implete mensuram.* Des. *et christi ora conspicient* (Combefis, Bibliotheca patrum concionatoria, 1, Parisiis 1662, p. 564-565). [32] (f. 406v). ⟨Pseudo-Mellitonis⟩ Vita s. Ioannis apostoli et evangelistae (Biblioth. hagiographica latina, Ioannes apostolus, n. 2). [33] (f. 421v). Ven. Bedae homilia 8 lib. I (M. 94, 44-49). [34] (f. 424v). Sermo in natali sanctorum Innocentium. Inc. *Hodie fratres karissimi natalem diem illorum infantium.* Des. *Si enim id quod deus precepit facimus id quod petimus sine dubio obtinebimus per christum* etc. (cf. M. 39, 2152 sqq.). [35] (f. 425v). *Item sermo sancti augustini in natali innocentium.* Inc. *Hodie fratres karissimi natalem diem illorum infantium.* Des. *Capere de iniurijs gloriam. de morte uitam. non est uirtutis humane sed muneris est diuini. in christo* etc. (cf. M. ibid., 2152 sqq., et M. 52, 604-607). [36] (f. 426v). ⟨S. Petri Chrysologi⟩ (in ms. *sancti seuerini episcopi*) sermo 152 usque ad v. *ante celum possidere quam terram* (M. 52, 604-606, B, 9; cf. Mai, Nova Patrum Biblioth., 1, p. 230-232). [37] (f. 427). *Item sermo sancti iohannis de eisdem innocentibus.* Inc. *Dedicatur nouus ab infantibus sermo.* Des. *uictoriam per interitum comparatur* (Combefis, loc. cit., 443-444). [38-39] (f. 428). Ven. Bedae hom. 9. 10 lib. I (M. 94, 50-58). [40] (f. 433). In vigilia Epiphaniae. Homilia in evang. s. Matth. *Defuncto herode* etc. Inc. *Obitus quippe herodis. terminum intentionis malitiose.* Des. *Hic qui femineo lacte nutritur multa hominum milia paruissimo pane saciauit.* [41-45] (f. 434). S. Leonis M. sermones 31. 32. 33. 34. 35 (M. 54, 235-255). [46-47] (f. 440). ⟨Pseudo-Augustini⟩ sermones 136 (in ms. inc. *Proxime fratres karissimi natalem domini saluatoris exegimus.* M. vol. 39 et vol. 57, hom. 22). 91 (M. vol. 39). [48] (f. 443). ⟨S. Augustini⟩ sermo 199 (M. vol. 38). [49] (f. 444) S. Gregorii M. In evang. hom. 10 (M. 76, 1110-1114). [50-51] (f. 446). Ven. Bedae hom. 11. 17 lib. I (M. 94, 58-63; 224-228). [52] (f. 452). S. Augustini sermo 370, ab edito tamen valde diversus (cf. M. 39, 1657-1659). [53] (f. 453). Ven. Bedae hom. 15 lib. I (M. 94, 79-83). [54] (f. 455v). *In conmemoratione s. crucis.* Inc. *Mira magisterij celestis arte dominus ac redemptor noster.* Des. *factusque est obediens patri. usque ad mortem; mortem autem crucis.* [55] (f. 456). S. Fulberti Carnotensis episcopi sermo IV (M. 141, 320-324). [56] (f. 458v). In nativitate s. Mariae. Homilia in evang. s. Matth. *Liber generationis* etc. Inc. *In exordio suo satis ostendit sanctus euangelista.* Des. *et simul censentur in bethleem ut de una stirpe uidelicet generatj.* [57] (f. 468). ⟨Pseudo-⟩Augustini sermo 245 (M. 39, 2196-2198). [58] (f. 469). ⟨Pseudo-⟩ Augustini sermonis contra Iudaeos, paganos et Arianos fragmentum. Inc. *Vos*

conuenio o iudei. Des. *agnouit paranymphus sponsum dominum nostrum ihesum christum qui* etc. (M. 42, 1123, lin. 37-1125, lin. 16 ab imo). [59] (f. 471^{v}). ⟨Sermo in nativitate s. Mariae⟩. Inc. *Unigenitus christus dei filius, uerus sol iusticie.* Des. *Sic. in mentibus uestris et fecunditas exuberet et uirginitas perseueret in christo ihesu* etc. [60] (f. 474). S. Anselmi Cantuariensis homilia 9 (M. 158, 644-649). [61-62] (f. 475^{v}). S. Gregorii M. In evang. hom. 9. 17 (M. 76, 1105-1109; 1138-1149). [63-65] (f. 483). ⟨S. Leonis M.⟩ sermones 75. 76. 77. (M. 54, 400-415). [66-72] (f. 487^{v}). ⟨S. Maximi Taurinensis hom. 62. 60. 68. 69. 70. 71. 72⟩ (M. 57, 375-378; 367-370; 391-406).

4. (f. 493^{r}). **Alcuini** Symbolum fidei (M. 101, 56, D, 5-58).

Codex binis columnis exaratus in duo volumina dispertitus est, quorum alterum ff. 1-138, alterum reliqua complectitur. Litterae initiales rubro et caeruleo colore distinctae, paucis exceptis quae auro variisque coloribus et imaginibus ornatae sunt; tituli minio depicti. Librarius alter prioris aequalis auctoritates notulasque in complurium foliorum marginibus adscripsit. Alterum volumen duplicem exhibet enumerationem: novam nos secuti sumus. Ff. 56^{v}. 57. 132^{v}. 133. 134. 136^{v}-138. 336. 495 vacua. 473^{v} pauca nullius momenti.

In tegumentornm dorsis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

588. Saec. XV, membran., mm. 261 × 179, ff. 134.

S. Gregorii M. Liber regulae pastoralis (M. 77, 13-128). Sequuntur (f. 130) *capitula libri pastoralis* 65 eadem atque initio singulorum capitum praescripta sunt inque cod. 586 iam notavimus.

Liber accurate scriptus, inscriptionibus capitulorum rubris ac litteris maioribus modo rubris modo caerulis ornatus, pluribus alterius manus correctionibus auctus, quaternionibus (praeter duernionem 129-132 et par 133-134 addit.) constat, qui litteris fasciculi sequentis initialibus minutissime scriptis distinguuntur. F. 1^{r} in ventre litterae maximae aureae, ornatu linearum ac figurarum multicolori auctae, Gregorii in throno sedentis ac scribentis effigies expressa est, et in calce nota codicis *588*. Quattuor operis partes litteris initialibus aureis multicoloribus atque numero proprio singulis f.^{r} inscripto indicantur. Ff. 129. 133 vacua sunt: 134 olim tegumento adglutinatum hodieque inversum haec tantum in r^{o} exhibet erasa: *Francisci bartolomei de sc̄o bartolomeo.*

In dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

589. Saec. XV, membran., mm. 234 × 172, ff. II. 52.

1. (f. 1) Lentuli epistula senatoribus Romae (von Dobschütz, *Christusbilder* [*Texte u. Untersuchungen*, N. F., 3], 1, 319 **, recensio c). Add. *Reperi in annalibus Rome.*

2. Pontii Pilati ad Claudium Neronem epistula (ibid., 184**-186**, parumper discrepans). Add. *direxi potestati vestre omnia que gesta sunt de yhesu in pretorium nostrum.*

3. Pontius Pilatus *Ter* (!) Tiberio Caesari epistula (Tischendorf, Evangelia apocrypha, 2 ed., 433-434).

4. Proconsulis Ephesini ad Domitianum imp. epistula de Iohanne apostolo: in cod. *Piissimo : Cesari Domiciano : semper Augusto : Ephesiorum Proconsul Salutem. Notificamus - parvitati nostre : bene valete* (Floril. Casin., 2, 67). Duae posteriores epistulae alia manu adscriptae sunt.

5. (f. 2). **S. Gregorii M.** Liber regulae pastoralis (M. 77, 13-128) sine ulla partium distinctione, praemissis iisdem capitulis atque in cod. 586.

Liber duabus columnis (praeter quam in f. 1) exaratus, litteris initialibus rubris et caerulis ornatus. Seniones (praeter par ff. 1. 12) eorumque sex priora folia distinguuntur in calce f[r] numeris romanis pariter atque arabicis. Ff. I. II. 51[v]. 52 vacua sunt. 51[r] haec tantum exhibet: *Pastorale beati Gregorii n°. Triginta sex.*, qui antiquior numerus codicis esse videtur. Moderna nota f. 1[r] in calce *589*: in capite *Gregorii magni regule.*
In dorso insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

590. Saec. XV, membran., mm. 290 × 186, ff. 332.

1 (f. 3). **S. Gregorii M.** Liber regulae pastoralis (in ms. ... *pastoralis regiminis.* M. 77, 13-128), praemissis ad Leandrum Hispalensem epistula (Registr. V, 53, ed. Ewald-Hartmann, 1, 352-353) et iisdem capitulis, quae singulis capitibus apud Migne praefixa sunt.

2 (f. 53). **S. Bernardi** abbatis Clarae-Vallensis De consideratione libri I-V (M. 182, 727-808).

3 (f. 93[v]). **Aegidii de Columna** De regimine principum libri I-III, praevia (f. 88) capitulorum tabula (ed. Romae, apud Antonium Bladum, 1556; de editionibus cf. Potthast, Biblioth. histor. m. aevi, Berolini, 1895, 1, 17).

Codex satis diligenter exscriptus litteras maximas et maiores habet auro illitas variisque coloribus depictas, litteras magnas caeruleo, titulos minio. In summo f. 1 margine ~ : YHS XPS: ~ itemque in summo f. 3 marg. IHS. In parte inf. ornamenti tripertiti f. 3 appicti stemma erasum, superimposita mitra episcopali. Ff. 331[v]. 332 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

591. Saec. XII-XIII, membran., mm. 283 × 192, ff. I. 173.

S. Gregorii M. Liber regulae pastoralis (in ms. ... *liber pastoralis cure*) in 64 capita sine ulla partium distinctione distributus (M 77, 13-128). Post praefationem adduntur eadem capitula, quae apud Migne singulis capitibus praefixa sunt.

Liber duabus columnis langobardico charactere exaratus est. Prima littera praefationis et textus auro et coloribus distincta, initiales capitum rubro et caeruleo, initiales singularum verborum comprehensionum flavo et viridi tactae colore; tituli minio depicti. Ff. I. 173[v] vacua.
In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

592. Saec. XIV, membran., mm. 165 × 112, ff. 120.

S. Gregorii M. Liber regulae pastoralis (in ms. ... *pastoralis regule*) in 65 capita sine ulla partium distinctione distributus (M. 77, 13-128), praeviis iisdem capitulis, quae apud Migne singulis capitibus praefixa sunt.

Litterae initiales, titulus et capitula 1-28, quae alia manus recentior proprio loco apposuit, minio exscripta sunt. Auctoritates et interdum correctiones librarius ipse primis in foliis notavit; aliae autem manus aetate diversae notulas et perpaucas correctiones in marginibus addiderunt. Foliorum enumeratio numeris romanis expressa est. F. 119^{v} index rerum notabilium in codice contentarum saec. XIV digestus. 120^{v} quaedam nullius momenti.

In tegumenti tabulis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

593. Saec. X, membran., mm. 270 × 171, ff. I. 87.

S. Gregorii M. Regulae pastoralis (f. 1) liber I = Part. 1. 2 ed.; — (f. 26^{r}) II = Part. 3. 4. Praecedunt fragm. vitae Gregorii M. a Paulo diac. conscriptae n. 11-12 *Cumque adhuc - pensare* (ed. Grisar in *Zeitschrift für katholische Theologie* 11, 160), versus

Quantum Augustino fulges tu Yppona magistro,
Tantum Roma suo presule Gregorio,

et capitula LXV ut in codd. Galliciolli 4 p. XXXI. Libro II praemittuntur capitula 43 eiusdem tenoris ac cc. XXIII-LXV initio praefixa.

F. I addititium, mm. 265 × 228, continet instrumentum quo d. *Iacobus de Verona monacus monasterii de Leno... procurator... Aluysii de Sanctis de Feraria archipresbiteri Ecclesie plebis nuncupate sancti Andree* ⟨de⟩ *ponteuicho Brixiensis dioc. ...subst*⟨itui⟩*t loco sui . . d. Gabrielem de B*⟨er⟩*nuciis de parma decretorum doctorem* ⟨scr⟩*iptorem apostolicum et dominum presbiterum Christoforum de Serono Canonicum ecclesie sancti Victoris de Missallia Mediolan. d*⟨ioc⟩. ... *ad renunciandam et resignandam . .* ⟨in⟩ *manibus . . Episcopi Brixiensis ... dictam Ecclesiam.* Scripsit *Antonius fillius condam Tomasini de Cataneis ciuis brixiensis* et notarius, Brixiae, 1445, 21 Mai.

Codex olim *Mantun* (.?) *de Mantenatis de Pischr.* (Peschiera?) f. 87^{r}, et postea cardinalis Barbo, cuius stemma variis coloribus pictum in calce f. 1^{v} exstat; eiusdemque fortasse sunt nonnullae animadversiones saeculo XV adiectae. Constat quaternionibus 11 in calce notatis (A - K); supremi *l* folium ultimum vacuum excisum est. 87^{v} oratiuncula ad D. N. I. Christum patientem et fragmentum hymni *Res* (!) *angelorum - quod uulnet. est* (Chevalier 17398) manu indocta scripta sunt. F. I madore ex parte absumptum est, neque amplius legi potest in capite folii *r* inscriptio partim deleta. In calce ...⟨anti⟩*fonarium nocturn*⟨um⟩.

In tegumento stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

594. Saec. XII, membran., mm. 276 × 175, ff. 125.

1 (f. 1) **S. Gregorii M.** Dialogorum lib. I; - (f. 19^{v}) II; - (f. 43) III; - (f. 75^{v}) IV (M. 77, 149-216; 66, 126-204; 77, 216-429). Praemittuntur singulis libris capitula eadem quae in edd. capitibus singulis praefixa sunt; subduntur libro II ⟨**Walberti** hexasticha in miracula s. Benedicti a Greg. M. narrata⟩, quae inc. *Clara pater superis gessit miracula sanctus,* des. *Gratia te saluet domini per tempora longa,* et ⟨**Pauli** diaconi In laude s. Benedicti carmen⟩ valde decurtatum; habet enim tantum versus 1-32. 63-68 (Poetae lat. m. aevi, 1, 36-38).

2 (f. 119) ⟨Fragmentum vitae fabulosae s. Macarii romani⟩ inde a verbis *igitur dei nos protegente* (Acta Sanctor., Octobr., 10, 567, D, 571).

Liber duabus columnis exaratus, inscriptionibus et litteris maioribus rubris distinctus, nonnullis adnotationibus et correctionibus auctus est tum primae tum posteriorum manuum: cfr. praesertim ff. 66^{v}-69^{r} in calce. Quaternio ff. 119-125, cuius supremo folio avulso membrana vacua recens suffecta fuit, serius aliunde accessit: *Hoc est aliud quam dialogu*⟨s⟩, praenotavit manus saec. XIV. In quaternione praecedente, cuius duo suprema folia nullo textus detrimento excisa sunt, codex olim desinebat: cfr. f. 118^{v} m. saec. XIV: *yste liber qui es ditus* (!) *dialogus sancti gregorii pape, abet folias 118.* F. 21 linea suprema una cum margine exsecta fuit. F. 42^{v} in fine l. II vacuum est.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

595. Saec. XII, membran., mm. 318 × 222, ff. I. 196.

S. Gregorii M. Dialogorum libri I-IV (M. 77, 149-216; 66, 126-204; 77, 216-429). Singulis libris (ff. 1. 37^{v}-38^{v}. 76^{r}-77. 133^{r}-135) eadem fere praemittuntur capitula, quae apud Migne singulis capitibus praefixa reperies.

Codex charactere langobardico duabus columnis perbelle descriptus est. Litterae librorum initiales paginam totam complectuntur et variis coloribus, auro figurisque miris et insolitis ornantur. Prima autem singulorum librorum verba capitalibus nigris in taeniis auratis exarata sunt. Interloquentium nomina, pariter atque nomen s. Benedicti, numerique romani minio sunt depicta: initiales interlocutionum rubro et flavo colore, vel rubro, flavo caeruloque ornatae; initiales denique fere singularum comprehensionum verborum atramento perscriptae et caeruleo flavoque, vel flavo rubro caeruleo colore tactae sunt. Quaterniones distinguuntur prima voce folii sequentis in margine ultimi folii exarata. Correctiones in textu raro occurrunt. F. I^{v} vacuum. I^{r} recentiore manu *Dialogus sancti gregorij pape.* | *Qui fecit cum diacono suo petro,* nota possessoris saec. XVI erasa aliaque pauca nullius momenti. 1^{r} stemma Ludovici de Torres cum subscriptione *L. Archiepisc. Montisregal.* 1^{v} in ventre primae litterae titulus *Incipit liber primus* | *dialogorum. sancti Gre-* | *gorii pape,* manu recentiore. 196^{r} imagines Iesu cruci fixi et Virginis Mariae, rudi manu saec. XII delineatae. 196^{v} duae calami probationes.

In tegumento tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

596. Saec. XII-XIII, membran., mm. 310 × 196, ff. 104.

S. Gregorii M. Dialogorum libri I-IV (M. 77, 149-216; 66, 126-204; 77, 216-429). Singulis libris praemittuntur (ff. 1. 19. 40. 71-72) eadem fere capitula, quae apud Migne singulis capitibus praefixa invenies.

Codex diligenter exaratus litteras maximas rubro et caeruleo, titulos, numeros romanos et saepe etiam interloquentium nomina litterasque maiores minio exhibet depicta. Correctiones et varias lectiones rudis manus recentior hic et illic tum in marginibus tum in textu ipso adiecit. 104^r calami probationes nullius momenti. F. 104^v vacuum.
In tegumento scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

597. Saec. XIV, membran., mm. 198 × 138, ff. 112 (+ ff. 36^a. 56^a librarii oscitatione omissis).

⟨**S. Gregorii M.**⟩ Dialogorum libri I-IV (M. 77, 149-216; 66, 126-204; 77, 216-429). Singulis libris praemittuntur capitula ab editis diversa, quorum I libri I (f. 1) *De sancto honorato*, XII *De sancto seuero episcopo;* I libri II (f. 19) *Ubi capisterium fractum uir domini benedicens pristine sanitati restituit*, XXXII (f. 20) *Ubi quedam mulier mente capta in uiri dei benedicti patris specum ingressa sanata est;* I lib. III (f. 41^v) *De sancto paulino nolane urbis episcopo*, XXXVII (f. 42) *De redempto ferentine urbis episcopo;* I lib. IV (f. 75) *Ubi sanctus benedictus germani episcopi animam ad celum ferri ab angelis aspexit*, LVIIII (f. 76^v) *Quoniam si insoluibiles culpe non fuerint. ad absolutionem prodesse etiam mortuis uictima sacre oblacionis possit.*

Codex binis columnis diligenter exaratus litteras maximas rubro et caeruleo, maiores caeruleo et rubro alterne, titulos et interloquentium nomina minio exhibet depicta. F. 112^r, libro expleto, scriptum legimus *Cum nauis desiderat ad portum ueniret (!). Ita magister iohannes aurimina desiderauit istum dyalogorum finire. deo gracias. amen.;* sequuntur nonnulla prorsus erasa, et recentiore manu versus *Rebus in humanis tria sunt dignissima laude | Uxor casta fidelis socius sincerus amicus.* 112^v sententiae quaedam ex s. Hieronymo, s. Bernardo etc. ad explanandum illud Evangelii *Quid prodest homini* etc.
In tegumento tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

598. Saec. XIII, membran., mm. 195 × 137, ff. 66.

S. Gregorii M. Dialogorum libri I-IV (M. 77, 149-216; 66, 126-204; 77, 216-429). Singulis libris (ff. 1. 11. 24. 42) eadem fere praemittuntur capitula, quae apud Migne singulis capitibus praefixa reperies. Capitula 29 sqq. libri IV in ms. desiderantur. F. 23, libro II expleto, *Incipiunt uersus de miraculis beati benedicti quos* *p a u l u s d i a c o n u s* *composuit* (M. G. H., Poetae latini aevi carolini, ed. Dümler, 1, p. 36-41) et f. 24 *Incipit relatum pauli diaconi et monachi: Diebus iustiniani* etc. (Dümler, loc. cit., p. 36).

Liber binis columnis exscriptus litteras maiores ac maximas, titulos, interloquentium nomina minio, capitulorum autem initiales rubro et nigro alterne exhibet depictas. F. 61, col. 1 excerptum ex cap. 8 lib. VI Etymologiarum s. Isidori Hispalensis a v. *Dialogus* ad v. *ad populum* (M. 82, 258, A, 4-B, 1) et modus conficiendi *encaustum, cenabrum, viridem colorem, auri pigmentum, azolum, azolum manzerium.* Ff. 61v-66v complent *Te deum*, versus ad processionem in Paschate, Ascensione et Pentecoste (Chevalier, Rep. hymn., nn. 17949. 17943. 17939) et antiphonae in processionibus Rogationum canendae cum notis musicis, alia manu saec. XIII exaratae.

In tegumento scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

599. Saec. XI, membran., mm. 229 × 154, ff. II. 126.

S. Gregorii M. Dialogorum libri I-IV (M. 77, 149-216; 66, 126-204; 77, 216-429). Praemittuntur singulis libris (ff. 1. 25. 49. 85v-86v) eadem fere capitula, quae apud Migne impressa sunt.

Codex oscitanter exaratus ab ipso praesertim librario hic illic correctus est. Litterae maximae atramento delineatae et rubro colore ornatae sunt, excepta littera initiali libri IV, quae minio illita est; litterae maiores rubro aut nigro, tituli et interloquentium nomina minio depicta sunt. Folia complura rescripta, sed prioris scripturae vestigia vix supersunt. Ff. I. II. 125. 126 ex lectionario saec. XIV avulsa. In summo f. 1r margine manu saec. XV *Item s. 108.* F. 124v manu saec XV *Iste liber est* ||||| ||||| ||||| ||||| ||||| *Sig. numero 73* et inferius post nonnulla verba erasa *numero 108:* sequuntur aliae voces erasae.

In tegumento scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

600. Saec. XIV, membran., mm. 490 × 343, ff. 171 (— f. 58 librarii oscitatione omisso).

1 (f. 1-3. 54-57). ⟨Chronica monasterii s. Andreae ad Clivum Scauri⟩ (ex hoc codice ed. Carini, *Cronichetta inedita * del monastero di s. Andrea ad Clivum Scauri,* Roma, 1893, p. 10 sqq.).

2 (f. 4v). **S. Gregorii M.** Dialogorum libri I-IV, capitulis praemissis (M. 77, 149-216; 66, 126-204; 77, 216-429).

3 (f. 58v). ⟨**Ioannis Diaconi** Vitae s. Gregorii M.⟩ libri I-IV cum capitulis singulis libris praemissis (M. 75, 61-242).

4 (f. 114v). ⟨**Pauli Diaconi** Vita s. Gregorii M.⟩ a v. *Denique a fideli* ad v. *cuius dolore necatus. in breui est defunctus* (M. ibid., 57, C, 11-58, D. 3; ex hoc cod. iterum ed. Carini, loc. cit., p. 19-21).

5 (f. 116). De vitis Patrum liber V seu Verba seniorum (in ms. *Incipiunt adhortaciones sanctorum patrum ad profectum perfectionis monachorum.*

* Non omnino tamen. Caput enim quod inscribitur « Translatio brachii s. Andreae etc. » iam ediderat Paulus de Angelis (Basilicae s. Mariae Maioris descriptio... Romae 1621, p. 134-135) et caput, cui titulus « Relatio domini Pascalis I... de inventione corporis b. Caeciliae martyris », iam typis evulgaverat Bosius (Historia passionis b. Caeciliae... Romae 1600, p. 42-45).

M. 73, 855-988). Liber decem et octo constat capitibus, quae in ed. libelli inscribuntur. Libello IX additae sunt sex lineae (*Vir quidam sanctus - peccatorem esse*); XV deest n. 89 et n. 66 subiungitur numero 88; XVII omissi sunt n. 5 (a v. « superiorum »). 6-19; XVIII desunt n. 1-3 (a v. « Et egerunt - ad cellas suas »). 5-8. 10-18. Libello XVIII expleto, subiunguntur (f. 162) excerpta libri VI De vitis Patrum, scilicet n. 12-17 libelli I, n. 1-4. 8 libelli II et n. 3 libelli III (cf. M. ibid., 993-1005).

6 (f. 131^v, col. 2). Vita s. Marinae (M. 73, 691-694). Haec vita inserta est inter n. 11 et 12 libelli VII libri V De vitis Patrum.

7 (f. 165). **S. Hieronymi** Vita s. Pauli primi eremitae (M. 23, 17-30).

8 (f. 167^v). *Vita uel obitus sancti Antonij abbatis* ex Vitis Patrum. Inc. *Antonius cum uiginti esset annorum et audiret legi in ecclesia si uis perfectus esse.* Des. *Sola oracio necessaria est uobis. Hec in uita patrum leguntur. Tandem beatus Antonius centesimo quinto anno uite sue fratres deosculans. in pace quieuit. Anno ab incarnacione domini trecentesimo quadragesimo.*

9 (f. 169). **S. Hieronymi** Vita s. Hilarionis, prologo omisso (M. 23, 30-54, C, 4). Des. *ut delibutum unguentis preciosissimis putaretur.*

Volumen duobus constat codicibus, quos binis columnis, duo scripserunt librarii. Codex prior folia 1-115 complectitur; idemque correctionibus in textu ipso refertus est alia praesertim manu descriptis; codex alter ex foliis 116-171 coalescit. Litterae maximae utriusque codicis rubro et caeruleo colore distinctae, maiores caeruleo et rubro alterna vice depictae, tituli minio exscripti. Ff. 3^v. 4^r. 115^v vacua. In marginibus folii 54^r vir quidam doctus saec. XVII notulas historicas conscripsit. F. 115^r capitula insunt nescio cuius libri, quorum I *Qua ratione credendum sit incorporeos spiritus tenere igneus corporeus possit*, XXIII *De relaxandis culpis alienis et nostre relaxentur.* 158^v scriptum legimus in margine: *Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo liber iste a Monasterio sancti gregorij ad quod pertinuit per manus sacrilegas furtiue surreptus est et dum vemditionis causa ad hospicium domini Thome Cicestrensis Illustrissimi Regis anglie* (sequuntur verba cancellata *Heredis ac regentis francie in romana) curia tunc ambassiatoris clamculo deportaretur libro per eum aliqualiter per folia reuoluto contigit a casu inter omnia libri capitula ad istud specialiter se oculos direxisse cuius concepta materia statim indicauit ex altissimi dispositione librum istum per sui manus specialiter restituendum fore et gratias agens deo et sancto gregorio raptore huiusmodi sacrilego inuito librum libere restituit eius monasterio supradicto.* 171^v pauca flocci facienda.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

601. Saec. XV, membran., mm. 143 × 98, ff. 180.

1 (f. 1). **S. Gregorii M.** Dialogorum lib. I-IV (M. 66, 126-204; 77, 149-429). Singulis libris (ff. 1. 26. 53^v. 95^v) praeeunt capita.

2 (f. 135). **<Pseudo->Augustini** De spiritu et anima liber (M. 40, 779-832).

3 (159). **S. Bernardi** In ps. 90 « Qui habitat » sermones I-VII usque ad v. *occasio sit interne* (M. 183, 185-207, C, 6).

F. 176. Signa Crucis ex variis divinarum Litterarum locis desumpta. Inc. *Leuabit signum in naciones.* Des. *Signum danpnacionis ... isti posuerunt signa sua. scilicet signa. et noticias peccatorum.* F. 177. De quattuor lavacris. Inc. *Quatuor sunt lauacra. de quibus ascendimus. primum baptismatis.* Des. *In quarto lauabit christus cum abluerit filiarum syon. in spiritu iudicij et in spiritu ardoris.* F. 178. In illud « Vos estis lux mundi. » Inc. *Pulcrior res que in mundo sit est lux.* Des. *paulus. bonum autem facientes non deficiamus etc.*

Codex partim binis columnis (f. 1-133), partim (f. 135-179) lineis plenis non una manu exaratus est. Textus hic illic correctus et retractatus. Litterae maiores aut rubro aut caeruleo colore pinguntur, maximae rubro et caeruleo. Tituli, disputantium nomina in Gregorii dialogis et capitulorum numeri minio exscribuntur. Ff. 134. 180^{r} vacua. 180^{v} infra codicis pretium (*s. II. gss.*) nota possessoris legitur misere abrasa *Iste liber pertinet ad usum fratris con.....*

In tegumenti tabulis stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

602. Saec. XII, membran., mm. 292 × 207, ff. 157.

S. Gregorii M. Dialogi; Vitae ss. Athanasii, Pachomii, Macariorum et Petri Alexandrini.

1 (f. 1). **S. Gregorii M.** Dialogorum libri I-IV. Inc. mutil. v. *clerici huius apostolicę sedis* (M. 77, 172, B, lin. 21-429). Finem capitis 4 libri III manus saec. XIV sic in margine dedit *P. Eundem, uirum hec facta. sola. fide credimus. an sanctitate potuisse. GG. Vt ex multis eius actibus agnosco sola hec fide contra malignum spiritum praeualuisse considero. Sed oportet* etc. Libris II-IV (ff. 16. 39^{v}. 70^{v}) praefixa sunt capita. 2 (f. 104). **Athanasii** vita s. Antonii abbatis, Euagrio interprete (Bibliotheca hagiographica latina Bolland., Antonius n. 1). 3 (f. 133^{v}) S. Pachomii vita cum prologo (Biblioth. hagiograph. lat., Pachomius iunior *b*). 4 (f. 140^{v}). De duobus Macariis. Inc. *De duobus magnis et precipuis...... Narrabant nobis quidam de fratribus.* Des. *eorum memoriam sollempniter cęlebremus. ut adiutores eos habeamus et protectores... Amen.* (cf. Biblioth. hagiograph. lat., Macarius n. 1). 5 (f. 150). S. Petri Alexandrini Passio in fine mutila (Bibl. hagiograph. lat., Petrus Alexand. III; ex hoc ipso cod. ed. A. Mai, Spicil. 3, p. 673-693).

Codex partim lineis plenis (f. 1-102), partim (f. 104-157) binis columnis exaratus est. Ff. 104-109 alia manu suppleta. Litterae maiores, tituli, capita textui inserta minio exscripta. Litterae initiales ff. 133. 140^{v} atramento delineatae animalia quaedam continent mira et insolita. In principio quaternio excidit. Quaterniones IV-XIII in ultimo singulorum folio signatos invenies. F. 157^{v} lavit A. Mai. F. 103 miserrime erasum graeca quaedam (librum accepti et expensi?) saec. XIII exarata continebat.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

603. Saec. XII, membran., mm. 374 × 250, ff. 115 (— f. 106 librarii neglegentia omisso).

S. Gregorii M. Dialogorum lib. I-IV (M. 66, 126-204; 77, 149-429). Libris II-IV (ff. 22. 46ᵛ. 79ᵛ) eadem praefixa invenies capitula quae ap. Migne occurrunt

Codex binis columnis exaratus. Tituli librorum et interloquentium nomina minio exscripta. Litterae maximae rubro viridi flavo colore pictae; maiores rubro aut flavo aut viridi, aut rubro flavo, rubro viridi, flavo viridi. Margines foliorum 1-4. 114 refecti sunt, folium 115 tineis pessumdatum novae membranae adglutinatum. In marginibus capitula minutis litteris iteravit manus saec. XV. F. 1ʳ in marg. inf. stemma *L*⟨udovici de Torres⟩ *Archiepisc. Montisregal.* 115ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

604. Saec. XII, membran., mm. 397 × 267, ff. 141.

1. **S. Gregorii M.** Dialogorum lib. I-IV (M. 66, 126-204; 77, 149-423, C, 7). Singulos libros (ff. 1. 19ᵛ. 39ᵛ. 69) praecedunt capitula. Libro IV (f. 100ᵛ, col. 1, lin. 3 ab imo) subnectitur homil. 8 libri I in Ezechielem a v. *ergo contra malignos* ad v. *redimunt* (M. 76, 857, B, 8-850, A, 3), quibus (f. 101ᵛ, col. 1, lin. 10 ab imo) subicitur hom. 7 inde a v. *Imitemur* (M. 76, 853, A, 6 — C, 3).

2. **S. Bernardi** opera. [1] (f. 102ᵛ). De duodecim gradibus humilitatis cum praefatione (M. 182, 941-972). Praeeunt (f. 102) Retractatio in tractatum (M. ibid., 939-940) et indices duodecim humilitatis graduum (*Duodecimus gradus humilitatis. Corde quam corpore semper humilitatem ostendere. defixis in terram aspectibus* — I *Timorem dei semper ante oculos ponere sibi et obliuionem omnino fugere.* Subicitur rubris litteris *Duo isti gradus primi extra claustrum ascendendi sunt et tunc demum in tertio gradu subdatur maiori qui ascendit*) et duodecim graduum superbiae (*Primus gradus superbiae. Curiositas. cum oculi ceterique sensus uagantur* — XII *Consuetudo peccandi.* Subicitur notis rubris *Duo isti ultimi gradus superbie intra claustrum descendi non possunt* etc.). [2] (f. 123). De praecepto et dispensatione cum (f. 122ᵛ) epistula ad abbatem Columbensem et praefatione (M. ibid., 859-894).

Codicem duae manus binis columnis exararunt, quarum prior ff. 1-125ʳ, altera reliqua. Tituli, interloquentium nomina, capita textui inserta, numeri minio exscripta sunt. Litterae maiores et maximae rubro colore aut viridi aut viridi et rubro depictae. Quaterniones tantum I-VII. IX in imis ff. supputantur.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

605. Saec. XII, membran., mm. 187 × 125, ff. II. 237 (+ ff. 27ᵃ. 28ᵃ. 34ᵃ. 81ᵃ 115ᵃ librarii oscitatione neglectis).

S. Gregorii M. In Ezechielem homiliae 1-22 (M. 76, 785-1072).

Litterae initiales rubro flavo caeruleo colore depictae, tituli rubri. F. I vacuum. Ff. II. 236ᵛ. 237 continent sententias ex s. Gregorio desumptas manu saec. XII. 237ᵛ manus saec. XV subiecit *Nec te decipiant animi sub uulpe latentes. Non bene cum sotiis regna uenusque manent.*

In tegumenti dorso insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecairi.

606. Saec. XV, membran., mm. 261 × 166, ff. 206.

S. Gregorii M. In Ezechielem hom. 1-22 cum prologo (M. 76, 785-1072). Singulis homiliis (exceptis II. XVII-XXII) praefixa sunt capita, quorum enumeratio continua pergit ab hom 1 ad 22 (Hom. I cap. I *De prophecie miraculis. et temporis modis;* VII *De incarnacione et de die iuditij. et de doctorum uita.* Hom. III cap. I *De quatuor faciebus euangelistarum;* IX *De conuersione gentilium.* Hom. IV cap. I *De euangelistarum figura;* IV *De peruersis qui bona que faciunt pensant* etc. Hom. V cap. I *De impetu spiritus. et impetu carnis;* V. *De doctore cuius predicatio deficit.* Hom. VI cap. I *De obscuritate litterarum;* VIII *De fidelibus ut firmi stent.* Hom. VII cap. I *De prophecie uerbis que subito mutantur;* VIII *De amore dei et proximi. et de presencia.* Hom. VIII cap. I *De multitudine populorum conuersis;* cap X *De uirtute dei quod non potest* etc. Hom. IX cap. I *De quacumque uirtute si facimus* etc.; X *De penitencia et gaudijs iustorum* etc. Hom. X cap. I *De uolumine quod sit comedendum;* cap. XII *De sacra scriptura intelligenda* etc. Hom. XI cap. I *De repeticione uerborum;* VI *De lumine per fenestram* etc. Hom. XII cap. I *De populo iudaico et gentili;* VIII *De zelo populi feruore diuinitatis.* Hom. XIII cap. I *Narracionis prophete ante captiuitatem;* XI *De oculis uidencium* etc. Hom. XIV cap. I *Cui deus spiritualia demonstrat alijs annunciet;* VI *De bonis operibus per gradus ascensionis.* Hom. XV cap. I *De prophetis qui limen fuerunt et dominus porta;* VIII *De caritate. id est dilectio dei et proximi.* Hom. XVI cap. I *De quinque corporeis sensum* etc.; VIII *De humilitate et mente auditorum* etc.). Homiliae I-XXII capita complectuntur CLXXIII.

Codicem ornant litterae initiales aureae et variis coloribus pictae. Tituli et auctoritates in marg. adscriptae rubro charactere. Ornamento, quod per margines folii 1ʳ digreditur, inest scutum card. P. Barbo. F. 205 notis rubris scriptum legitur *Explicit tractatus | exposicionis beati gregorij pape in ezechiel propheta | pars secunda ad honorem Rm̄i in christo patris et domini | mei domini p. c a r d i n a l i s s. M a r c i* (in rasura) *Episcopi V i c e n t i n i* (in rasura) *nec non ducis | Marchionis et comitis Scriptumque per me bru- | nonem iohannis de dauantria decretorum doctorem | Completo libro sit laus et gloria christo.* F. 206 vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

607. Saec. XI (ff. 185ᵛ. 186ᵛ saec. XII), membran., mm. 273 × 188, ff. 187.

S. Gregorii M. In Ezechielem homiliarum 1-22 libri I-II cum (ff. 1. 97) prologis (M. 76, 785-1072). In fine (f. 185ʳ) scriptum est notis capitalibus *Explicit*

liber in Hie- | zechihele propheta. sancti | Gregorii papȩ. feliciter. Inferius legitur *Scrutator cordium deus. libera nos a persequentibus nos. et da nobis in tui expectatione iudicii firmam custodiam mentis. ut non retribuamus inimicis mala pro malis.* .✝. | *O quam dulcis est nauigantibus portus. ita scriptori nouissima littera. Deo gratias amen.* F. 185ᵛ Sermo de basilicae dedicatione. Inc. *Scitis fratres karissimi quia ad huius basilice dedicationem conuenistis.* Des. ex abrupto *Vnde dominus dicit estote misericordes.*

F. 187. Quaedam de Adami peccato (*Adam quando peccauit in septem peccatis cecidit — Et ita quando aliquis cadit in uno criminali peccato. in his septem cadit*) et alia de tribus tabernaculis (*De tribus tabernaculis scribit apostolus, quorum primum in umbra est — Ibi uirga aaron. hic uirga de radice iesse*).

Codex diversis manibus exaratus, praebet litteras maximas rubro et flavo colore plerumque tinctas. Quaterniones numero XXIII supputantur in imis marginibus. In fine duernio adiectus. Textus correctionibus auctus est ab ipso librario. Margines sunt hic illic rebus notabilibus aspersi saec., ut vid., XII exaratis. Ff. 186ʳ. 187ᵛ vacua. 187ʳ calami probationes.

In dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

608. Saec. XII, membran., mm. 345 × 242, ff. 104 + (f. 51 bis numerato).

S. Gregorii M. Homiliarum in Ezechielem libri I-II, praeviis prologis (M. 76, 785-1072).

Codex, qui duobus fasciculis constat, ut colligitur ex quaternionum supputatione imis foliis apposita, binis columnis exaratus est. Litterae initiales sunt plerumque variis coloribus depictae, tituli minio exscripti, quorum septem primos libri I et primum libri II (*Incipit omelia prima gregorii Pape in secunda parte iezechielis*) litteris minutissimis librarius imis marginibus pro pictore inscripsit. Ff. 1-3 liquore pessumdata, nullo tamen textus detrimento. Folium 104, cuius frustulum tantum supererat, nova membrana suppletum est. In membranula tegumento posteriori adglutinata *Gregor. homel. in prima | et secunda parte Ezechiel. | 185* manu saec. XVI.

In dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

609. Saec. XII, membran., mm. 322 × 217, ff. 168.

1 (f. 1). **S. Gregorii M.** In Ezechielem homiliarum lib. I-II cum prologis (M. 76, 785-1072). Lib. II (f. 87) inscribitur *Incipit expositio sancti Gregorii pape super extremam partem Iezechielis prophete.*

2 (f. 167). **S. Augustini** epistulae 18. 20. 19 (M. 33, 85-87).

Textus hic illic additionibus et correctionibns auctus. Litterae initiales et tituli rubro picta. Librarius in marginibus inscriptiones minuta littera notavit pro rubricatore. Quaternio ultimus, scil. XXI, ultimo folio caret. Complura folia intercisa invenies filoque consuta. F. 168ᵛ vacuum, nisi quod in margine summo habet, manu saec. XV, *Dilecto filio nobili uiro Johanni* et in parte inf. *V. 2 flor.*

Tegumenti dorsum habet insignia Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

610. Saec. XIV-XV, membran., mm. 343 × 247, ff. 122.

S. Gregorii M. (f. 1) Super Ezechielem hom. 1-22 (M. 76, 785-1072) cum (ff. 1. 62) prologis (lib. II inscribitur *Incipit uisio secunda*).

F. 118. Notabilia quaedam (I, ex libro III Dialogorum, cap. 34, inc. *Axa filia caleph:* ult., ex hom. X libri II in Ezechiel., *aliquando filios pane nutrit. aliquando flagello corrigit*).

Codex est binis columnis exaratus et titulis rubris instructus. Litterae initiales minio exscriptae lineolis violaceo colore ornantur, praeter primam caerulo pictam. Perperam librarius ff. 17-19 numeris 117. 118. 119 signavit. F. 122 vacuum.
In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

611. Saec. XIV, membran., mm. 306 × 225, ff. 177.

S. Gregorii M. **1** (f. 1) Super Ezechielem hom. 1-22 (M. 76, 785-1072) *excepte ad uenerabilem uirum et sibi dilectum marinum episcopum transmisse;* **2** (f. 92) Homiliae 1-40 in Evangelia, praemisis (f. 91) prologo ad Secundinum episcopum et indice (M. ibid., 1075-1312).

Homilias in Ezechielem f. 88ᵛ sequitur prophetiae textus, i. e. capp. 1-4, 3; 40, 1-47.

Codex binis columnis exaratus, titulis minio exscriptis distinguitur litterisque maioribus et maximis rubro et caeruleo colore ornatis. Inscriptiones et numeri in summis foliis appositi notis rubris et caerulis alternis. Foliorum margines, in quibus notabilia occurrunt plumbo exarata, ut plurimum aucti sunt vel completi. In fine codicis legitur litteris rubris *Incipit epistola beati augustini episcopi ad au | relium episcopum cathaginensem in libros | de trinitate Sub aurelio episcopo beatus | augustinus hypon. episcopatum geres (!) quo | iubente plures edidit libros.*
In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

612. Saec. XII, membran., mm. 288 × 187, ff. 196 (+ ff. 8ᵃ. 166ᵃ librarii oscitatione neglectis).

S. Gregorii M. homiliarum super Ezechielem (f. 4) lib. I-II. Praemittuntur [1] (f. 1) Ezechielis prophetiae capp. I-IV, 3; [2] (f. 3ᵛ) praefatio Mariano episcopo. In fine libri I legitur notis rubris *Explicit liber primus omeliarum beati gregorij papę urbis romę super primam partem ezechielis prophetę. Incipit extrema pars eiusdem prophetę.* In fine libri II litteris capitalibus minio exscriptis *Explicit liber secundus omeliarum beati gregorij papę urbis Romę super extremam partem ezechielis prophetę.*

Textus ab ipso librario correctionibus auctus. Litterae maximae variis plerumque coloribus ornantur, maiores viridi aut rubro (semel, f. 3ᵛ, colore caeruleo) exscribuntur. Singulos titulos, quos librarius minutis litteris in marginibus adnotaverat, pictor suo loco minio descripsit. Hic illic animalia quaedam invenies rudi calamo delineata. Folia habent

duplicem enumerationem. Fasciculi (quorum XIV quinternio est; XVI-XXI sexterniones, XXII duernio, reliqui quaterniones) in primo singulorum folio supputantur. F. 196 nova membrana recentius suppletum est. Summo folio 1^r manus saeculi, ut videtur, XV apposuit notam numeralem *43* titulumque *Gregorius super Ezechielem.*

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

613. Saec. XII, membran., mm. 281 × 216, ff. 115.

S. Gregorii M. homiliarum in Evangelia lib. I-II (M. 76, 1075-1312). Singulis libris (ff. 1. 58) index praemittitur.

Litterae initiales minio exscriptae, praeter primam (f. 1^v). Manus saec. XIII versiculos de Sacramento Eucharistiae et de morte imis marginibus foliorum 58. 106^v adscripsit, eademque in folio 115^v, inter alia quae referre operae pretium non videtur, notavit *frater Heinricus nowicius indutus est in scanto* (!) *die beati gregorj*. 115^r legitur *Vt mei memores sint hec mea scripta legentes*. Fasciculi in imis marginibus notantur. Complura folia perforata.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

614. Saec. XIV, membran., mm. 289 × 206, ff. 128.

1 (f. 9). **S. Gregorii M.** in Evangelia homiliae quadraginta hoc ordine: 1. 6. 7. 20. 8. 10. 28. 19. 15. 2. 16. 40. 18. 33. 21. 23. 24. 25. 22. 26. 14. 29. 30. 34. 36. 38. 31. 39. 5. 27. 32. 37. 3. 4. 35. 17. 9. 13. 12. 11. In fine legitur *Hic finiunt. XXXX. omelie gregorii | finito libro sit laus et gloria christo | Summo gregorio nos demus laudes in mundo.*

2 (f. 123). Auctoritates ex divinis Litteris atque ex Patrum operibus excerptae de humilitate, de indulgentia, de compunctione, de confessione, de decimis. Inc. *De humilitate dominus dicit in euangelio. cap. 1 discite a me.* Des. mutil. *ecce si tardaueris dare.*

Ff. 1-7, alia manu librarii fere coaequali exarata, continent fragmenta Expositionis in s. Pauli epistulam ad Romanos locis ex Patribus desumptis magna ex parte constantia. Inc. *Sicut ex rebus naturalibus que generantur.* Principium expositionis in c. 4-7 (f. 3^v) iterum exscriptum est f. 1 (*Emitte manum tuam de alto*) post versiculos 11 (*Suscipe summe pater que minor offitio pater. - Hac ope non opibus opus est operam tantam tibi danti*). Expositio des. *qui hoc loquitur qui debet.*

Codex binis columnis exaratus litteras initiales minio exscriptas habet, saepe et flavo colore pictas, titulos vero omnes, pariter atque auctoritates in foliis 3^v-7; 123-128 adnotatas, rubro colore. Nonnulla folia acia consuta. Ff. 8. 68^v vacua. 7^v librarius annos 1285-1332 notavit, tabulam paschalem vel festorum mobilium describere aggressus: sed 1^{am} lineam tantum exaravit, eandemque delevit.

In tegumento stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

615. Saec. XI-XII, membran., 495 × 325, ff. 287 (+ f. 60ª bis numerato et ff. 169ª. 172ª librarii neglegentia omissis).

1. **S. Gregorii M.** Homiliarum in evangelia (f. 1ᵛ) liber I; - (f. 26ᵛ) liber II, ultima homilia omissa (M. 76, 1077-1301). Praemittitur praefatio (M. ibid., 1075-1078), quam sequuntur capitula utriusque libri. Homiliarum ordo idem est atque in ed. cit., excepta homilia 24 quae post 25, et 28 quae post 29 venit. Lectionum autem evangeliorum prima tantum verba exhibentur.

2. Homiliae diversorum Patrum per anni circulum. [1] (f. 64). Fer. IV Cinerum Homilia *b. augustini* in evang. s. Matth. *Cum autem ieiunatis* etc. Post evangelii verba homilia inc. *Est his preceptis omnem nostram intentionem in interiora gaudia dirigi. ne foris querentes mercedem, huic seculo confirmemur.* Des. *tuta transuectio. per quam nostra ad deum a deo fidei iussore portantur.* Principium huius homiliae consonat cum Bedae Expositione in idem evangelium, sed homilia alio ex loco desumpta est (cf. M. 92, 33, C, 14). [2] (f. 65). Fer. V post Cineres. ⟨S. Petri Chrysologi⟩ (in ms. *Seueriani episcopi*) sermo 101 (M. 52, 484-487). [3] (f. 66). S. Augustini sermo. Inc. *Videamus utrum de seruo centurionis.* Des. *nichil inueniantur habere contrarium* (desumptus est ex lib. II De consensu evangelistarum. M. 34, 1100, lin. 13 ab imo - 1101, lin. 12 ab imo). [4] (f. 66ᵛ). Fer. VI. S. Hieronymi *Tractatus* in evang. secundum Marcum *Audistis quia dictum est antiquis. Diliges proximum tuum* etc. Inc. *Multi precepta dei imbecillitate sua.* Des. *Recte ergo et hii quibus peccata dimittuntur, homines appellati sunt* (desumptus est ex Commentario in evang. s. Matth. M. 26, 42, A, 14-45, A, 13). [5] (f. 67). ⟨S. Augustini homilia in idem evangelium⟩. Post verba *Diligite inimicos uestros* etc. homilia inc. *Sine ista dilectione qua etiam inimicos.* Des. *ne imperitia nostra diuina scriptura quod fieri non potest a se dissentire uideatur* (desumpta est ex s. Augustini lib. I De sermone Domini in monte. M. 34, 1264, lin. 19 ab imo - 1267, lin. 17 ab imo). [6] (f. 68). Sabb. Ven. Bedae homilia in evang. s. Marci *Et cum dimisisset eos* etc. Inc. *Non omnis qui orat.* Des. *et illius postea fruimur maiestate* (desumpta est ex Expositione in idem evang. M. 92, 195, D, 2 ab imo - 198, C, 8). [7] (f. 69). *Expositio* in Isaiam *Haec dicit dominus. si abstuleris de medio tui catenam* etc. Inc. *Orietur tibi matutina lux. et sanitates tuae.* Des. *sed placatus sit ei dominus et omnes indignationis semitae conquiescant.* [8] (f. 70). Fer. II post Dominicam I Quadragesimae. Origenis sermo in evang. s. Matth. *Cum autem uenerit filius hominis in gloria sua.* Inc. *Indiscussus quidem sermo.* Des. *postea quae honoris sunt appetamus bona* (Combefis, Bibliotheca Patrum concionatoria, Parisiis 1662, 2, p. 221-224). [9] (f. 72ᵛ). Fer. III. S. Ioannis Chrysostomi homilia in evang. s. Matth. *Cum introisset ihesus hierosolimam.* Post evangelii verba homilia inc. *Merito commouebantur. uidentes rem*

mirabilem. Des. *nec gaudent ubi epulae largae sunt, sed ubi sanctitas floret* (Combefis, loc. cit., p. 253-255). [10] (f. 74v). Fer. IV. S. Hieronymi expositio in evang. s. Matth. *Accesserunt ad ihesum scribae et pharisei* etc. Inc. *Tunc responderunt... Sic signum postulant.* Des. *Qui tamen intrare non poterunt, nisi alios rogauerint* (M. 26, 84, 4 ab imo - 88, B, 5). [11] (f. 75r). ⟨S. Caesarii Arelatensis episcopi homilia 17⟩ (M. 67, 1079-1081; est tamen alia recensio). [12] (f. 76). Fer. V. Ven. Bedae homilia 5 lib. I (M. 94, 102-105). [13] (f. 77). Fer. VI. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Erat dies festus iudeorum* etc. (est tractatus XVII in Ioan. M. 35, 1527-1535). [14] (f. 80). Sabb. ⟨Ven. Bedae homilia 17 lib. I⟩ (M. 94, 96-101). [15] (f. 82). Fer. II post Dominicam II Quadragesimae. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Ego uado et queritis me* etc. (est tractatus XXXVIII in Ioan. M. 35, 1675-1681). [16] (f. 84). Fer. III. S. Ioannis Chrysostomi homilia in evang. s. Matth. *Locutus est ihesus ad turbas* etc. Inc. *Tunc ihesus locutus est... Postquam dominus impios sacerdotes.* Des. *qui erat causa conuiuii* (Combefis, loc. cit., p. 448-450, B, 11). [17] (f. 86). Fer. IV. Ven. Bedae homilia 17 lib. II (M. 94, 228-233). [18] (f. 88). Fer. VI. S. Ioannis Chrysostomi homilia in evang. s. Matth. *Homo erat pater familias* etc. Inc. *Homo erat pater familias. Homo appellat hominem.* Des. *ut iam licenter peccaret* (Combefis, loc. cit., p. 544-547). [19] (f. 90r). Sabb. S. Hieronymi *Tractatus de frugi et luxurioso* (est epistula 21. M. 22, 379-394). [20] (f. 95). Fer. II post Dominicam III Quadragesimae. S. Ambrosii homilia in evang. s. Luc. *Dixerunt pharisei ad ihesum. Quanta audiuimus facta* etc. Inc. *Amen dico uobis quod nemo propheta... non mediocriter inuidia proditur.* Des. *sed pro toto orbe moreretur* (Combefis, loc. cit., p. 623-625). [21] (f. 96v) Fer. III. S. Hieronymi *Tractatus* in evang. s. Matth. *Si peccauerit in te frater tuus* etc. Inc. *Si peccauerit in te frater tuus... Si peccauerit in nos frater noster.* Des. *quotiens ille peccare non posset* (Combefis, loc. cit., p. 646-647). [22] (f. 97). *Unde supra Sermo S. Seueriani episcopi.* Inc. *Dominus christus pietatis magister in euangelio suo sic locutus est.* Des. *Dimittentur tibi peccata multa. quoniam cum dilectione plurima dimisisti.* [23] (f. 97r). Fer. IV. S. Hieronymi homilia in evang. s. Matth. *Accesserunt ad ihesum scribae et pharisei dicentes. Quare discipuli tui* etc. Inc. *Quare discipuli tui ... Mira phariseorum scribarumque stultitia.* Des. *intellegit cor amoris iaculo uulneratum* (desumpta est ex eiusdem s. Hier. Commentario in evang. s. Matth. M. 26, 108, B, 8 - 113, A, 12). [24] (f. 98r). Fer. V. S. Ambrosii homilia in evang. s. Lucae *Surgens ihesus de synagoga* etc. Inc. *Socrus symonis... Vide clementiam.* Des. *seruare non possint* (desumpta est ex eiusdem s. Ambrosii Expositione in Luc. M. 15, 1713, D, 6 - 1717, B, 3). [25] (f. 99r). Fer. VI. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Ihesus ergo fatigatus ex itinere* etc. (est tra-

ctatus XV in Ioan. M. 35, 1510-1522). [26] (f. 103). Sabb. S. Augustini (in ms. *Bede*) homilia in evang. s. Ioan. *Perrexit ihesus in montem olиueti* etc. (est tractatus XXXIII in Ioan. M. ibid., 1647-1651). [27] (f. 104^{r}). Fer. II post dominicam IV Quadragesimae. Ven. Bedae homilia 22 lib. I (M. 94, 114-120). [28] (f. 106^{v}). Fer. III. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Iam die festo mediante ascendit ihesus in templo* (est tractatus XXIX in evang. s. Ioan. M. 35, 1629-1632). [29] (f. 108). Fer. IV. Eiusdem s. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Preteriens ihesus* etc. (est tractatus XLIV. M. ibid., 1713-1719). [30] (f. 109^{r}). Fer. IV. Eiusdem s. Augustini sermo 98 (M. 38, 591-595). [31] (f. 111). Fer. VI. S. Petri Chrysologi (in ms. *Seueriani*) sermo 65 (M. 52, 382-386). [32] (f. 112). Sabb. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Ego sum lux mundi* etc. (est tractatus XXXIV, cui subnectitur XXXV. M. 35, 1652-1662). [33] (f. 115). Fer. II post dominicam Passionis. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Miserunt principes et pharisei ministros* etc. Inc. *Principes uero illi sunt.* Des. *et iudicium minabatur* (est pars tractatus XXXI. M. ibid., 1639, lin. 16 ab imo - 1642). [34] (f. 116). Fer. II. ⟨S. Leonis M.⟩ sermo 64 (M. 54, 358-361). [35] (f. 117). Fer. VI. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Ambulabat ihesus in galilea* (est tractatus XXVIII. M. 35, 1622-1628). [36] (f. 119). Fer. III. ⟨S. Leonis M.⟩ sermo 61 (M. 54, 346-349). [37] (f. 119^{r}). Fer. IV. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Facta sunt encenia* etc. (est tractatus XLVIII. M. 35, 1741-1746). [38] (f. 121^{r}). Fer. V. S. Haymonis Halberstatensis (in ms. *Bede*) pars homiliae 66. Inc. *Iudas scarioth... Infelix iudas.* Des. *et curare conuincitur* (M. 118, 395, D, 9 - 398, A, 2). [39] (f. 122). ⟨S. Leonis M. sermo 71⟩ (M. 54, 385-390). [40] (f. 123). Fer. VI. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Collegerunt pontifices* etc. Inc. *Collegerunt... nec tamen dicebant credamus.* Des. *quam se offerendo magis accederent* (est pars tractatus XLVIII. M. 35, 1757, lin. 26-1758). [41] (f. 123^{v}). ⟨S. Leonis M. sermo 66⟩ usque ad v. *Huic autem cohortationi nostrae adest. atque auxiliatur gratia dei* (M. 54, 364-367, C, 12): subtexuntur v. *Nam dum uestimenta a militibus - aduersum me ut non egrediar.* [42] (f. 124^{v}). Sabb. S. Ambrosii homilia in evang. s. Marci *Rogabat ihesum quidam phariseus* etc. Inc. *Et ecce mulier... Hoc loco plerique pati uidentur.* Des. *potuit enim uenundari multo pretio* (desumpta est ex Expositione in Lucam. M. 15, 1757-1761). [43] (f. 125^{r}). Fer. II Palmarum. S. Augustini homilia in evang. s. Lucae *Ante sex dies paschae* etc. Inc. *Ante sex dies paschae... Factum audiuimus. mysterium requiramus* (est pars tractatus L in Ioan. M. 35, 1760-1764). [44] (f. 127). Dominica Palmarum. Homilia in evang. s. Matth. *Scitis quia post biduum pascha fiet* etc. Inc. *Marcus uero dicit. Erat autem pascha et azima post biduum.* Des. *ut sua negatione disceret aliis misereri qui erat pastor futurus.* [45] (f. 132).

Fer. III Palmarum. Ven. Bedae (?) homilia in evang. s. Marci *Et ueniunt in predium cui nomen iethsemani.* Inc. *Monstratur usque hodie locus gethsemani.* Des. *totum est opus perfectum* (cf. M. 94, 395, D, 6 - 410). [46] (f. 138). Fer. V. Homilia in evang. s. Ioan. *Ante diem festum paschę* etc. Inc. *Itaque* (corr. *Utique*) ⟨*ut*⟩ *et ipsi de hoc mundo* (cf. M. 35, 1785, lin. 34). Des. *tamquam fuerit factum. quod erit tamquam proxime futurum. Per eum qui uiuit et regnat in saecula saeculorum amen.* [47] (f. 141ᵛ). ⟨Fer. VI. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan.⟩ *Egressus ihesus cum discipulis suis trans torrentem cedron.* Inc. *Hoc quod narrat.* Des. *ut ligno cum duobus latronibus configeretur* (desumpta est ex tractatibus CXII-CXVI. M. 35, 1930, 3-1944, 9 ab imo). [48] (f. 145). Sabbato sancto. *Beati remigii* homilia in evang. s. Matth. *Vespere autem sabbati* etc. Inc. *Beatus Matheus a parte quippe prime noctis.* Des. *si nunc corrupta uitiorum opera transmigrare studeamus* (cf. Bandini, Biblioth. Laurent., 1, col. 425, § 136). [49] (f. 146ᵛ). Fer. III post Pascha. Homilia in evang. s. Luc. *Stetit ihesus in medio discipulorum suorum* etc. Inc. *Hanc ostensionem domini post resurrectionem intelligitur. et iohannes commemorare. sic loquens. Cum esset ergo sero die.* Des. *non tantum ueniam reatus a patre, sed uitę aeterne gaudium uiderent esse donatum* (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 1, col. 322, § 96). [50] (f. 148). Fer. VI. Homilia in evang. s. Matth. *Undecim discipuli abierunt in galileam* etc. Inc. *Narrat sanctus euuangelista superius. quia angelus praedixit dominum discipulos suos in galileam praecessurum.* Des. *qui hoc presenti saeculo in hospitio sui cordis meruerunt cum* (!) *habere mansionem* (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 1, col. 323, § 99). [51] (f. 149). Dominica III post Pascha. Homilia in evang. s. Ioan. *Modicum et iam non uidebitis me* etc. (est tractatus CI s. Augustini in Ioan. M. 35, 1893-1896, usque ad v. *de presenti dolore*). [52] (f. 150). Dominica IV post Pascha. S. Augustini homilia in evang. s. Ioan. *Vado ad eum qui me misit* etc. Inc. *Cum dominus ihesus praedixisset discipulis suis persecutiones quas passuri fuerant.* Des. *Adhuc multa abeo* (!) *uobis dicere. sed non potestis portare modo* (desumpta est ex tractatibus XCIV-XCVI. M. 35, 1868-1874, lin. 32). [53] (f. 152). Dominica V post Pascha. ⟨Haymonis Halberstatensis⟩ homilia 89 (M. 118, 522-527). [54] (f. 154). In festo sanctorum Philippi et Iacobi. *Beati augustini* homilia in evang. s. Ioan. *Non turbetur cor uestrum* Inc. *De* (lege *Ne*) *mortem mortem* (!) *tamquam homines timerent. et ideo turbarentur.* Des. *Haec ergo domus dei. hoc templum dei. hoc regnum dei.* [55-56] (f. 155). In litaniis maioribus. ⟨Haymonis Halberstatensis⟩ homiliae 92. 90 (M. 118, 530-534; 527-528). [57] (f. 156ᵛ). In vigilia Ascensionis. *Beati Augustini* homilia in evang. s. Ioan. *Subleuatis ihesus oculis in celum* etc. Inc. *Poterat Dominus unigenitus et coeternus patri.* Des. *tempus est ut habeam etiam sedens in dexteram tuam* (cf.

Bandini, Biblioth. Leopold., 1, 391, § 23). [58] (f. 158^{v}). In Ascensione Domini. ⟨S. Augustini sermo 263⟩ usque ad v. *si non premant spiritum sarcina peccatorum* (M. 38, 1209 1211, lin. 4). [59] (ibid). ⟨Pseudo-Augustini sermo 177⟩ (M. 39, 2082-2083). [60] (f. 159). ⟨Eiusdem sermo 176⟩ (M. ibid., 2081-2082). [61] (f. 159^{v}). *Aliud* (!) *sermo*. Inc. *Cum enim christus ascendit ad celum.* Des. *ibi resedit ut condempnet. iude proditoris ammissum* (!). *Qui uiuit* etc. (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 1, 431, § 167). [62] (f. 160^{v}). Dominica I post Ascensionem. Homilia in evang. s. Ioan. *Cum autem uenerit paraclitus.* Inc. *Quique* (!) *hôc pertinet ad alium quod dixerat.* Des. *Et quando carnem occidere potuit. fidem tenebrare non potuit.* [63] (f. 162). In vigilia Pentecostes. Homilia *beati Augustini* in evang. s. Ioan. *Si diligitis me. mandata mea seruate.* Inc. *Spiritum paraclitum karissimi promisit apostolis.* Des. *uidendus et schiendus* (!) *esse non potest a nobis si non sit in nobis.* [64] (f. 163). Fer. II post Pentecosten. Homilia *B. Augustini* in evang. s. Ioan. *Sic enim dilexit deus mundum.* Inc. *Quomodo qui intuebantur illum serpentem.* Des. *Nondum enim missus erat iohannes in carcere.* [65] (f. 163^{v}). Fer. III. ⟨Haymonis Halberstatensis⟩ homilia 102. Inc. *Propter illorum uanam et superbam. et insanabilem arrogantiam* (M. 118, 564-567). [66] (f. 164^{v}). Fer. IV. ⟨S. Augustini homilia⟩ in evang. s. Ioan. *Nemo potest uenire ad me* etc. Inc. *Magna gratie commendatio.* Des. *Ammonet quod sequitur* (est pars tractatus XXVI. M. 35, 1607, § 2, lin. 6 - 1610, § 10, lin. 1). [67] (f. 165^{v}). Fer. V. ⟨Pseudo-Bedae⟩ homilia 72 (M. 94, 455-457). [68] (f. 166). Fer. VI. Homilia in evang. s. Lucae *Factum est in una dierum.* Inc. *Ubi dominus sedens docuerit quando scribis et phariseis.* Des. *stupentia corda conuertunt* (desumpta est ex ven. Bedae Expositione in Luc. M. 92, 386, D, 1 - 389, A, 8). [69] (f. 167). Sabb. Homilia in evang. s. Luc. (in ms. *Iohan.*) *Surgens hiesus de synagoga.* Inc. *Sicut uirum a demonio liberatur* (!) *moraliter animum ab immunda cogitatione purgatam* (!) *significare dixerimus.* Des. *Maxime cum haec prima sabbati. quo resurrectio celebrata est egressio. quesitio et inuentio contingerit* (desumpta est ex ven. Bedae Expositione in Luc. M. 92, 380, B, 4 - 381, C, 12). [70] (f. 167^{v}). Dominica octava Pentecostes. Homilia in evang. s. Ioan. *Erat homo ex phariseis nomine nichodemus.* Inc. *Iam hoc nostis.* Des. *manifestare ea que dicimus* (est pars tractactus X s. Augustini in Ioan. M. 35, 1476, lin. 3 - 1480, lin. 8). [71] (f. 168^{v}). Fer. IV. Homilia in evang. s. Luc. *Dies autem ceperat declinare.* Inc. *Et accedentes duodecim dixerunt illi .. Die declinata. turba saluator reficit.* Des. *Nec quisquam potest interiorum participes* (!) *esse cum christo* (desumpta est ex ven. Bedae Exposit. in Luc. M. 92, 449, C, 6 - 451, B, 4). [72] (f. 169). Fer. VI. Homilia in evang. s. Luc. *Venit homo ad ihesum cui nomen hiayrus.* Inc. *Priori lectioni quam de abiectiones* (!) *synagoge sumus.* Des. *oleo autem peccatoris non*

impinguet capud meum (est desumpta ex op. cit. ven. Bedae. M. ibid., 441, A, 5 - 445, D, 9). [73] (f. 170). Sabb. Homilia in evang. s. Matth. *Egrediente ihesu ab hiericho.* Inc. *In hoc loco sancti euangelistę uaria narrauerunt. Et matheus narrat duo* (!) *cęcos illuminatos a domino.* Des. *Videntes quippe secuti sunt. quia bonum quod intellexerunt. operari studuerunt.* [74] (f. 171). Dominica I post octavam Pentecostes. S. Gregorii M. homilia 40 usque ad v. *dominus iudicia duo expleuit* (M. 76, 1301-1305, D, 5). [75] (f. 172). Dominica IV post octavam Pentecostes. ⟨Haymonis Halberstatensis homilia 115 (M. 118, 615-622). [76] (f. 173v). Dominica V post octavam Pentecostes. ⟨Ven. Bedae (?)⟩ homilia 5 (M. 94, 278-280). [77] (f. 174v). Dominica VI post octavam Pentecostes. ⟨Haymonis Halberstatensis⟩ (in ms. *Remigii*) homilia 118 (M. 118, 629-634). [78] (f. 176v). Dominica VII post octavam Pentecostes. ⟨Eiusdem Haymonis⟩ homilia 119 (M. ibid., 634-640). [79] (f. 178v). Dominica VIII post octavam Pentecostes. Homilia in evang. s. Matth. *Adtendite a falsis prophetis* etc. Inc. *Paulo superius dixerat dominus. quam angusta porta et arta uia quę ducit ad uitam.* Des. *Illi ergo qui me imitantur. uoluntatem patris mei faciunt. et ipsi intrabunt in regnum cęlorum* (cf. Bandini, Biblioth. Laurent., 1, 480, § 35). [80] (f. 180v). Dominica IX post octavam Pentecostes. Ven. Bedae (?) homilia 8 usque ad v. *certissima debent spe sume* (!) *retributionis erigi* (M. 94, 284-286, A, 5). [81-88] (f. 181). In dominicis XI-XVII post octavam Pentecostes. ⟨Haymonis Halberstatensis⟩ homiliae 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130 (M. 118, 661-696). Homilia 125 in ms. tribuitur Bedae et hom. 127 s. Remigio. [89] (f. 193v). Dominica XVIII. Homilia in evang. s. Matth. *Accesserunt ad ihesum saducei.* Inc. *Facit et huius loci beatus marcus mentionem.* Des. *et qui se prouide de benefactis humiliat apud deum exaltabitur.* [90] (f. 195v). Dominica XIX. Homilia in evang. s. Matth. *Ascendens ihesus in nauiculam.* Inc. *Significat quia dominus relicturus iudeam ob infidelitate* (!) *prius arborem crucis conscendens. somnum mortis gustauit.* Des. *Nos uero qui eum per fidem credimus. nullo modo admirari debemus* (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 1, 582, § 37). [91] (f. 197v). Dominica XXII. *B. Remigii* homilia in evang. s. Matth. *Simile est regnum caelorum homini regi* etc. Inc. *Usitata res fuit syris. et maxime palestinis. ad omnes sermones suos parabolas iungere.* Des. *sed etiam illud quod per penitentiam dimissum gaudebamus a nobis exigetur* (cf. Bandini, Biblioth. Laurent., 1, 319, § 61). [92] (f. 198v). Dominica XXIII. Homilia in evang. s. Matth. *Habeuntes* (!) *pharisei consilium inierunt...* Inc. *Tunc videlicet finitis parabolis quam* (!) *dominus eis proposuerat.* Des. *Et quia se iustos esse putabant. idcirco iustis uię iustificati dicebantur. non tamen ab aliis sed a se ipsis.* [93] (f. 199v). Dominica XXIV. Homilia in evang.

s. Matth. *Loquente ihesu ad turbas. ecce princeps* etc. Inc. *Octavum signum est in quo princeps suscitari postulat filiam suam.* Des. *iam salua facta es* (desumpta est ex s. Hieronymi Commentario. M. 26, 59, C, 13-60, B, 13). [94] (f. 200). In festivitate s. Ioannis Baptistae. Homilia in evang. s. Lucae *Helisabet impletum est tempus pariendi...* Inc. *Denique impleti sunt dies ut pareret maria. impletum est tempus ut pareret helisabeth.* Des. *nequaquam sui penam sermonis de professione sensus euasit* (desumpta est ex s. Ambrosii Expositione in Luc. M. 15, 1643, C, 10 - 1646, A, 14). [95] (f. 200ᵛ). In vigilia s. Petri. Homilia in evang. s. Ioan. *Dixit ihesus petro. Symon iohannis* etc. Inc. *Hunc inuenit exitum.* Des. *ouis est factus* (est pars tractatus CXXIII s. Augustini in Ioan. M. 35, 1967, 6 - 1969). [96] (f. 201ᵛ). In festo s. Petri. Homilia in evang. s. Matth. *Venit ihesus in partes cesaree phylippi...* Inc. *Phylippus est* (lege *iste*) *sicut lucas testatur. tetrarcha fuit ituree.* Des. *nec. ianuam regni celestis posse ingredi* (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., 1, 353, § 90). [97] (f. 203ᵛ). In festo s. Pauli. Homilia *b. remigii* in evang. s. Matth. *Dixit Symon petrus ad ihesum. Domine nos relinquimus omnia...* Inc. *Eo namque amore quo quo* (!) *prae ceteris respondere solebat petrus.* Des. *et omnia possidentes* (cf. M. 26, 144, A, 10 - 145, B, 5). [98] (f. 204ᵛ). In nativitate XII Apostolorum. Homilia in evang. s. Lucae *Vocauit ihesus discipulos suos et elegit duodecim ex ipsis...* Inc. *Ubi notandum quod euangelica et apostolica* ⟨*Scriptura*⟩ *non solum illos duodecim appellat discipulos christi.* Des. *Voluit deseri. uoluit prodi.... ut.... feras tuum errasse iudicium. perhisse* (!) *beneficium* (desumpta est ex ven. Bedae Expositione in Luc. M. 92, 396, C, 14 - 399, D, 12). [99] (f. 205ᵛ). ⟨Ven. Bedae⟩ homilia in evang. s. Marci *Accesserunt ad ihesum iacobum* etc. Inc. *Matheus scribit, hec matrem filiorum zebedei dominum postulasset. pro illis.* Des. *sed pro multis. Id est pro his qui credere uoluerint* (desumpta est ex Expositione in Marcum. M. ibid., 235, A, 6 - 236, B, 13). [100] (f. 206). In festivitate sancti Laurentii. Homilia in evang. s. Ioan. *Amen amen dico uobis. nisi granum frumenti...* Inc. *De se autem dicebat ipse erat granum mortificandum in cordibus iudeorum.* Des. *Hii sunt ex quorum cordibus princeps mundi eicitur foras cum enim dixisset nunc princeps. huius mundi eicitur foras.* [101] (f. 208). In Assumptione b. Mariae Virginis. Homilia in evang. s. Luc. *Intrauit ihesus in quoddam castellum...* Inc. *Sacre lectionis series que nobis de euanglico* (!) *fonte manauit.* Des. *ab ipso cuncta percipiens. per ipsum omnibus desiderata concedit* (cf. Bandini, Biblioth. Laurent., 1, 378, § 169). [102] (f. 210). In festo s. Bartholomaei. ⟨Ven. Bedae⟩ homilia in evang. s. Luc. *Facta est autem contentio inter discipulos suos...* Inc. *Sicut bonis esse moris.* Des. *accipiant et ipsi coronam uite quam repromisit deus diligentibus se* (desumpta est ex Expositione in Luc. M. 92, 598, A, 13 - 600, C, 6). [103] (f. 211). In exaltatione sanctae Crucis. Homilia

in evang. s. Ioan. *Ego si exaltatus fuero* etc. Inc. *Que omnia nisi ex quibus ille eicitur foras?* Des. *non sue potestati derogauit* (est pars tractatus LII s. Augustini in evang. s. Ioan. M. 35, 1773, 22-1774). [104] (f. 211v). In vigiliis s. Matthaei apostoli. Homilia in evang. s. Matth. *In illo ⟨tempore⟩ Vidit ihesus publicanum* etc. Inc. *Idem leui qui matheus est.* Des. *non potest ieiunare quia carne ipsius epulatur et sanguine* (cf. M. 92, 419-420). [105] (f. 212). In natali s. Matthaei apostoli. Homilia in evang. s. Matth. *Cum intrasset ihesus in capharnaum* etc. Inc. *Huius quoque uocationis tres sancti euangeliste faciunt mentionem.* Des. *Profectibus enim uirtutum et bonorum operum pascitur ihesus et delectatur* (cf. Bandini, Biblioth. Laurent., 1, col. 411, § 144). [106] (f. 213). Homilia in evang. s. Matth. *In illa ⟨hora⟩ Accesserunt ad ihesum discipuli dicentes. Quis putas maior est. in regno celorum̄ ?* Inc. *Quod vero dicit in illa hora intelligendum est. quando petrus pro se et pro domino tributum reddidit.* Des. *Sed solus homo errauit quia suum ordinem perdidit.* [107] (f. 214v). In festo s. Lucae evangelistae. Homilia ⟨Pseudo-Bedae 179⟩ in evang. s. Luc. *Facilius est enim camelum* etc. usque ad v. *dilectione fruuntur* (M. 94, 469-470, C, 18). [108] (f. 215v). In nativitate ss. apostolorum Simonis et Iudae. Homilia in evang. s. Matth. *Ecce ego mitto uos sicut houes* (!) *in medio luporum...* Inc. *Quia dominus ihesus christus qui de celis dignatus est descendere ad terras semetipsum pastorem appellauit.* Des. *Sequitur. Ne ergo timueritis. Quare hoc non esset timendum manifestat cum subiungit.* [109] (f. 218). In vigilia omnium sanctorum. Homilia in evang. s. Marci *Exeuntes pharisei cum erodianis consilium faciebant* etc. Inc. *Herodianos herodis tetrarche ministros dicit.* Des. *que per hanc futura era⟨nt⟩ negaretur* (desumpta est ex Bedae Expositione in Marc. M. 92, 156, B, 15-158, C, 3). [110] (f. 218v). In festivitate omnium sanctorum. Homilia in evang. s. Matth. *Videns autem iehesus* (!) *turbas, ascendit in montem* etc. Inc. *Plurime turbe sequebantur dominum sed uaria intentione.* Des. *Quod dicit ergo in celis idest in spiritali firmamento in quo habitat sempiterna iustitia.* [111] (f. 221). In festivitate s. Martini. Homilia in evang. s. Luc. *Quis putas est fidelis dispensator* etc. Inc. *Respondens ad interrogata saluator, primo decet* (!) *iudicium cunctis adfuturum.* Des. *quanto hic minorem habuerunt* (!) *iniquitatem* (desumpta est ex Bedae Exposit. in Luc. M. 92, 497, C, 8 - 499, C, 3). [112] (f. 222). Fer. IV quattuor Temporum. Homilia in evang. s. Luc. *Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee* etc. Inc. *Patent* (lege *Latent*) *quidem diuina misteria.* Des. *angelus est locutus* (desumpta est ex s. Ambrosii Exposit. in Luc. M. 15, 1633-1640, C, 1 ab imo). [113] (f. 224). In festivitate s. Ioannis Baptistae. Homilia in evang. s. Luc. *Exurgens autem maria...* Inc. *Morale est omnibus.* Des. *nisi in generatione iustorum* (desumpta est ex s. Ambrosii Exposit. in Luc. M. ibid., 1640, C, 5 - 1643, C, 9). [114] (f. 224v). In vigilia nati-

⟨Pseudo-⟩Isidori ⟨Decretales⟩ (in ms. summo folii 1^r margine manus recentior inscripsit *Isidori hispalensis de sinodis et decretis liber perutilis.* Cf. Hinschius, Lipsiae 1863, p. 17-754, et p. LXI-LXIV ubi codex describitur et classi A/B tribuitur). Praemittuntur: [1] (f. I) catalogus Romanorum pontificum a s. Petro ad Nicolaum I; [2] (f. I^r) annotationes synodorum usque ad concilium Maticense, quod sequuntur numeri XXII-XXIX nullis conciliis adiectis et annotationes conciliorum Hispanorum ab Eliberitano usque ad Toletanum; [3] (f. II^r) ⟨Laterculus Polemii Silvii sive Schonhovianus⟩ (in ms. *Situs diuersarum prouinciarum*) usque ad n. VIII exclusive (Otto Seeck, Notitia dignitatum etc., Berolini 1876, p. 254-258); [4] (f. III) catalogus duodecim civitatum Belgicae secundae; [5] (f. IV) epistula formata Liutadi Vencensiensis episcopi ad Wenilonem archiepiscopum Rothomagensem an. 868 (edita est ex hoc ipso cod. in *Notices et exstraits des manuscrits,* 6, p. 277-278 in nota).

Adduntur in fine: [a] (f. 310) **Angilramni** capitula (in ms. litteris capitalibus *Ex grecis et latinis canonibus et synodis romanis atque decretis praesulum ac principum romanorum haec capitula sparsim collecta sunt et Angilramno Mediomatricae urbis episcopo Romae a beato papa Adriano tradita sub die tertio decimo Kalendas Octob. indictione nona quando pro sui negotii causa agebatur.* Hinschius, loc. cit., p. 757-769); [b] (f. 312) Disputatio imperatoris Constantii et Liberii Romani pontificis (cf. M. 8, 1360-1365; est alia versio: inc. *Constantius imperator dixit. Nosse te quod christianus sis,* des. *post tres dies nihil accipiens. missus exilio est*); [c] (f. 312^r) *Incipiunt nonnullę sanctiones sparsim collectę actionis primę sancti et magni calcidonensis concilii* (inc. *Cum in dei nomine,* des. *cum ueritate. hi duo libri membranacii. libri sancti quintini concilii sunt. et reliqua.* Mansi, 6, p. 563 sqq.); [d] (f. 321) Cassiodori Hist. tripart. XII, 8-11 (M. 69, 1208-1212); [e] (f. 321^v) pars epistulae Pelagii II a v. *Quod enim in canonibus legitur* ad v. *non solum extorris. sed* (Hinschius, loc. cit., p. 726, lin. 8-727, lin. 2).

Codex duabus columnis exaratus in duo volumina dispertitus est, quorum prius usque ad f. 182 pergit, alterum reliqua complectitur. Litterae maximae interdum rubro ac viridi colore, raro variis coloribus, saepe minio excultae sunt; litterae maximae aut rubro, aut viridi, aut nigro colore exscriptae; tituli minio aut rubro et herbaceo colore alternis lineis interdum litteris uncialibus et saepe capitalibus rusticis eleganter scripti. Foliorum margines lemmatis, variis lectionibus, additamentis conspersae. Ff. I^v. II. 1^r, col. 2 duabus manibus saec. IX ex. descripta. Ff. 126^v. 296^v. 309^v. 321^v vacua. I^r, manu saec. XV, *Hic liber spectat ad usum Iohanis* (Geoffroy?) *episcopi atrebatensis.* 321 dimidiatum nova membrana refectum. Codicem recensuit Hinschius (loc. cit., p. LXI-LXIV), perperam tribuens saec. XI-XII.

In tegumentorum dorsis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

631 (olim 1880, cf. f. I^r). Saec. XIII, membran., mm. 426 × 301, ff. 466.

⟨**Pseudo-**⟩**Isidori** Decretales (in ms. f. 5 *In isto uolumine continentur canones decreta. et decretales epistole et concilia infrascripta sicut per folia in ista tabula sunt signata.* Cf. Hinschius, Lipsiae 1863, p. 17-754, et p. LVIII-LX ubi codex describitur et classi B assignatur).

Praemittuntur: [1] (f. 1) tabula codicis, quae f. 342 prosequitur; [2] (f. 6^v) Nomina provinciarum Romani imperii (cf. Otto Seek, Notitia dignitatum etc., Berolini 1876, p. 254-260); [3] (ibid.) ⟨Notitia Galliarum⟩ (in ms. *Nomina civitatum Galliae.* Otto Seeck, loc. cit., p. 262-274); [4] (f. 7^v) catalogus imperatorum Romanorum a Iulio Caesare Augusto ad Henricum IV (1056-1106); [5] (ibid.) catalogus Romanorum pontificum a s. Petro ad Ioannem XXI (1276-1277).

Adduntur in fine: [1] (f. 326^v) **Angilramni** capitula (in ms. *Incipiunt capitula collecta ex diuersis concilijs. siue decretum romanorum pontificum ab Agilramno metense episcopo et adriano pape oblata.* Hinschius, loc. cit., p. 757-769); [2] (f. 329) *Exceptiones ex diuersis constitutionibus de rebus ecclesiasticis* (inc. *Nec sancta synodus nulli licentiam concedit res ecclesie alienare;* des. *morti corporaliter nichil ingressus est*); [3] (f. 338^v) Disputatio (in ms. *Altercatio*) imperatoris Constantii et Liberii Romani pontificis (cf. M. 8, 1360-1365; est alia versio: inc. *Constantinius* (!) *imperator dixit: Nosce* (!) *te uolo;* des. *post tres dies nichil accipiens missus exilio est*); [4] (f. 339) ⟨Collectio Dionysio-Hadriana⟩ (de editionibus cf. Maassen, *Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts,* Gratz 1870, p. 444); [5] (f. 406^v) catalogus provinciarum Gallicarum; [6] (f. 407) excerpta ex conciliis Chalcedonensi et Sardicensi et epistulis s. Gregorii Magni; [7] (f. 408) sancta synodus VI generalis, Constantinopolitana III (est versio latina. Labbe-Coleti, VII, Venetiis 1729, col. 614-1160). Verbis *indictione XV* subicitur *Gloriam* (!) *excelsis deo et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Gloria indiuidue trinitati. scriptus est enim hic codex temporibus domini sergij sanctissimi ac beatissimi pape in patriarchio sancte ecclesie romane reconditus. Deo gratias. Amen.*

Codex duabus descriptus columnis in duo volumina dispertitus est, quorum prius ff. 1-235, alterum reliqua complectitur. Litterae maximae aeque ac maiores rubro caeruloque colore distinctae; initiales capitulorum plerumque rubro et caeruleo colore alterna vice exscriptae; tituli minio depicti. F. I^r, manu saec. XVI ex., *1880 v.* | *631 n.* I^v possessoris nota bis repetita et prima vice aliquantum erasa *Iste liber est reuerendissimi*

patris et domini domini Petri Cardinalis Rothomagensis, deinde, manu saec. XVI, *Ex pluteo VII.° in quo extant Canonistae. In bibliotheca publica. Ad sinistram ingredientibus per portam maiorem Bibliothecae Apostolicae.* 1r ornamentum conspicitur auro, rubro et viridi colore mediocri arte depictum. F. 466 vacuum. Codicem recensuit Hinschius, op. cit., p. LVIII-LX.

In tegumentorum dorsis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

632. Saec. XII, membran., mm. 295 × 195, ff. 208 (+ ff. 105a. 115a. 185a librarii oscitatione omissis).

1. **S. Isidori Hispalensis** [1] (f. 1) epistula 4 (M. 83, 899-902); [2] (f. 3) Sententiarum libri I-III cum capitulis singulis libris et capitibus praefixis (M. ibid., 537-738).

2 (f. 115av). **Smaragdi** abbatis Diadema monachorum cum prologo et capitulis, quae singula singulis capitibus iterum praefixa sunt (in ms. *Incipit libellus smaragdi quem de diuersis uirtutibus collegit. et ei nomen diadema monachorum imposuit. quia sicut diadema gemmis. ita et hic libellus fulget uirtutibus.* M. 102, 593-690).

Codex satis diligenter descriptus titulos litterasque maiores pariter ac maximas minio exhibet depictas. Notabilia et auctoritates manus saec. XV-XVI hic illic in marginibus apposuit. Summi foliorum margines madore deturpati. F. 114v vacuum. 208v notula saec. XIV maxima ex parte erasa, cuius praecipua verba haec sunt: *Ego petrus* ||||||| *de aquila uendidi fratri Iohanni* |||||| ||||||||| *de teramo* etc.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

633. Saec. XII, membran., mm. 232 × 161, ff. 111.

S. Isidori Hispalensis Sententiarum (f. 1) liber I; — (f. 27) lib. II; — (f. 63) lib. III (M. 83, 537-738).

Codex rescriptus est; sed prioris scripturae vestigia tantum hic illic supersunt. Tituli, litterae initiales singulorum capitum et numeri Romani minio depicti; initiales autem singularum verborum comprehensionum plerumque rubro colore tactae sunt. Quaterniones sunt numero 14, et singuli, praeter novissimum, cuius folium postremum abscissum fuit, in margine ultimi folii notis Romanis signati sunt. In littera prima libri I signum ┼ exstat ad instar ornamenti. In capite folii 1r manus recentior titulum *Isidorus de summo bono* et notulam numeralem *114* inscripsit; in margine autem inferiore eiusdem folii, praeter recentem codicis notulam, verba insunt *Bibliothecę apostolicae,* manu saec. XVI descripta. F. 111 recens refectum continet in altera pagina complures calami probationes, quas inter nomen *pamphili* occurrit, scutum cum duobus balteis pinnatis atramento delineatum, notulam possessoris maxima ex parte erasam et, manu saec. XVI, *Ex plut⟨e⟩o 3.° bibliothecę magnę secretae.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

634. Saec. XI. XII-XIII, membran., mm. 255 × 178, ff. 93.

1 (f. 2). **S. Martini Dumiensis** Formula honestae vitae (in ms. *Incipit libellus de quatuor virtutibus. prudentia. fortitudine. temperantia. iustitia. qui pretitu-*

latur formula vitę honestę. editus a quodam Martino episcopo. ad Mironem regiem!), praevia epistula ad Mironem (M. 72, 21-28).

2 (f. 8v). **S. Ambrosii Autperti** sermo De cupiditate (in ms. *Incipit sermo Ambrosii Autberti BRBI* (corrige *Beneuentani*) *de cupiditate. viris secularibus valde utilis. habens Sripturarum testimonia octoginta et eo amplius lege quicumque ad edificationem.* M. 89, 1277-1299).

3 (f. 23v). 〈**Pseudo-**〉**Cypriani** De duodecim abusivis saeculi (in ms. *Incipit epistola sancti Cypriani martiris*... Cypriani opp., ed. Hartel, p. 152-173).

4 (f. 36v). **S. Augustini** De disciplina christiana (in ms. ... *christianorum*. M. 40, 670-678).

5. Anonymi sermones. [1] (f. 46). *Respiciens a longe ecce uideo*... Inc. *Qui tantum uerba sectatur nichil habebit. qui possessor est mentis diligit animam suam.* Des. *ut saluator dignetur uas cordis nostri inhabitare per gratiam. Quod ipse prestare dignetur.* [2] (f. 46v). *Ecce dominus ueniet et omnes sancti eius cum eo*... Inc. *Quomodo dominus uenturus sit ad iudicium.* Des. *illustrabit in celo. quo nos perducat. Qui uiuit et regnat.* [3] (f. 47). *Rex aduenit christus*... Inc. *In evangelio hodierno dicitur. celum et terra transibunt.* Des. *ut in aduentu suo conferat gratiam et in futuro gloriam quod ipse prestare dignetur.* [4] (f. 47v). *Preparare in occursum dei tui israel*... *Pauper et creditor obuiauerunt sibi.* Inc. *Creditor est predicator qui uerbi diuini.* Des. *et in seculo perducamur ad gloriam.* [5] (f. 48). *Ierusalem surge et sta in eccelso*... Inc. *Sapienss dicit. Respicite filii nationes hominum.* Des. *in secundo aduentu letificetur in gloria.* [6] (f. 49). *Preparare in occursum dei tui israel.* Inc. *Quatuor sunt aduentus. Primus a sinu patris.* Des. *Quod ipse preparare digneris. Per d.* [7] (ibid.). *Gloria in excelsis deo*... Inc. *Solis angelis permittitur predicare christi natiuitatem.* Des. *Ad quam nos perducere dignetur etc.* [8] (f. 49v). *Paruulus natus est nobis.* Inc. *Nux uacua uel forte in se uermen continens.* Des. *oculo misericordie respiciat exeuntes in mundo. quod ipse prestare dignetur.* [9] (f. 50). *Media nocte clamor factus est*... Inc. *Tres sunt noctes. prima caligo.* Des. *ad quam nos perducat puer hodie natus qui est benedictus in secula seculorum amen.* [10] (f. 50v). *Inuocate nobis nouale*... Inc. *De hac die solet dici quid est.* Des. *ad quam nos perducat qui uiuit et regnat amen.* [11] (f. 51v). *Omnes de saba uenient*... Inc. *Qui custodit mandatum custodit animam suam.* Des. *Quod ipse prestare dignetur amen.* [12] (f. 52v). *Transeamus usque bethlem*... Inc. *Hoc uerbum quod factum est.* Des. *Quod nobis concedat qui uiuit et regnat.* [13] (f. 53). *Ibi Beniamyn adolescentulus*... Inc. *Visitans speciem tuam.* Des. *letabimur in ipso et in deo. Quod ipse prestare dignetur.* [14] (f. 54v). *Postquam conpleti sunt dies purgationis*... Inc. *Non fuit causa quare beata uirgo.* Des. *Ite maledicti in*

ignem eternum. [15] (f. 55). *Gaude et letare syon...* Inc. *syon speculatio a specula uel speculo.* Des. *Ego odor etc. Quod ipse prestare dignetur.* [16] (f. 55v). *Descendit dilectus meus...* Inc. *Qui uerbum dei audire desiderat.* Des. *qui pro nobis uoluit incarnari. Qui viuit et regnat.* [17] (f. 57). *Quasi mirra electa...* Inc. *In apokalypsi legitur.* Des. *Quem fructum nobis conferat.* [18] (f. 58). *Dilectus meus mihi...* Inc. *Sicut ille qui gariopholum.* Des. *merito eum nominare debemus corde et ore. Per.* [19] (f. 58v). *Egredietur uirga de radice iesse etc.* Inc. *Rex terrenus in loco pauperi.* Des. *neque cor peccatoris opera sine labore penitentie* etc. [20] (f. 59). *Nescitis quod hii qui in stadio currunt...* Inc. *Ecclesiasticus. fili accedens... Nunc christiani accedentes ad seruitutem.* Des. *et immundus non pertransibit per eam.* [21] (f. 59v). *Increpasti superbos...* Inc. *Ecclesia reducit his diebus ad memoriam.* Des. *recuperare per penitentiam quod amissum est per negligentiam sui ignorantiam Prestante d.* [22] (ibid.). *Exiit qui seminat seminare...* Inc. *Dauit* (!) *ostendit quare audiendum sit uerbum dei.* Des. *qui pro nobis animam suam tradidit christus dominus noster qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat.* [23] (f. 60). *Adam ubi es?* Inc. *Rogate dominum nostrum ut per suam dulcem pietatem concedat.* Des. *introducat in regnum quod per adam amissum per eum recuperemus. Quod ipse prestare dignetur. Per eundem.* [24] (f. 62v). *Emendemus in melius que ignoranter peccauimus.* Inc. *Erunt qui docti fuerint sicut splendor firmamenti.* Des. *Ad quam nos perducat... Amen.* [25] (f. 63v). *Nolite diligere mundum...* Inc. *Est inimicus qui genus humanum excecat et uoluptatibus allicit.* Des. *gratie uere penitentie nobis inspiret...* [26] (f. 64). *Miserere mei fili dauit. filia mea a demonio uexatur.* Inc. *Mulier hec orans pro filia est.* Des. *Quod nobis prestet dominus noster ihesus christus amen.* [27] (f. 65). *Cum fortis armatus custodit atrium...* Inc. *De fideli amico bona gratanter audimus.* Des. *ad quod nos perducat qui sine fine.* [28] (f. 65v). *Letare ierusalem et conuentum facite...* Inc. *Nostre auctoritatis sunt ista tractata.* Des. *Ad quam nos perducere dignetur qui vivit et regnat.* [29] (f. 67v). *Hodie si uocem eius audieritis etc.* Inc. *Mater ecclesia que ac* (!) *die passionem domini recolere incipit.* Des. *Venite benedicti patris mei...* [30] (ibid.). *Exulta filia syon. iubila filia ierusalem...* Inc. *Tempus flendi et tempus ridendi.* Des. *eterne pacis uisionem. Ad quam nos perducat ...* [31] (f. 68). *Hoc sentite in uobis quod et in christo ihesu.* Inc. *Quatuor sentite* (corr. *sentire*) *debemus in christo. humilitatem in natiuitate.* Des. *Alter alterius honera* (!) *portabit et cetera.* [32] (f. 68v). *In cena domini.* Inc. *Convenie⟨n⟩tibus uobis in unum etc. Apostolos reprehendit.* Des. *et ad presentem corporis participationem peruenietis Per omnia secula.* [33] (f. 69v). *Lavamini mundi estote...* Inc. *Arbori aride conueniunt tria.* Des. *uiuit et Regnat deus per omnia secula seculo-*

rum amen. [34] (f. 70). *Occiditur christus et non erit eius populus...* Inc. *Christus pro nobis mortem sustinuit.* Des. *ut de eius mereamur esse familia. Per omnia secula...* [35] (f. 71). *Surrexit dominus vere...* Inc. *Post resurrectionem apparuit discipulis quinquies ipsa die.* Des. *et significatur excelsa uita contemplationis ubi dominus apparet.* [36] (f. 71ᵛ). *Vincenti dabo manna absconditum.* Inc. *Hic innuit quod in bello sumus contra hostem tripliciter.* Des. *et sic custodiamus ut in egressu a corpore et cetera.* [37] (f. 72). *Maria Magdalena et Maria iacobi et salome...* Inc. *ut ait propheta hominis est lingua preparare.* Des. *et tunc ad robur dabitur septiformis spiritus gratia. Quam nobis prestare dignetur etc.* [38] (f. 73). *Pascha nostrum immolatus est christus...* Inc. *Hodie celebrat ecclesia pascha idest transitum domini.* Des. *quatenus tandem eius membra effecti ad christum transeamus. Amen.* [39] (f. 74). *Petite et accipietis...* Inc. *Cum pauper est ascensurus.* Des. *ut portas paradysi nobis aperiat nobis* (deletum) *christus filius dei uiui.* [40] (f. 74ᵛ). *Eleuatus est sol et luna stetit in ordine suo.* Inc. *Hec sunt uerba abacuc. Recte postquam eleuatus est sol.* Des. *ut nos diuinitatis sue tribuat esse participes. Qui cum deo* etc. [41] (f. 76). *Cum uenerit paraclytus. ille arguet mundum...* Inc. *De tribus arguet mundum de peccato iusticia et iudicio.* Des. *Arguet et de iudicio ut incutiat timorem.* [42] (f. 76ᵛ). *Descendet ignis domini de celo...* Inc. *Ignis iste spiritum sanctum significat.* Des. *ignis de celo et cetera.* [43] (f. 76ᵛ). *Effundam spiritum meum super semen tuum...* Inc. *semen populi appellat primitos discipulos.* Des. *omnia opera nostra operatus es nobis.* [44] (f. 77). *Gratia domini nostri ihesu christi...* Inc. *Epistola eiusdem diei predicatori necessaria.* Des. *Quod ipse prestare dignetur...* [45] (f. 77ᵛ). *Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne. baptista.* Inc. *Cum laudat et glorificat.* Des. *Qui uenturus est iudicare seculum per ignem.* [46] (f. 78). *Abierunt moyses et iosue...* Inc. *Moyses significat petrum.* Des. *Quia christus quos aqua baptismatis lauit. hos paulus lacte doctrine pauit.* [47] (f. 78ᵛ). *Neptalim ceruus emissarius...* Inc. *Quis umquam audiuit ceruum loquentem?* Des. *nos intelligere et custodire concedat. Qui uiuit et regnat.* [48] (ibid.). *Sancta maria ora pro nobis...* Inc. *Triplici morbo maxime laborabat homo.* Des. *ad portam perducat tranquillitatis. eternę.* [49] (f. 79). *In omnibus requiem quesiui...* Inc. *loquitur sapientia patris.* Des. *premium promittit corone eterne. Quam nobis prestare dignetur.* [50] (f. 79ᵛ). *Orietur stella ex iacob...* Inc. *Hęc sunt uerba balaam cui collocuta est potestas.* Des. *Ad portum eterne felicitatis peruenietis.* [51] (f. 80). *Ego quasi therebintus extendi ramos meos...* Inc. *Therebintus est arbor parua.* Des. *Sunt enim rami honoris et gratię.* [52] (f. 80ᵛ). *Factum est prelium magnum in celo...* Inc. *In persona predicatoris ysaias loquens ait ve*

michi. Des. *ut ad angelos perueniat quod ipse prestare dignetur.* [53] (f. 81v). *Dignus es domine accipere librum...* Inc. *In laudem agni occisi cantant laudem deo omnes sancti.* Des. *honor et uirtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen.* [54] (f. 82v). ⟨In festo s. Martini⟩. Inc. *Unius mensure erant uniuersa tentoria. In tabernacula preter pelles et saga erant tentoria.* Des. *talis igitur et tanti patroni precibus etc.* [55] (f. 83v). ⟨In dedicatione ecclesiae⟩. Inc. *Templum domini sanctum est quod estis uos. Quanta uis sit petere in dedicatione.* Des. *et perducet nos ad gaudia paradysi. prestante domino nostro ihesu christo.* [56] (f. 84). *Nescitis quoniam corpora uestra templum sunt spiritus sancti.* Inc. *Hec apostolus dicebat de templo cordis.* Des. *cui nostrum sacrificium hodie sit acceptum. Amen.* [57] (f. 84v). *Erexit i⟨acob⟩ lapidem in titulum...* Inc. *Iacob pater celestis erexit lapidem.* Des. *iam desideranti mihi nil rescribas attamen ipse ueni.* [58] (ibid.). *Deum time.* Inc. *Salomon quem pre cunctis regibus insigniuit dominus talento scientie.* Des. *et in futuro per ipsum et in ipso gloriari.* [59] (f. 85v). *Nemo potest duobus dominis seruire.* Inc. *Quomodo uerbum dei audiendum sit docet yhesus.* Des. *quam abscondisti timentibus te.* [60] (f. 86). *Estote imitatores dei...* Inc. *Mater nostra est ecclesia que nos in fide genuit.* Des. *et filii dei erimus in presenti per gratiam et in futuro per gloriam.* [61] (f. 86v). *Omne datum optimum...* Inc. *Seculares uulgo dicere solent omne bonum a terra prouenit.* Des. *quod ipse prestare dignetur pater luminum...* [62] (f. 87). *Simile est regnum celorum homini regi...* Inc. *Satisfacere non potest in reddenda ratione.* Des. *et nos in gaudium introducet eternum.* [63] (ibid.). *Cuius est ymago et superscriptio? Dicunt ei cesaris.* Inc. *Cum proles parentibus filiatur.* Des. *Quam perseuerantiam nobis concedat...* [64] (f. 87v). *Protector noster aspice deus...* Inc. *Rex terrenus dilectum aliquem mittit in domum.* Des. *Ad quam nos perducat qui sine fine uiuit et regnat.* [65] (f. 87v). *Surgens ihesus imperauit...* Inc. *Intrante ihesu in nauiculam.* Des. *Quod ipse prestare dignetur...* [66] (f. 88). *Misereor super turbam...* Inc. *Si quis puer a patre.* Des. *piam conmunionem retinens.* [67] (f. 88v). *Misereor super turbam...* Inc. *De .VII. panibus et paucis pisciculis.* Des. *carnalis cupiditas. que radix est omnium malorum.* [68] (ibid.). *Non ueni mittere pacem in terra...* Inc *Cum quilibet tres hostes habeat.* Des. *gladium quod est uerbum dei. exercituum habeamus.* [69] (f. 89). *Homo quidam erat diues.* Inc. *Tria in hoc evangelio notantur principaliter.* Des. *in libro uite qui non fuerit inscriptus.* [70] (ibid.). *Nisi abundauerit justicia uestra...* Inc. *Christianis dicitur ut fides eorum habundet.* Des. *et illuminationem uerbi dei.* [71] (ibid.). *Beati mortui qui in domino moriuntur...* Inc. *Multiplex est mors. In spiritu moritur homo.* Des. *Quod nobis cantare concedat.*

etc. [72] (ibid.). *Et ego disponam uobis sicut disposuit etc.* Inc. *Sicut pater familias cartas.* Des. *Qui amicus est huius mundi. inimicus dei constituetur.* [73] (f. 89^{v}). *Nemo potest duobus dominis seruire... Mammon diabolus est.* Des. *unde uincenti dabo edere de ligno etc.* [74] (ibid.). *Cadent in retiaculo eius...* Inc. *Retiaculum illud est rete diaboli.* Des. *Inuidia habet tristiciam detractionem et simulationem.* [75] (ibid.). *Petite et accipietis etc.* Inc. *Petite orando. Oratio enim ualde est neccessaria.* Des. *petite et accipietis.* [76] (ibid.). *Apprehendite disciplinam...* Inc. *Qui scolam tenet.* Des. *honor et gloria eterna.* [77] (f. 90). Parva sermonum fragmenta. I inc. *Quemadmodum gallina etc. Gallina domino conparatur.* VI inc. *Adhuc ignis in domo impii etc. Aduerbium adhuc.* [78] (f. 90^{v}). *Alas suas ad austrum.* Inc. *Per naturas brutorum instruit dominus rationalem creaturam.* Des. *in radios ueri solis defigemus.* [79] (ibid.). *Deus hebreorum uocauit nos ibimus uiam trium dierum ...* Inc. *De uia triplex proponitur questio,* Des. *ad terram promissionis perueniamus. Quod nobis prestare. dignetur.* [80] (f. 91). *Vinee florentes odorem dederunt.* Inc. *Hoc est fideles anime.* Des. *Quod nobis concedat qui sine fine vivit et regnat.* [81] (f. 91^{v}). *Qui operatur terram suam...* Inc. *Qui abscondit frumentum. maledicetur in populis.* Des. *quem nobis prestare dignetur.* [82] (f. 92^{v}). *Oculus jacob in terra frumenti et uini...* Inc. *Vere penitens more cerui.* Des. *quod ipse prestare dignetur.* [83] (ibid.). *Nolite diligere mundum...* Inc. *Est inimicus qui genus humanum excecat.* Des. *sine fine vivit et regnat.* [84] (ibid.). *Benedixisti domine terram tuam...* Inc. *Dictum est ade. Maledicta terra.* Des. *et dei benedictione repleamur. Prestante domino.* [85] (ibid.). *Nuper hunc locum luce. Qui uos audit me audit.* Inc. *dicit glosa. jn audiendo.* Des. *qui corda auditorum conpungere nititur.* [86] (f. 93^{v}). *Sicut tinea ....* Inc. *In mensa augustini. Quisquis amat dictis absentium rodere uitam.* Des. *ut exemplum artius* (!) *nostre imprimeret memorie.*

Codex duobus constat fasciculis, quorum prior saec. XI descriptus ff. 1-45, alter saec. XII-XIII reliqua complectitur. Prioris fasciculi litterae maximae variis coloribus aut minio depictae; tituli litteraeque maiores rubro exscripta; alterius autem fasciculi tituli ac litterae initiales desiderantur, spatiis ad initiales excipiendas vacuis relictis. 45^{v} pauca erasa.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii exhibentur.

635. Saec. X, membran., mm. 242 × 160, ff. 109.

Ven. Bedae Super parabolas Salomonis allegoricae expositionis libri I-III (in ms. *Incipit liber Salomonis et apositio* (!) *Bede venerabilis presbiteri.* M. 91, 937-1052). Desunt verba « occulti inspectoris-destruatur » (M. ibid., 103, A - 1010, D, 2).

Codex sat diligenter descriptus titulos habet maiusculis rusticis exaratos litterasque initiales primi et secundi libri variis coloribus depictas. Correctiones manus priore paulo recentior, glossas et additamenta manus saec. XII tum inter lineas tum in marginibus perraro notaverunt; manus autem saec. XV notabilia et notas passim in marginibus apposuit. Exstant in marginibus inferioribus foliorum 73.v 77.r 77v quaedam saec. XII conscripta, quae recensere operae pretium non visum est. Ff. 108. 109 admodum erasa. Foliorum ordinem paululum turbatum sic restitues: 72. 76. 74. 75. 73. 77.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

636. Saec. XII-XIII, membran., mm. 311 × 202, ff. 127.

1. **Ven. Bedae** opera. [1] (f. 1v). De tabernaculo et vasis eius ac vestibus sacerdotum libri I-III cum capitulis libri I eidem libro praefixis (M. 91, 393-498). In cod. liber I inscribitur *De tabernaculo federis* et lib. II *de uestibus aaron et de ornamentis tabernaculi.* [2] (f. 72). De locis sanctis libellus, praeviis versibus *Descripsi breuiter fines situsque locorum* etc. et capitulis (Geyer, Itinera Hierosolymitana saeculi IIII-VIII, Vindobonae 1898, p. 301-324).

2 (f. 81). **S. Adamnani** abbatis Hiiensis De locis sanctis libri I-III (Geyer, ed. cit., p. 221-297). Praemittuntur: [1] (f. 78) Ven. Bedae Hist. eccl. V, 15-17 (in ms. *Narratio eiusdem viri venerabilis in quinto hystorię ęcclesiastice libro. capitulo .XV. De domino abbate Adamnano. arculfo referente Galliarum episcopo. librum composuit de sanctis hierosolimorum locis.* Inc. *Descripsit adamnanus presbiter et abbas uir bonus et sapiens et scientia scripturarum nobilissime instructus. unitatis ac pacis studiosissimus de locis sanctis librum legentibus multis utillimum.* M. 95, 256, A, 2 - 258); [2] (f. 8v) prologus auctoris (Geyer, ed. cit., p. 221); [3] (ibid.) capitula quae singulis capitibus iterum praefiguntur; [4] (f. 80v) epilogus *Obsecro - non negligat,* qui in editione libro III subtexitur et in ms. sub titulo prologi libri III exhibetur.

3 (f. 99). **Antonini Placentini** martyris Itinerarium (in ms. *Relatio Beati antonini Martyris De Locis transmarinis sacris.* Ex hoc ipso cod. ed. Tobler, Itinera et descriptiones terrae sanctae, Genevae 1877, p. 119-138).

4 (f. 107v). S. **Eucherii** epistula ad Faustinum presbyterum ⟨De locis sanctis⟩ (ex hoc ipso cod. ed. Tobler, ed. cit., p. 51-54).

5 (f. 109v). **Gregorii Turonensis** Miraculorum libri 1 capp. 1-29 (in ms.... *ex libro .. primo De miraculis sanctorum quedam excerptio.* M. G. H. Scriptores rerum Merovingicarum, 1, 488, lin. 19-505, lin. 23, usque ad v. *distructum*) cum capitulis singulis capitibus praefixis.

6 (f. 119v). *De septem spectaculis mundi.* Inc. *Plerique philosophorum dum studiis litterarum uacant.* Des. *nisi cum dominus mundum dissolui preceperit.*

7 (f. 120^{v}). *De septem miraculis.* Inc. *Primum est ergo omnium. maris occeani* (!) *commotio.* Des. *debeat nocte consurgere uel dominum deprecari.*

8 (f. 122). ⟨Pseudo-⟩Bedae *De septem miraculis mundi.* Inc. *Primum miraculum est. romę saluatio* (cf. M. 90, 961-962).

9 (f. 122^{v}). **Ven. Bedae** Hymnus de die iudicii usque ad vers. *Insuper omne bonum cunctis deus ipse ministrat* (M. 94, 633-637, A, 1).

10 (f. 124^{v}). *Versus utillimj de contemptu seculi.* Inc. *Vox diuina sonat quod nemo spem sibi ponat.* Des. *Gaudia iustorum sed nec tormenta reorum.*

11 (f. 125). *Versus de sancta Maria* (Chevalier, Repert. hymn., n. 10862). Sequuntur excerpta quaedam de rebus mirabilibus urbis Romae, videlicet: [1] (f. 125^{r}) *Temporibus sancti Silvestri - et sic diuiserunt se* (Parthey, Mirabilia Romae, Berolini 1869, p. 31, lin. 3-32); [2] (f. 125^{v}-127) de muro Urbis, de portis, de arcubus, de montibus, de thermis, de palaciis, de theatris, de pontibus, ⟨de sancta Maria in Capitolio⟩, de caballo in campo Lateranensi ⟨quare factum sit Pantheon, de caballis marmoreis in Roma, de columpnis⟩ (ed. Alberti, p. 22, 2-34, 18-36, 2-37, 2).

Codex binis columnis descriptus in duo volumina dispertitus est, quorum prius ff. 1-71. 124-127, alterum reliqua complectitur. Litterae initiales rubro et viridi colore alterno depictae, tituli minio. Correctiones alia manu marginibus appositas librarius ipse, ut videtur, textui inseruit. Singuli quaterniones alphabeti litteris in ultimo folio distincti sunt. F. 124^{r} vacuum. 1^{r} parvum excerptum ex Beda, manu saec. XIV, notula *Ex pluteo 4°* (et supra *X*) *bibliothecae magnae secretae* manu saec. XVI, et margine inf. nota numeralis *XXV.* In marginibus inf. foliorum 124^{v}. 125^{r} quaedam calami probationes. 127^{v}, manu ipsius librarii, *Liber sancte Marie de esrom* et, manu saec. XIV, *Liber sancte Marie de esrom quem abstulerit anathema sit Amen.* Sequitur verbum, quod non legi, dein *Non videat christum quisquis furabitur istum.* In primo custodiae folio alterius voluminis scriptum legimus: *Questi opuscoli erano parte del Codice antecedente 636. Allorquando fu rilegato furono rubati questi opuscoli, riserbando ad arte il primo, e gli ultimi del manoscritto. Nel dì 31 Agosto 1811 furono rivendicati alla biblioteca Vaticana con altri molti dal primo Conservatore della Biblioteca Angelo Battaglini.*

In tegumenti dorso prioris voluminis stemmata Pii IX et A Mai card. bibliothecarii; volumen alterum tigrina pelle contectum.

637. Saec. IX, membran., mm. 410 × 285, ff. 160 (+ ff. 106-108 librarii neglegentia bis numeratis).

1 (f. 1^{v}). **Ven. Bedae** Expositionis in s. Marci evangelium ⟨liber I⟩ — (f. 14 col. 2, lin. 34) ⟨II⟩; — (f. 26^{v}, col. 2, lin. 15) ⟨III⟩; — (f. 39^{r}, col. 2, lin. 32) ⟨IV⟩ (M. 92, 133-302). Praemittuntur: [1]) ⟨auctoris epistula ad Accam⟩ (M. ibid., 131-134); [2]) capitula evangelii (Wordsworth-White, Novum Testamentum, Oxonii 1891, p. 174, col. 1-186).

2 (f. 53). **S. Ambrosii** Expositionis evangelii (in ms. *in euangelio*) secundum Lucam liber I; — (f. 58^{r}) II; — (f. 67) III; — (f. 73) IV; — (f. 79) V; — (f. 86^{r}) VI; — (f. 93^{v}, col. 2, lin. 28) VII; — (f. 107, col. 1, lin. 3 ab imo) VIII; — (f. 113^{v}, col. 2, lin 22) IX; — (f. 114^{v}, col. 2, lin. 25) X (M. 15, 1607-1944). Sequuntur (f. 125) verba libri IX *ut detur mihi sermo - Domini est enim terra* (M. ibid., 1887, B, 12 - 1893, A, 4), quae suo loco omissa duabus manibus suppleta sunt, quarum altera ipsius librarii aequalis, altera saec. XI.

3 (f. 126). ⟨Collectanea ex s. Augustini tractatibus in evangelium s. Ioannis⟩. Inc. *In nomine dei patris et filii et spiritus sancti. In principio erat uerbum ; qua similitudine intellegitur uerbum substanciale uerbum et in ipso homine quod manet intus. Quod uere spiritaliter dicitur quod intellegitur de sono non ipse sonus.* Mutila des. (XXI, 17) *Haec omnia mala ab eo uelut fonte manant: quod primum posuit semetipsos amantes, merito dicitur petro diliges me ? et respondit. amo te. eique refertur. pasce agnos meos: non sint ergo semetipsos amantes qui pascunt oues christi. Ne uelint ex illis lucra conquirere sicut* (cf. M. 35, 1379-1968).

F. 124^{v}. *Ad mandatum in cęna domini* hymnus. Inc. *Tellus ac ęthera iubilent | in magni cęna principis* (Chevalier, Repertorium hymnologicum, n. 20271).

Codex duabus columnis non una manu exaratus est. Tituli qui exstant litteris capitalibus vel uncialibus exscripti sunt. Correctiones et additamenta ipsi praesertim librarii in marginibus et in textu ipso addiderunt; manus autem saec. X hic illic eos locos notavit qui homiliis idonei sunt, additis in marginibus primis evangelii verbis feriae vel dominicae. Margines inferiores complurium foliorum excisi. In summo folii 1^{r} margine, manu, ut videtur, saec. X *Liber s. Vivencii si quis illum abstulerit. anathema sit. maranatha. amen.* 124^{v} imago Iesu cruxi affixi rudi arte delineata. Post f. 125 folia duo excisa fuerunt, eorumque loco folium unum (mm. 297 × 178) suppletum est, saec. XI exscriptum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii impressae sunt.

638. Saec. XI, membran., mm. 365 × 261, ff. 174.

Ven. Bedae Expositionis in s. Lucae evangelium libri I-VI (M. 92, 307-634). Praemittuntur: [1] (f. 1) epistula adhortatoria Accae episcopi ad Bedam presbyterum (M. ibid., 301-304); [2] (f. 1^{v}) epistula responsoria ven. Bedae ad Accam episcopum (M. ibid., 303-308); [3] (f. 3) capitula evangelii (Wordsworth-White, Novum Testamentum, Oxonii 1893, p. 274, col. 1 - 306).

Sequuntur: [1] (f. 171). ⟨**Pseudo-Augustini** fragmentum sermonis Contra Iudaeos, paganos et Arianos⟩. Inc. *Vos inquam conuenio o iudei.* Des. *proprietas non adeo potuit obseruari. Credo iam uos o inimici iudei tantis testibus ita*

obrutos confutatosque esse usu ueritate. ut nichil ultra repugnare et nichil querere debeatis (M. 42, 1123, lin. 37-1126, lin. 2 ab imo). Versus Sybillini de Christo, sermone expleto, repetuntur notis musicis instructi. [2] (f. 172v). ⟨**Adsonis** Libellus de Antichristo⟩. Mutilus inc. *De Antichristo sire* (!) *uolumus primo dicemus quare sic uocatur.* Des. *In disposicione autem dei manet qui ea ora seculorum iudicabit quam ante secula iudicandum esse prefinxit* (! M. 101, 1291, C, 13 - 1298, B, 1). [3] (f. 174r). ⟨Titulus Audoald ducis⟩: *Sub regibus ligurie* (Muratori, *Antichità estensi ed italiane,* Mutinae 1717, part. I, p. 74). [4] (ibid.). Titulus Ragintrudae reginae⟩: *Condita priorum* (Muratori, ibid., p. 73-74); [5] (ibid.). ⟨Notitiae de Augustino et Hieronymo, episcopis Papiensibus⟩; [6] (ibid.). Fragmentum de tribus Mariis. Inc. *Tres fuerunt sorores.* Des. *de qua dominus septem demonia eiciet.*

Codex duabus columnis nitide perscriptus titulos habet rubro, aut rubro et nigro colore depictos, et litteras initiales minio et atramento alterna vice exaratas. Correctiones variaeque lectiones perraro occurrunt, saepe vero notulae, quibus manus recentior minio plerumque signavit locos homiliis idoneos, additis interdum notis feriarum vel dominicarum. Quaterniones sunt numero 21, et singuli in ultimo folio signati sunt; quaternioni novissimo ternio subtexitur, cuius folia 171, col. 2 - 173 manus saec. XI-XII, et 174r manus saec. XII exscripserunt. In summo folii 1r margine, recentiori manu *Expositio beati bede presbiteri super lucam.* 174v quaedam calami probationes, quas inter *bernadus* (!) *de sancta agata fecit ... donationem ...*

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

639. Saec. XI-XII, membran., mm. 335 × 233, ff. 89.

Ven. Bedae opera.

1. ⟨Expositio super epistulas catholicas⟩. [1] (f. 1). In epistulam s. Iacobi (M. 93, 9-42). [2] (f. 15). In epistulam I s. Petri (M. ibid., 41-68). [3] (f. 27). In epistulam II s. Petri (M. ibid., 67-86). [4] (f. 35). In epistulam I s. Ioannis (M. ibid., 85-120). [5] (f. 50v). In epistulam II s. Ioannis (M. ibid., 119-122). [6] (f. 51). In epistulam III s. Ioannis (M. ibid., 121-124). [7] (f. 92). In epistulam s. Iudae (M. ibid. 123-130).

2 (f. 57v). ⟨Explanationis Apocalypsis s. Ioannis⟩ libri I-III (M. ibid., 133-206). Praemittitur (f. 56) auctoris epistula ad Eusebium (in ms. *Incipit prologus Bede presbiteri ad eusebium presbiterum super apokalipsin.* M. ibid., 129-134). Additur in margine ⟨testimonium de Apocalypsi ex s. Hieronymi epistula ad Paulinum de studio Scripturarum excerptum⟩ (M. 22, 548, lin. 1 ab imo - 549, lin. 3).

Sequuntur (f. 89): [1]) Ven. Bedae ⟨epigramma de beato Ioanne et eius Apocalypsi⟩, ultimo versu omisso (M. 93, 133-134); [2]) *eiusdem* ⟨De Philomela⟩ (Baehrens, Poetae latini minores, vol. 5, Lipsiae 1883, p. 363-367); [3]) subtexitur epi-

gramma in laudem s. Hieronymi: *Hieronime interpres. uariis doctissime linguis.* | *Te betlehem celebrat. te totus. personat orbis.* | *Te quoque nostra tuis. promit biblioteca libris.* | *Fontibus in liquidis parum requiesce uiator* | *Atque tuum rursus carpe refectus iter*; [4]) octo primi versus Panegyrici Constantino Aug. dicti, Porphyrio auctore.

Volumen a duobus librariis descriptum duobus constat codicibus, quorum alter ff. 1-55, alter reliqua complectitur. Tituli rubri, litterae maximae plerumque minio litteraeque maiores atramento depictae et interdum in posteriore codice rubro tactae colore. Correctiones in marginibus et inter lineas librarius ipse in ff. 55-89 plerumque apposuit. F. 55v vacuum.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X de Zelada card. bibliothecarii expressa sunt.

640. An. 1452 (cf. f. 202v), chart., mm. 203 × 140, ff. 201 (— f. 87 librarii oscitatione omisso).

1. Ven. Bedae ⟨Expositio in quinque epistulas catholicas⟩, praevio prologo: *Iacobus. Petrus. Iohannes. Iudas. septem epistolas ediderunt - quos in suis epistulis percutiens sepe cognominat antechristus.* [1] (f. 1v). In epistulam s. Iacobi (M. 93, 9-42). [2] (f. 25). ⟨In epistulam I s. Petri⟩ (M. ibid., 41-68). [3] (f. 27). ⟨In epistulam II s. Petri⟩ (M. ibid., 67-86). [4] (f. 55). ⟨In epistulam I s. Ioannis⟩ (M. ibid., 85-120). [5] (f. 81). ⟨In epistulam s. Iudae⟩ (M. ibid., 123-130).

2. ⟨Pseudo-⟩Ambrosii Commentaria in X epistulas b. Pauli (in ms. *Expositio diui Ambrosij super Pauli epistolis*). [1] (f. 88). ⟨In epistulam ad Galatas⟩ (M. 17, 357-394). [2] (f. 113v). ⟨In epistulam ad Ephesios⟩ (M. ibid., 393-426). [3] (f. 133v). ⟨In epistulam ad Philippenses⟩ (M. ibid., 425-444). [4] (f. 145v). ⟨In epistulam I ad Thessalonicenses⟩ (M. ibid., 465-480). [5] (f. 153v). ⟨In epistulam II ad Thessalonicenses⟩ (M. ibid., 479-486). [6] (f. 158). In epistulam ad Colossenses (M. ibid., 443-466). [7] (f. 172v). ⟨In epistulam ad Titum⟩ (M. ibid., 525-532). [8] (f. 176v). ⟨In epistulam I ad Timotheum⟩ (M. ibid., 487-512). [9] (f. 192v). ⟨In epistulam II ad Timotheum⟩ (M. ibid., 511-526). [10] (f. 201). ⟨In epistulam ad Philemonem⟩ usque ad v. *nisi in solo christo* (M. ibid., 531-534 D, lin. 2 ab imo).

Codex in duo volumina dispertitus, quorum prius usque ad f. 86 pertingit et alterum reliqua complectitur, currenti calamo descriptus est. Tituli fere omnes omissi, spatiis ad eos excipiendis vacuis relictis; litterae maximae quae exstant minio exaratae; initiales denique verborum comprehensionum saepissime rubro tactae colore. F. 203 vacuum. 56r eadem continet quae 55r, sed cancellata sunt. 202v subscriptio *MCCCCLIJ ianuarij die IIII hora uero XXI.* In primo custodiae folio posterioris voluminis scriptum legimus *Questa esposizione di S. Ambrogio sull'epistole di S. Paolo erano parte*

del Codice antecedente. Allorquando fu rilegato, fu rubata la detta Esposizione. Nel dì 31 Agosto 1811. fu rivendicata alla Biblioteca Vaticana con altri molti dal Primo Conservatore della Biblioteca Angelo Battaglini.

In tegumenti dorso prioris voluminis tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii; volumen alterum pergamena contectum est.

641. Saec. XI, membran., mm. 285 × 199, ff. 199.

1 (f. 5ʳ). **Ven. Bedae** (in ms. *Bedani*) Explanationis Apocalypsis libri I-III, praeviis (f. 3) epistula ad Eusebium et (f. 4) epigrammate (M. 93, 129-206). Opere absoluto (f. 42ᵛ), scriptum legimus: *Explicito tandem tanto tamque periculoso labore, suppliciter obnixeque deprecor. ut si qui nostrum hoc opusculum lectione uel transcriptione dignum duxerint, auctorem quoque operis domino commendare meminerint, ut qui non soli mihi sed et illis laborauerim, illorum uicissim qui meo sudore fruuntur. uotis precibusque remunerer, ligno uitę cuius eos aliquatenus odore famaque aspersi. suis meritis faciant uisu fructuque potiri. Amen. Explicit* etc.

2. **S. Fulgentii Ruspensis** episc. opera. [1] (f. 43). Epistula 11 (Ferrandi. M. 65, 378-380), [2] (f. 44) 12, [3] (f. 50) 13 (Ferrandi), [4] (f. 50ʳ) 14 (in ms. *Incipit Liber sancti Fulgentii episcopi. ad Ferrandum*), [5] (f. 71) 9 (Victoris), addito (f. 72) sermone fastidiosi Ariani. [6] (f. 73ʳ). Contra sermonem fastidiosi Ariani (in ms. *Incipit liber fulgentii episcopi. ad victorem.* M. ibid., 507-528). [7] (f. 83). De fide, seu De regula verae fidei (in ms... *ad Petrum. de regula...* M. ibid., 671-706). Sequuntur (f. 98) versus de s. Fulgentio: *Cum studiis renitere sacer. cum. gliscere sacris. | Quolibet ingeniis richosindus pectore uotis | Gratanti uoluit manibus discutere plectris | Literulis sibimet iugiterue pingere libris | Unde faueto suis meritis. sub climate quisquis | Perlegis ast librum fulgenti lampade sparsum | Ipse quidem presul. uenerandus episcopus ipsum | Repertus solito cupienș. depromere amore. | Ardenti calamus tandem rescribere nec ne. | Tempore sub celeri maluit componere cursim. | Librum sed que pater conducto flammine pennis. | Bermundo famulo manibus qui tradidit immo. | Sicque libens seruo. iam dedit ipse suo. | Quem pater omnipotens culparum mole solutum. | Stipet in angelicis. hanc super astra choris.*

3. **S. Isidori Hispalensis** opera. [1] (f. 98ʳ). De ecclesiasticis officiis libri I-II (M. 83, 737-826). Epistulam missoriam sequuntur capitula libri I, praefationem libri II sequuntur capitula eiusdem libri, singula autem capitula suis locis iterum exscripta reperiuntur. [2] (f. 126). In libros V. ac N. Testamenti prooemia (in ms. *De libris novi ac veteris testamenti.* M. ibid., 155-180). Opere expleto (f. 132ᵛ), legitur *Explicit liber .III. primiorum* (!). *Incipit. IIII. de ortu. uita. et obitu patrum.* [3] (f. 132ʳ). De ortu et obitu patrum usque ad v. (c. 10) *factus humilis usque* (M. ibid., 131-134, C, 5), omissis praefatione et capitulis.

4 (f. 134). *Admirabile de nostri salvatoris imagine miraculum.* Inc. ⟨praeambulum⟩ *Apud cęsaream capadocię in urbe permaxima. conuenientes de pluribus asię urbibus.* Inc. ⟨prologus⟩ *Fuit enim tempore constantini iunioris et hyrrenes uxoris eius. dilectissimi sanctę ęcclesię filii. aures simul mentis et corporis erigite.* Inc. *Quędam ciuitas est in siria. infra terminos tyri et sydonis.* Des. *Ideoque sine cessatione per uiam mandatorum eius gradientes* etc. (cf. M. P. G., 28, 813-820).

5 (f. 136v). *Miraculum in uita sancti Hieronimi de leone* (M. 22, 209, lin. 4 ab imo - 214, 24).

6 (f. 139). ⟨**Pseudo-**⟩**Gennadii** Vita s. Hieronymi (Bibliotheca hagiographica latina, Hieronymus n. 5).

7. S. Ioannis Chrysostomi homiliae complures. [1] (f. 143v). In psalmum L. Homilia bipertita est: pars prior inc. *Pictores imitantur artem naturę, et colores coloribus permiscentes. uisibiles corporum depingunt imagines,* des. *Ut per abstinentiam et bonam conuersationem in hoc sęculo conscientiam puram habentes. coronare in futuro mereamur* etc. (cf. M. P. G., 55, 565-575 inter spuria); altera pars (f. 153) inc. *Reliquias externe mensę. hodie uobis reddere uolo,* des. *Homo mortuus. uiuo patrocinatur. O iustorum. et post consummationem. inexpugnabilis pugna uiuorum. Pro his omnibus gratias agamus deo. Et tales nos exhibeamus in hac uita. quo possimus inuenire requiem sempiternam. cum sanctis eius* etc. (cf. M. ibid., 575-588 inter spuria). [2] (f. 161). In psalmum CXXII. Inc. *Prosunt nonnumquam supplicia. et tribulationum sarcinis animę sepius corriguntur.* Des. *ut refici quieti possimus. per dominum* etc. (S. Ioannis Chrysostomi opera omnia, Parisiis, apud Sebastianum Vivellium, 1581, 1, col. 1120-1122). [3] (f. 162). In psalmum CL. Inc. *Laudate dominum in sanctis eius. Alius inquit in sanctos eius. alius in sanctificatione eius; Aut de populo hic ait. aut propter uitam sanctam et uiros sanctos.* Des. *et si laudando eum inuigilauimus. etiam futuris bonis perfrui poterimus. Gratia et misericordia* etc. (cf. M. 55, 495-498). [4] (f. 163v). In evang. s. Matthaei *Vae mundo ab scandalis*... Inc. *Videtur quidem specialiter designari iudam.* Des. *honora parentes. In quantum tibi non impediant ad seruitutem domini hoc est imperatori* (!) *tuo* (!). *cui est gloria* etc. (ed. Parisiis, 2, col. 1083-1085). [5] (f. 165). In evang. s. Marci homiliae I-III simul connexae. Prima inc. *Animal illud quod in iohannis apocalipsin.* Tertia des. *possumus. et uirtutes habere de fratribus et solitudinem habere. prestante* etc. (loc. cit., col. 1118-1123). [6] (f. 168v). In evang. s. Lucae *Homo quidam erat diues.* Inc. *Quoniam dixerat. nemo seruus potest duobus dominis seruire.* Des. *Non dixit dimittite uias. sed state in illis uiis. et querite uiam xristum. Cui sit* etc. (loc. cit., col. 1171-1176). [7] (f. 173v). In evang. s. Ioannis *Fuit homo missus a deo.* Inc. *Vide*

quę sit distantia. Des. *Cum tibi ascendero ad patrem. tunc mereris me tangere. Prestante xristo domino Nostro* (ed. cit., 3, col. 365-369). [8] (f. 176^{v}). De Lazaro resuscitato. Inc. *Grandi fratres stupore grandi miraculo hinc inde fluctibus tollor.* Des. *christi miracula referuntur. Cui est honor et gloria in secula seculorum amen* (loc. cit., col. 375-376). [9] (f. 177^{v}). De cruce et latrone homilia I. Inc. *Hodierna dię noster dominus pependit in cruce. et nos festiuitatem eximia leticia.* Des. *Ut et cęlorum regna mereamur. per christum dominum nostrum. cui est gloria* etc. (loc. cit., col. 761-768). [10] (f. 182^{v}). De cruce et latrone homilia II. Inc. *Hodie incipiamus Karissimi de crucis tropheo.* Des. *ut inluminati misericordia eius glorificemus patrem et filium. et spiritum sanctum in secula seculorum amen* (loc. cit., col. 768-770). [11] (f. 184^{v}). De nativitate Domini. Inc. *Et reclinauit eum i⟨n⟩ pręsepio ... et reclinauit eum mater. Ioseph autem non audebat adtingere.* Des. *minus intentius auribus audiamus benedicentes dominum cui sit gloria in secula seculorum amen* (ed. cit., 2, col. 1160-1163). [12] (f. 187). De solstitio et aequinoctiis conceptionis et nativitatis domini n. Iesu Christi et Ioannis Baptistae In Nativitate sancti Ioannis Baptistae. Inc. *Nescio an quisquam ausus sit archanum.* Des. *per immortalia sécula seculorum amen* (loc. cit., 1153-1160). [13] (f. 193). De Ascensione Domini (in ms.... *Saluatoris*). Inc. *Quando de cruce nostra processit oratio.* Abrumpitur in v. *ipse cacumen tocius beatitudinis possidebit* (ed. cit., 3, col. 795-801, C, 13).

Ff. 1-2^{r} saec. XI exarata continent ⟨partem officii s. Martini episc. et conf.⟩ cum sex lectionibus, quae complectuntur capita I-XI Vitae eiusdem sancti, Alcuino auctore (M. 101, 657-662).

Ff. 198^{v}-199^{r} duo donationis actus complent a dominis castri Vigoriensis saec. XI factae.

Codicem non unus librarius descripsit. Litterae maximae atramento persaepe delineatae et interdum minio exornatae, maiores rubro aut nigro colore, tituli atramento aut minio, aut rubro et nigro colore depicti. Correctiones in textu ipso passim occurrunt; notulae vero diversis manibus aetate diversis conscriptae in marginibus hic illic additae sunt. Ff. 116. 142^{v} vacua. Folium unum excisum post 116 et 134. F. 2^{v} index, manu saec. XIV. 198^{r} index alter manu recentiore cum duabus proprietarii notis cancellatis. 199^{v} *Carta castelli Vigo⟨ri⟩ensis de ecclesiis... castri*, litteris capitalibus et uncialibus.

In tegumenti dorso scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

642. Saec. XII in., membran., mm. 230 × 156, ff. 100.

1. Ven. Bedae opera. [1] (f. 1^{v}). De natura rerum, praeviis capitulis et praefatione (M. 90, 187-278). [2] (f. 6^{v}). De temporibus, praemissis capitulis (M. ibid., 277-292). Subnectuntur (f. 11) quaedam ⟨de stella Veneris et Mercurii⟩

et de absidibus planetarum et ⟨argumentum ad inveniendam lunam paschalem⟩ (inc. *Itaque stella ueneris et mercurij hoc a superioribus tribus planetarum stellis differunt*, des. *reliquum per septenos multiplicare*). [3] (f. 11v). ⟨De Paschae celebratione⟩ usque ad v. *aut ante equinoctium fuisse confirmet* (M. ibid., 599-606). Sequuntur: [a] (f. 13v) de concordia maris et lunae (est cap. 29 lib. De temporum ratione. M. ibid., 422-426); [b] (f. 14r) ⟨capita 58-59 lib. III Etymologiarum s. Isidori Hispalensis⟩, quibus subnectuntur v. *Nam sol per se ipsum moueri dicitur - non cum epicureo uoluptatum assertore uentri deseruire et luxurię.* [4] (f. 16r). De temporum ratione, praeviis (f. 15r) praefatione et (f. 16) capitulis (M. ibid., 293-578).

2 (f. 80r). ⟨**Pseudo-Hieronymi**⟩ Divisio orbis terrarum (Riese, Geographi Latini minores, Heilbronnae 1878, p. 9-14).

3. ⟨**Pseudo-Bedae**⟩ opuscula. [1] (f. 82). ⟨Divinatio numeri ab aliquo in animo concepti⟩. Tres indicantur modi, quorum primus inc. *Si enim uis scire hoc uel illud quod aliquis in manu tenet uel in mente concipit*, tertius des. *prima species imparis numeri sunt III* (cf. M. 90, 665-666; sed differt valde). [2] (f. 82). ⟨Didascalica de argumentis lunae⟩, scilicet: ⟨ad lunam per dies anni inveniendam⟩ (M. 90, 703), ⟨ad feriam per dies anni inveniendam⟩ (M. ibid., 709), ⟨de pronuntiatione dierum anni secundum Victorium, ad feriam singularum nonarum, iduum, kalendarum inveniendam⟩ (M. ibid., 706), ⟨ad annos ab incarnatione Domini inveniendos⟩ (cf. M. ibid., 718), ⟨ad invenienda indictionem, epactas, concurrentes⟩ (cf. M. ibid., 718), ⟨cyclum solarem et lunarem⟩ (M. ibid., 721), ⟨bissextum⟩ (cf. M. ibid.) et ⟨in qua hora et puncto luna accendatur a sole⟩ (cf. M. ibid.). Sequuntur (f. 83) capita duo, quorum prius inscribitur: *Ubi concurrentes jmmutantur et terminj*; et alterum: *Termini inicij XL.ae*.

4. ⟨**B. Alcuini**⟩ [1] (f. 83) De bissexto (M. 101, 993-998); [2] (f. 85v) De saltu lunae (M. ibid., 984-989); [3] (f. 87v) Argumentum de saltu lunae (M. ibid., 989-990); [4] (ibid.) Argumentum de bissexto (in ms.... *De materia bissexti, idest de quadrante*. M. ibid., 998-999). Sequitur argumentum lunare, quod inc. *Si nosse desideras augmentum lunare quomodo crescit dies et lux*, et des. *XII hore adcrescunt in augmento noctis*.

5 (f. 88v). ⟨**Ven. Bedae** hymnus⟩ de ratione temporum (in ms. *Ratio tocius compotj*. M. 94, 605-606). Subsequitur (f. 89) *De annis domini* (inc. *Duodecim regulares hic addicit*, des. *eo quod sapientes et insipientes indictiones norunt*).

6 (f. 89). ⟨**Pseudo-**⟩**Hieronymi** Disputatio de solemnitatibus Paschae (ex hoc ipso cod. ed. Vallarsi. M. 22, 1220-1224; cf. varias lectiones ap. Pitra, Analecta sacra et classica, p. 136-138).

7 (f. 91). ⟨Astrologica quaedam, seu de lunae effectibus⟩. Inc. *Luna*

I quicquid in somnis uideris siue bonum siue malum non est dubium quod in gaudio conuertetur. Des. *Luna XXX... qui in lecto ceciderit. diu egrotabit set surget. et inuenietur libertas in ea.*

8 (f. 94). *Iudicium de terra.* Inc. *Incipit Experimentum In duobus Equinoctii anni... Vade igitur stella lucifero apparente.* Des. *His finitis canta hos psalmos cum letania. Verba mea... Voce mea.*

9 (f. 94v). ⟨**Pseudo-Bedae**⟩ Sibyllinorum verborum interpretatio (in ms. *Incipit Libellus S. Sibillę.* M. 90, 1181-1186). Subsequitur (f. 97) parvum fragmentum ⟨de anno nativitatis Domini⟩. Inc. *Octauo kal. april. concurrente quinto. anno tercio post bissextum.* Des. *mortem secundum carnem subire dignatus est.*

Ff. 97v-99r Kalendarium complet cum prognosticis per singulos dies et menses.

Litterae librorum initiales rubro plerumque depictae, imaginibus interdum distinctae sunt; initiales capitum et capitulorum, numeri Romani et tituli fere semper minio exscripta. Duplex foliorum enumeratio; antiquior foliis versis saec. XIV numeris Romanis apposita. Glossulas inter lineas et in marginibus librarius ipse hic illic addidit; manus autem saec. XIV paucas notas et titulos adiunxit, eademque f. 97v codicis titulum inscripsit, additis verbis *emit inquam ipsum librum* (sequitur emptoris nomen *hugo per̄* alphabeti litteris cancellatum) *clericus ab alexandro fabri religatore librorum in operatorio suo in palatio lugdunensi precio 1 franc. aurei cum dimidio mense septembre M°CCC.LXXVI.* In marginibus foliorum 16v. 17r imagines computum per signa declarantes non mediocri arte delineatae. F. 89 notula A. Mai. F. 98r vacuum. 100v, manu saec. XIV ex., *d. zeno: pro pretio 72,* et inferius alia manu *hic liber continens .c. folia. est hugonis per̄ clerici qui eum emit. mense septembris anno domini M°.CCC.LXXVI. ab Alexandro. religatore precio 1. franc.*, dein aliquanto inferius K̄. *B'*.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et A Mai card. bibliothecarii.

643. Saec. XII, membran., mm. 276 × 210, ff. 100 (+ ff. 41a. 71a, — f. 81 librarii oscitatione omissis).

1. Ven. Bedae opera. [1] (f. 1r). De natura rerum, praemissis praefatione et capitulis (M. 90, 187-278). [2] (f. 9r). De temporibus, praeviis capitulis (M. ibid., 277-292). Subsequuntur: [a] (f. 15) de stellis Veneris, Mercurii, Saturni, Iovis et Martis (inc. *Itaque stella ueneris. et mercurii. hoc a superioribus tribus planetarum stellis differunt,* des. *et idcirco longiores. ethereas metas peragit*); [b] (f. 15r) de circulo zodiaco (inc. *Circulus. zodiacus. qui XII. signis constat. omni ex parte. equę uicinus est terrę,* des. *aut uirginem transit. Quod subiecta melius pictura declarabitur*). [3] (f. 17). De temporum ratione (in ms.... *liber de temporibus*), praemissis (f. 15r) praefatione et (f. 16r) capitulis (M. ibid., 293-578). Caput LXVI a v. « Adam annorum » desideratur (M. ibid., 522-571).

2. Astronomica complura. [1] (f. 70r). ⟨De duodecim signis eorumque ortu⟩. Inc. *Ariete oriente duabus horis. occidit libra.* Des. *Si XXIII aut*

XXIIII uirgo. [2] (ibid.). ⟨De solis et lunae defectu⟩. Inc. *Deliquium Solis contigisse fertur anno ab incarnatione domini DCCCVIII.* Des. *Quod quotiens contigerit totiens eclypsin non defecturam.* [3] (f. 71, lin. 3). ⟨Argumentum ad inveniendum in quo signo versentur Mars, Iuppiter, Venus et Mercurius⟩. Inc. *Annis ab initio mundi per senarium diuisis.* Des. *memoratum semper inueniri planetam uirgo.* [4] (ibid.). De incremento saltus lunae. Inc. *Primo sciendum est quod in toto decennouenali circulo unus dies de saltu lunę accrescat.* Des. *et sextans. idest sexta pars momenti.* [5] (f. 71^{v}). De concordia solis et lunae. Inc. *Nouem horis in luna.* Des. *possunt VIIII. hore lunares. cum quinque diebus solaribus concordare.* [6] (ibid.). De quibus embolismis menses et bissextiles dies adimpleantur. Inc. *Luna igitur cotidie et cetera transit XIII. partes et horas VIII.* Des. *Hec ratio subtilissima est. et ualde necessaria et maximo labori undecumque ab auctoribus collecta et ad quam cernenda mentis acies purganda.* [7] (f. 71^{a}_{v}). ⟨Commentarioli fragmentum in opus ven. Bedae De temporum ratione⟩. Inc. *Non est pretermittendum cum dixit de natura rerum. cur non etiam de natura temporum uel de ratione rerum et ratione temporum dixit.* Des. *idest CC^ma^XXXV. pars XL.VII. semis momentorum.* [8] (f. 75). Quid sint epacta solis et regulares solis. Inc. *Dum audis ępactas lune. ętates lune per singulos annos intellige.* Des. *uel quot dies usque ad Kalendas futuri mensis supersunt.* [9] (f. 75). ⟨Versus de cursu planetarum per duodecim signa.⟩ I *Bissex segniferę numerantur sydera sperę.* XII *Proxima telluri dum curris candida phebe* (Baehrens, Poetae Latini minores, vol. 5, p. 350, lin. 15 - 351, lin. 9).

3 (f. 75^{v}). ⟨Varia experimenta medicinalia⟩. Inc. *Dictamnum urinam. et menstrua prouocat.* Des. *lactuces non comedat nec in balneum calidum. ingrediatur.*

4 (f. 81^{v}). ⟨Versus de signis caeli⟩. I ⟨*N*⟩*omina signorum quis clauditur astriger orbis,* CXXIX *Versus qui restant qui uult in fine requirat.*

5 (f. 82^{v}). ⟨De signis caeli cum figuris⟩. Libellus multis in locis concordat cum Pseudo-Beda (cf. M. 90, 945-950). Inc. *Quidam tamen multa dicunt et alii aliter narrasse.* Des. *Sic enim oportet inspicere si inuentus fuerit super currens multis aduenientibus nubibus.*

Litterae initiales singulorum operum et capitum atque tituli numerique Romani minio exscripti. Notulas et glossas tum inter lineas tum in marginibus passim librarius ipse apposuit. Singuli quaterniones numerantur in margine inf. primi folii. Ff. 81^{v}-82^{r} manus recentior saec. XII exaravit. In summo folii 1^{r} margine nota nullius momenti, et in margine inf. eiusdem folii notae numerales *II* et *I*.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

644. Saec. X. XI., membran., mm. 318 × 242, ff. III. 79.

1 (f. 1ᵛ). **Ven. Bedae** De natura rerum a v. (cap. IX) *Tres autem* usque ad cap. XLVIII inclusive (M. 90, 203, A, 8 - 275), scholiis in marginibus adiectis, quorum I in vocem « Thyle » inc. *ultima est omnium insularum in mari oceano cuius incolę ut solinus refert tempore more pecudum herbis pabulantur,* III in v. « supradictam diversitatem immutat » inc. *Quia necessitatem nimis longas dies habent. nec hieme adeo longas noctes.* [2] (f. 7). De temporibus inde a v. (cap. IV) *ingenium et linguam* (M. ibid., 281, A, 13-292) cum scholiis marginalibus, quorum I in v. « A Iove temperantiam » *Iouis enim sidus frigore saturni et ardore martis hinc inde temperatur,* et II in v. « A Venere voluptatem » *Venus etenim ex uicinitate solis luminis pulchritudinem percipit. unde suo allicit aspectu secernentes.*

2. ⟨**Pseudo-Bedae** de quibusdam argumentis lunae⟩, videlicet: (f. 11) ad inveniendos annos ab initio mundi et ad indictionem, ad epactam, ad concurrentes, (f. 11ᵛ) ad cyclum lunarem, ad annos Domini, ad annum cycli decennovennalis, ad indictionem, ad epactam, ad concurrentes, ad cyclum lunarem invenienda. Inc. *Si scire cupis annos ab initio mundi.* Des. *cyclus lunaris anni presentis* (cf. M. 90, 701 sqq.). Sequuntur tria capita, quorum tituli: *De anno et partibus eius,* (f. 12) *Quot athomos habeat annus et partes eius, Quot modis soleat annus nominari.* Prosequuntur (f. 12ᵛ) argumenta ad annum ab incarnatione Domini et indictionem inveniendam, quattuor argumenta ad inveniendum quot sint epactae, duo argumenta ad inveniendum quot sint concurrentes septimanae dies, argumentum ad inveniendum quotus sit cyclus lunaris et (f. 13) argumenta tria ad inveniendam quartam decimam lunam. Inc. *Si uis scire quot sint anni.* Des. *habebis initium quadragesimae* (cf. M. loc. cit.).

3 (f. 13). **Ven. Bedae** ⟨De temporum ratione⟩ inde a cap. LXVII (in ms. f. 16ᵛ *Explicit liber de temporibus* ... M. ibid., 571-588).

4 (f. 16ᵛ). Litterae alphabeti Graeci cum suis nominibus et significatione numerali.

5 (f. 17). De cyclo paschali, praevio carmine: *Linea christe tuos prima est quę continet annos* etc. (M. 90, 859-878).

6 (f. 34ᵛ). **Ven. Bedae** De temporum ratione usque ad cap. 66 exclusive (M. 90, 295-520). Praemittuntur: [1] (f. 33) praefatio (M. ibid., 293-296); [2] (f. 33ᵛ) capitula; [3] (ibid.) *Argumentum ad inveniendum quadragesimam* (inc. *Quando currit Nulla inuenimus quadragesimam...*); [4] (f. 34) Anthol. Lat. Riese carmina 680. 394. 639 (Ausonii). 733. 676, et versus de terminis quadragesimalibus: *Octonas martis* etc. (M. 90, 714).

7. Miscellanea. [1] (f. 75ᵛ). De primordiis creaturarum. Inc. *Nam*

prima die septem opera fecit deus. Des. *tali ratione seruatur.* [2] (ibid.). De quattuor principalibus virtutibus. Inc. *Virtutes animi sunt quattuor.* Des. *Partes temperantiae. continentia. dementia. Modestia.* [3] (ibid.). Nomina Musarum. [4] (ibid.). De divisione artis musicae. Inc. *Divisiones. musicae artis sunt tres.* Des. *ex pulsu digitorum sonum recipit.* [5] (f. 75ᵛ-76ʳ). Fragmenta quaedam parvi, ne dicam, nullius momenti. [6] (f. 76). Carmen de horologii compositione. Versus I: *Spera caeli quater senis horis dum uoluitur.* XXI: *Radius ad imam mersus gemmalis deducitur.* [7] (f. 76ᵛ). *Tetrasticon autenticum de singulis mensibus* (Anthologia Latina, carm. 395 Riese).

8 (f. 76ᵛ). *Versus cuiusdam sapientis* (manus saec. XIV addidit *idest Prosperi beati*). I *Carcere si cęco claudar nectarque catenis,* XXX *Una sit atque duo spiritus unus alat.*

9. Miscellanea saec. XI descripta. [1] (f. 77). Inter quaedam parvi momenti inveniuntur: *a*) Ratio inveniendi terminos Septuagesimae, Quadragesimae, Paschae, Rogationum et Pentecostes *versifice edita per decennovenale cyclum* (I *Idus septenas iani uicesima sexta;* XXVIII *In nono decimo bis bina bis adde XXX.*); *b*) versus duodecim de diebus aegyptiis (I *Iani prima dies* etc. XII *Dat duodena* etc. M. 90, 950); c) fragmentum de tribus diebus aegyptiis, qui sunt mortiferi. [2] (f. 77ᵛ-78ʳ). Schemata seu characteres unciarum. Legitur ad instar inscriptionis: *Gerbertus latio numerosa Bacique figuras.* [3] (f. 78). De ratione unciarum libellus, praevio carmine De libra et partibus eius (Riese, 741). Inc. *Verbi gratia. De CXX in XI.* Des. *et ne aliquid dictorum per singuli diuisiones mentis eius inspectui obfuscetur.*

F. 11. Epistula apocrypha Iesu Christi ad Abgarum regem, manu recentiore exscripta.

Codex non una manu perscriptus. Tituli saepissime litteris capitalibus minio exarati, litterae initiales rubro aut nigro colore depictae. Glossae tum inter lineas tum in marginibus et notulae, manibus praesertim saec. X. XIV, passim occurrunt. Quidam codicis possessor saec. XIV Kalendario plura addidit. Foliorum enumeratio interdum duplex, interdum triplex est; recentiorem secuti sumus. Ff. II. III. 1ʳ erasa; 77-79ʳ saec. XI descripta. Iᵛ *Beda de temporibus cum scholijs.* IIʳ numeri litteris Graecis expressi a μονάδες ad χιλιάδες μυριάδων. IIᵛ-IIʳ index non integer saec. XV conscriptus. 57ʳ imago quaedam in margine delineata est. 79ᵛ quaedam parvi pretii et pauca erasa, saec. XIV conscripta. Inc. *Ego dedi cuidam de vengleuano nomine carneuario...*

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

645. Saec. IX, membran., mm. 193 × 153, ff. 103 (+ f. 51ᵃ librarii neglegentia bis numerato).

1 (f. 1). Capitula totius codicis in quattuor libros distributa.

2 (f. 3). Anthol. Lat. Riese carmina 639 (Ausonii). 394. 395.

3 (f. 5). Kalendarium.

4 (f. 12). ⟨**Pseudo-Bedae**⟩ circuli decennovennales I-LIV (M. 90, 825-844), additis in marginibus ⟨Annalibus s. Quintini Veromandensis⟩ (ex hoc cod. ed. Bethmann, M. G. H., Scriptores, XVI, p. 507-508).

5. Astronomica complura. [1] (f. 36^{v}). Termini paschales concurrentes septimanae dies. [2] (f 38). Ratio quomodo feria, qua Dominus passus est invenitur. Inc. *Prima dies saeculj creditur fuisse dominica septima sabbatum.* Des. *qua christum crucifixum sancti euangelii sacra testatur historia.* [3] (f. 39). De hebdomadibus LXX propheticis (est caput IX libri ven. Bedae De temporum ratione. M. 90, 333-338). [4] (f. 41). ⟨Argumentum ad inveniendam dominicam Paschae⟩. Inc. *Quoniam in primo decennovennalis cycli anno in kalendis iañ. luna nona semper esse solet.* Des. *semel tantum quaeres nullum alium affert errorem.* [5] (f. 42). Terminus septuagesimalis. Sunt versus n.° decem et novem, alia manu aequali descripti, quorum I *Procedunt februę quinta sub soste kalende*, XIX *Idibus accumbunt tria clauso limiti cicly.* [6] (f. 42^{v}). Tabula una computi. [7] ⟨De compluribus lunae argumentis⟩ ad invenienda: [a] (f. 43) annos ab initio mundi; [b] (ibid.) annum cycli decennovennalis per eosdem annos; [c] (ibid.) indictionem; [d] (f. 43^{v}) epactam; [e] (ibid.) concurrentes; [f] (ibid.) cyclum lunarem; [g] (ibid.) annos Domini; [h] (ibid.) annum cycli decennovennalis; [i] (f. 44) indictionem; [l] (ibid.) epactam; [m] (ibid.) concurrentes; [n] (ibid.) cyclum lunarem. Haec omnia, praeter unum vel alterum argumentum, conveniunt cum iis quae in cod. praecedente folio 11 reperiuntur (cf. M. 90, 701 sqq.) [8] (f. 44^{v}). Genera numerorum in sensibus secundum Augustinum. Inc. *Progressores in actu.* Des. *iudiciales in discretione.* [9] (ibid.). De kalendis, nonis, idibus et diebus duodecim mensium. [10] (f. 45). Tabula, in qua concurrentes et epactae cum suis regularibus ad inveniendas ferias et lunam kalendarum. [11] (f. 45^{v}). Argumentum ad inveniendos regulares feriae kalendarum. Inc. *Annus solis habet dies CCCLXV.* Des. *sequentis mensis regularibus procreabitur.* [12] (ibid.). Argumentum ad inveniendos regulares lunae kalendarum. Inc. *Quinque residuos aegyptiorum dies.* Des. *remanebit tibi regularis mensis sequentis.* [13] (f. 46). Tabula de diebus anni per kalendas, nonas et idus. [14] (f. 46^{v}). Tabulae tres, quarum tituli a) Quod dies habeat annus per dies hebdomadarum, c) Terminus quadragesimalis cum suis regularibus, b) De computo articulari.

6 (f. 47^{v}). ⟨**Pseudo-Bedae** Libellus de loquela per gestum digitorum⟩, praefatione omissa (M. 90, 689-692).

7. Astronomica complura. [1] (f. 48^v). De anno et partibus eius. Inc. *Annus solaris habet quattuor tempora.* Des. *Una pars habet momenta II.* [2] (f. 49). De mundano anno qui quindecim milibus solarium conficitur annorum: Tullii Ciceronis Somnium Scipionis dictantis et Macrobii idem exponentis ac Senecae phylosophorum auctoritas. Inc. *Annus non is solus est quem nunc communis omnium usus appellat.* Des. *quisquis in digitos mittit inueniet.* [3] (f. 50^v). De ratione bissexti. Inc. *Bissextus igitur ex quadrantis ratione per quadriennium conficitur. Quadrantem namque solent appellare.* Des. *interkalare consuerunt.* [4] (f. 51). De mensura crementi bissextilis. Inc. *Sed et de mensura crementi bissextilis ne te nostra lateat sententia.* Des. *per XV dies quinque horas et quadrantem unius horae percurrere* (est pars capitis 39 libri Bedae De temporum ratione. M. 90, 469). [5] (ibid.). In quot annis de bissextilibus diebus unus annus adcrescat. Inc. *In quattuor annis unus dies.* Des. *idest. CCCLXVI dies esse probantur.* [6] (f. 51^v). Qualiter per quattuor annos bissextus adcrescat. Inc. *Primo igitur anno praeparationis bissexti.* Des. *et ideo bissextus dicitur quia bis VI kalend. mart. habet.* [7] (f. 54^v). Quinque argumenta, quorum duo ad quamlibet feriam inveniendam (I inc. *Si cognoscere cupis hoc uel illo die quota sit feria;* II inc. *Si uis scire quota sit feria de quocumque die*), alia duo ad feriam kalendarum Ianuariarum inveniendam (I inc. *Si scire uis per singulos annos quota feria;* II inc. *Si uis scire quo die sint kalen. ianuar.*) et ultimum ad inveniendum quotus sit annus in cyclo solari (inc. *Si uis scire quotus sit annus*). [8] (f. 55^v). De ascensu ac discensu solis. Inc. *Ascensus solis dicitur. augmentum lucis.* Des. *in detrimento lucis obseruanda.* Sequebantur De luna quota sit in kal. mensium per decem et novem annis, et alia plura, quae una cum foliis suis perierunt.

8 (f. 56). ⟨**Pseudo-Bedae** libellus De signis caeli⟩ in breviorem formam contractus (cf. M. 90, 945-948). Inc. *Helice arcturus maior habet stellas in capite VII.* Des. *Anticanis habet stellas .III.* Exstant suis locis signorum figurae satis artificiose delineatae.

9. Astronomica et alia complura. [1] (f. 66). Ventorum imagines et in circulo Adam in medio ferarum. [2] (f. 66^v). Planetarum figura. [3] (f. 67). Argumenta tria, quorum primum ad inveniendum qua hora luna accendatur a sole (inc. *Si nosse uis qua hora accendatur luna.* Cf. M. 90, 703), alterum ad aetatem lunae inveniendam (inc. *Si autem aetatem ipsius lunę.* Cf. M. ibid., 703), tertium denique manu paulo recentiore descriptum agit de adventu Domini (inc. *Tradunt doctores a sanctis patribus maxime a beato ysidoro terminum constitutum*). [4] (f. 67^v). Alia planetarum figura. [5] (f. 68). De positione et cursu septem planetarum. Inc. *Inter caelum et terram certis discreta spatiis.*

Des. *A tricesima luce ad easdem uices exit.* Haec pluribus in locis conveniunt cum Beda, De natura rerum capp. 12-13 (cf. M. 90, 208-214). [6] (f. 69). Tabula quaedam, cui praefixa sunt verba: *Leua namque epactas certe clude cunctas intra.* [7]) **Plinii Secundi** Hist. Nat. excerpta: [a] (f. 69^{v}) De siderum intervallis (inc. *Interualla eorum a terra;* des. *armoniam uocant.* Hist. Nat. II, 21-22, p. 80-81 Ianus); [b]) De absidibus stellarum (inc. *Tres autem quasi supra solem;* des. *coartari ad centrum. necesse est sicut in rotis radios ut subiecta figura demonstrat.* Hist. Nat. II, 15-16, p. 75-76 Ianus); [c] (f. 70^{v}) De cursu earum per zodiacum circulum (inc. *Cur autem magnitudines suas... latitudo signiferi. et obliquitas facit. per hunc;* des. *Mercurii .XII. aut cum plurimum XVII.* Hist. Nat. II, 16-17, p. 77-79 Ianus. Subnectuntur v. *Cur autem non uideantur coitus solis - martis maxime inobseruabilis est cursus*). [8] (f. 72). De interlunio. Inc. *In⟨ter⟩lunium lunae est tempus illud. inter deficientem et nascentem.* [9] (ibid.). De ecclypsi lunae. Inc. *Ecclypsis lunae est. quotiens in umbram terrae.* Des. *omnes dies et noctes aequales existerent.* [10] (ibid.). De ecclypsi solis. Inc. *Eclypsi⟨s⟩ solis est quotiens luna.* Des. *orbis lunae opponitur.* [11] (f. 72^{v}). De solis ecclypsi quando visa sit. Inc. *Anno dominicae incarnationis .DCCLX.* Des. *Item anno DCCC.XII ...* [12] (ibid.). Dimensio caelestium spatiorum secundum quosdam. Inc. *A terra ad lunam tonum pronuntiant.* Des. *idest miliaria .CVIIII. et CCCLXXV.* [13] (f. 73). **Plinii Secundi** Hist. Nat. XVIII, 35 De praesagiis tempestatum (p. 238-245 Ianus). Inc. *Etenim praedictis difficilioribus transire conuenit ad reliqua tempestatum praesagia, primumque a sole capiemus exordia.* Des. *diras tempestates prenuntiant.* [14] (f. 76^{v}). De ratione unciarum libellus ab edito ap. Migne 90, 699-700 admodum diversus. Inc. *Unciarum quoque rationem.* Des. *assis. siue .as. XII. unciae.* [15] (f. 77^{v}). De probatione auri et argenti. Inc. *Omne aurum purum cuiuslibet ponderis.* Des. *sicut prima lectionis huius fronte praefixum est.* [16] (f. 78). De mensura cerae et metalli in operibus fusilibus. Inc. *In fundendis operibus cuius ponderis metallum quodlibet.* Des. *quod sunt unciae .III. et denarii .XVI.* [17]) Ambrosii Theodosii **Macrobii** duo excerpta ex capite 20 in Somnium Scipionis (ed. Eyssenhartdt, Lipsiae 1868, nn. 14-13), quorum prius (f. 78^{v}) De mensura et magnitudine terrae et circuli per quem solis iter est (inc. *In omni orbe;* des. *et in⟨super⟩ cent⟨r⟩um .LXX milia*), et alterum (f. 80) De mensura et magnitudine solis (inc. *His dictis;* abrumpitur in v. *consideraueris partem. mensuram,* eo quod folium unum resectum fuit). [18] (f. 81). ⟨De mensura terrae⟩ fragmentum. Inc. *per interualla locorum a septentrione meridiem uersus.* Des. *quae in caelestj circulo nullam humanae coniecturae dimensionem admittit.*

10 (f. 81). **Ven. Bedae** De *naturis* rerum cum capitulis praefationem sequentibus (M. 90, 187-276). Verba novissimi capitis « laeva - extenditur » una cum suo folio perierunt.

11 (f. 93). <**S. Isidori Hispalensis** Chronicon> usque ad v. *totilam gotorum regem in italia superauit* (M. 83, 1017-1055, A, 9).

F. 4[v] coniurationem quandam continet saec. XI-XII conscriptam. Inc. *In nomine patris... Tres angeli ambulauerunt in monte.* Des. *Et uerbum erat apud deum.* F. 69[r] quaedam continet liturgica parvi momenti. F. 82[r] hymnum exhibet paschalem, qui margine resecto ex parte periit (Chevalier, Repert. hymn., n. 19096).

Codicem sat diligenter quattuor, ni fallor, librarii descripserunt, quorum [a]) folia 1-11. 49-53. 93-103, [b]) 12-29, [c]) 30-48. 56-92, [d]) 54-55 exaravit. Librarius primus titulos unciali aut capitali charactere litterasque initiales illinit minio; alter titulos atramento et minio; tertius initiales aeque ac titulos nigro colore; quartus denique titulos minio atque initiales rubro aut nigro colore depingit. In marginibus aliisque spatiis vacuis relictis variae manus notas nullius saepe momenti addiderunt, si Chronicon excipias s. Quintini et has duas notulas, quarum altera *(Paschalis papa obiit cui eugenius succescit!)* f. 6[r] occurrit sub die XIIII kal. Mart. et altera *(Eugenius presbiter tituli sanctę sauinę apostolicus ordinatus est)* occurrit sub die VIIII kal. Mart. Folia complura exciderunt, ut etiam docent notulae in marginibus foliorum 2[v]. 34[v]. 55[v]. 92[v] manu Zaccagni adiectae. Inter f. 80 et 81 folium unum excisum itemque post f. 103 folium unum vel plura perierunt. Codicem perspexit Bethmann (cf. *Pertz's Archiv*, XII, p. 221-222), sed minus recte, ut mihi videtur, in monasterio s. Quintini scriptum esse existimat, cum in Kalendario nomen s. Quintini non reperiatur: attamen nulli dubium quin postea codex ad s. Quintini pervenerit.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

646. Saec. X, membran., mm. 255 × 182, ff. 83 (+ f. 71[a] librarii neglegentia bis numerato).

Remigii Autissiodorensis (?) Expositio in Genesim ab edita ap. Migne, 131, 51-134 prorsus diversa (in ms. *Incipit exposicio Remigii super Genesim*). Inc. *Scriptoribus ebreorum hic mos esse traditur ut uoluminibus quae componunt. ex principio narrationis nomina tribuant.* Des. *quo diu incorrupta durare potuissent cuncta pene scriptum testatur. Explicit exposicio Remigii super Genesis deo gratias* (cf. *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements*, vol. 2, Parisiis 1855, p. 175).

F. 83 ex codice saec. IX-X petitum continet explanationem in evang. s. Ioan. 2, 1 *Et die tertia nuptię factę sunt*, cuius tamen lectio posteriore in pagina olim tegumento adglutinata interdum difficilis, interdum autem impossibilis est. Inc. *Similiter et uxor uiro; Et iterum; Is autem qui matrimonio coniunctus est... Heç iuxta litteram; Spiritaliter autem coniunctionem christi et ecclesię.*

Titulus cum in principio tum in fine codicis et duae primae litterae initiales minio depicta. Correctiones inter lineas et in marginibus vel alia manus aequalis vel interdum librarius ipse apposuit. In margine sup. folii 1ʳ, manu, ut videtur, saec. XII, *Jncipit exposicio Remigii super Genes⟨im⟩.* Ff. 2-7 inter f. 81 et 82 conglutinatoris oscitatione inserta fuerunt. 2 nomen card. Geoffroy *Ioffridi.* In margine folii 43ᵛ, si codicem vertas antiphonam leges in translatione s. Germani, recentiore manu descriptam et neumis instructam (inc. *Celsis uocibus auxilium preclarissimi confessoris*). 82ᵛ quaedam calami probationes nullius momenti et pauca erasa.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

647. Saec. XII ex., membran., mm. 274 × 200, ff. 219.

Remigii Autissiodorensis Expositio in duodecim prophetas minores (in ms. *In christi. nomine. incipit tractatus domini. Remigii. in exposicione. duodecim prophetarum*) cum prooemiis, quae singulis explanationibus singulorum prophetarum connectunctur.

1 (f. 1) In Oseam (ex hoc cod. ed. Mai, Scriptorum veterum nova collectio, tom. VI, 1832, p. 103-123). **2** (f. 37ᵛ). In Ioelem (Bibliotheca maxima veterum Patrum, tom. XVI, Lugduni 1677, p. 962-970). **3** (f. 59). In Amos (loc. cit., p. 970-982). **4** (f. 90). In Abdiam (loc. cit., p. 982-985). **5** (f. 97ᵛ). In Ionam (loc. cit., p. 985-990). **6** (f. 108ᵛ). In Michaeam (loc. cit., p. 990-998). **7** (f. 127). In Nahum (loc. cit., p. 998-1002). **8** (f. 136). In Habacuc (loc. cit., p. 1002-1008). **9** (f. 148). In Sophoniam (loc. cit., p. 1008-1013). **10** (f. 158). In Aggaeum (loc. cit., p. 1013-1016). **11** (f. 164ᵛ). In Zachariam (loc. cit., p. 1016-1035). **12** (f. 207). In Malachiam (loc. cit., p. 1035-1040).

Codex duabus columnis diligenter Gothico charactere descriptus est. Litterae maximae tum variis coloribus, tum minio et atramento, tum viridi et rubro colore, tum viridi, tum rubro tantum, tum caeruleo et rubro illitae sunt: tituli autem litteris maiusculis Gothicis interdum viridi et rubro, saepe vero minio depicti. Correctiones in marginibus et inter lineas ipsius librarii manu raro occurrunt. Quinque priores quaterniones alphabeti litteris, quaterniones IV-XXI numeris Romanis, XXII-XXV vocibus *Dixit* | *dominus* | *domino* | *sede*, ceteri nullo modo distincti. 219ʳ litteris maiusculis Gothicis *Finit* ⁝ *tractatus* ⁝ *domni* ⁝ *Remigij* ⁝ *in* ⁝ *expositione* ⁝ *XII* ⁝ *prophetarum.* F. 219 nova membrana refectum; 219ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

648. Saec. XI, membran., mm. 397 × 267, ff. 266.

Remigii Autissiodorensis Expositio in evangelium secundum Matthaeum (in ms. *Incipit expositio Beati. Remigii. archiepiscopi in evangelio secundum Matheum*). Inc. *Liber generationis Liber est interior cortica corticis. que coheret ligno*

de quo poeta ait. alta liber aeret in ulmo. Des. *Et ideo non est dubium. quia illi* (corr. ex *illis*) *post huius uitę certamina simul cum domino regnabunt in celis. qui hoc pręsenti sęculo in hospitio sui cordis meruerunt eum habere mansorem. Explicit expositio Remigi archiepiscopi in evangelium secundum Matheum* (cf. de hoc opere M. 131, 49, A, 2-7). Praemittuntur: [1] (f. 1) index (in ms. *In nomine domini: nostri. ihesu christi .:. incipiunt capita. in expositione sancti Mathei. ęditum a sancto Remigio. archiepiscopo. et confessore*); [2] (f. 2) prologus, qui inc. *Admonendi sumus. ut spirituale opus spirituali intentione aggrediamur,* et des. *et ideo bene quattuor sunt euangnelistę*; [3] (f. 5) expositio in v. «Initium sancti evangelii secundum Mathaeum». Inc. *Initium est inchoatio. uel alicuius rei principium.* Des. (f. 7ᵛ) *Aut quae substantia* (corr. ex *substantiam*) *tantam gloriam prestat homini super terram, quantam oppinio sanctitatis.*

Codex duabus columnis non una manu exaratus est. Litterae maiores saepissime, pariter atque tituli, minio depictae; maximae autem persaepe rubro, flavo caeruloque colore conspicuae, interdum figuris distinctae sunt. Correctiones et additamenta tum in rasura, tum in marginibus alter praesertim librarius saec. XII apposuit. Singulis commentarii capitibus praemittitur nota temporis, quo ad instar homiliarum capita ipsa recitari poterant. In margine inf. f. 1ʳ scutum conspicitur cardinalis Barbo. F. 169 pessumdatum; 202ᵛ maxima ex parte vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

649. Saec. XII ex., membran., mm. 254 × 180, ff. 174.

⟨Sermones per anni circulum ex Haymonis (in ms. *Remigii*) Expositionibus in s. Pauli epistulas excerpti⟩ (cf. M. 117, 361-938). Primus (f. 2ʳ) in illud ad Romanos «*Hoc scientes. quia hora est iam nos de sommo surgere*» inc. *Mos est sacre scripture,* des. *ut ipse sit decus. atque ornamentum nostrum* (M. ibid., 483, B, 12 - 485, C, 4). Ultimus (f. 171ʳ) in illud ad Corinthios «*Evigilate iusti et nolite peccare*» inc. *Quidam codices habent euigilate iusti,* des. *ita erit spirituale corpus, ut supra diximus* (M. ibid., 599, C, 5 - 601, B, 6). Praemittuntur: [1] (f. 1) argumentum (in ms. ...*prologus in epistola ad Romanos*), quod inc. *Apostolus paulus romanis hanc epistolam. Quos non ipse,* des. *quia omnes et iudei et gentiles sub peccato tenebantur* (M. ibid., 361-362, G, 8); [2] (ibid.) prologus (in ms., ...*tractatus remigii caput .1.* M. ibid., 362-364). Sequuntur iidem prologi in epistulas ad Galatas, ad Philippenses, ad Colossenses et ad Hebreos, qui in ed. cit. reperiuntur.

Codex duabus columnis Gothico charactere descriptus est. Litterae maximae rubro nigro flavo colore depictae; tituli, praeter primum, minio exarati; loci divinarum Litterarum linea rubra subducta signati, quorum primi singulorum sermonum flavo colore superinduti sunt; initiales verborum comprehensionum persaepe rubro tactae colore. In margine folii 174ᵛ inf. titulus *Remigius super epistolas paulj*, qui in summo margine pariter occurrit, atramento tamen perevanido.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

650. Saec. X. XI. XII, membran., mm. 275 × 185, ff. III. 155 (+ ff. 41-48 post 50 iterum computatis, — f. 105 abscisso).

1. B. Alcuini opera. [1] (f. 7^v). <De fide s. Trinitatis> liber I; — (f. 12^r) II; (f. 19) III (M. 101, 13-58). [2] (f. 27^r). <Quaestiones I-XXVIII> De Trinitate (in ms. titulum manus saec. XIV ex. in marg. apposuit) usqne ad v. *Nullatenus ita spiritus sanctus caritas intelligitur quasi non sit pater* (M. ibid., 57-62, A, 10).

2 (f. 33). <**Pseudo-**>**Augustini** De fide ad Petrum inde a v. *deum paulus apostolus confitetur dicens* usque ad v. *deus reuelauit* (M. 40, 769, lin. 11 ab imo - 778, 13).

3 (f. 37^v). **Pelagii** (in ms. *sancti Hieronimi*) *expositio fidei* (S. Hieron. opp., ed. Vallarsi, 11, col. 146-148).

4. S. Hieronymi [1] (f. 38^v) epistula 14 (M. vol. 22), [2] (f. 41^v) 52, [3] (f. 46^v) 58, [4] (f. 49) 22, [5] (f. 54^v) 125, [6] (f. 57) *Increpatio hieronimi ad monachos* (Inc. *Fratres karissimi mundus in periculo positus est,* des. *me et uos ab omnibus insidiis diaboli tutos prestare. Cui est gloria et potestas in sęcula sęculorum amen),* [7] (f. 58) epist. 76; [8] (f. 58^v) excerpta ex lib. II Adversus Iovinianum [primum inc. *Filioli mei,* des. *dominum pollicetur* (M. 23, 295, C, 13 - 297, A, 13); secundum inc. *Dico autem inquit apostolus. spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis,* des. *cor suum* (M. ibid., 298, B, 9 — 300, A, 15 ad v. *misereatur* + 302, A, 15 inde a v. *Tentatio* — 303, A, 10); duodecimum inc. *Sed et ipse dominus,* des. *ne resurrectio fantasma putaretur* (M. ibid., 323, A, 11-14 ad v. *superari* + 324, C, 9 a v. *Illud autem* — 325, A, 15]; [9] (f. 62^r) excerptum ex lib. Contra Vigilantium a v. *Nec* (corr. ex *Hec*) *a suo studio monachi sunt deterrendi* ad v. *quę nos non tam natura cogit facere quam uoluntas* (M. ibid., 366, C, 9 - 368, A, 13).

5 (f. 63). **S. Nili** monachi De octo spiritibus malitiae (in ms. *Institutis... de octo uitiis generalibus*, cf. M. P. G, 79, 1146-1163). Inc. *Principium fructus flos, et principium bonorum actuum continentia.* Des. *in qua beatam inpassibilitatis uitam uiuere possint mercede laborum suorum ueram percipientes lętitiam.*

6 (f. 68). **B. Alcuini** *dictatum... de octo vitiis principalibus* (est pars libri De virtutibus et vitiis). Inc. *Octo sunt uitia principalia et originalia omnium uitiorum. ex quibus quasi radicibus.* Des. *Fortitudo. Temperantia* (M. 101, 632, D, 11 - 637, A). Sequitur (f. 69^v) caput De quattuor virtutibus (M. ibid., 637, B, 1 - 638, A).

7 (f. 72). **Ioannis Cassiani** Conlatio V, quae est abbatis Sarapionis De octo vitiis principalibus, praeviis capitulis (Petschenig, 2, p. 119-151; sed in ms. multa desiderantur).

8 (f. 84). Anonymi fragmentum quod inc. *altari ignis iste deficit. quia etiam post hanc uitam eorum mentibus feruor caritatis accrescit,* et des. *et cor publice corruat quod latenter tumebat.* Subtexitur (f. 85^{v}, lin. 11) excerptum ex Moralibus s. Gregorii in Iob, quod inc. *Quisquis enim,* et des. *grauiter premat* (M. 76, 362, C, 5 - 363, B, 9).

9. Excerpta ex s. Gregorii M. operibus. Primum (f. 86) inc. *Quisquis iam terrena,* des. *disciplinę pressuras sentit* (M. 75, 760, B, 1 - 766, A, 11); secundum (f. 88) inc. *Inter hęc itaque uerba creatoris,* des. *quo tendat ignorat* (M. 76, 491, C, 6 - 496, C, 4); quintum variis constat fragmentis et (f. 92) inc. *Unumquodque ante faciem suam gradiebatur* (M. 76, 813, B, 1), des. *indurantur ut deteriores existant.*

10. **S. Gregorii M.** [1] (f. 99^{v}) Registri lib. XI, epist. 1 usque ad v. *Si fieri potest quod* (M. G. H., Epistulae, 2, p. 259-260, 9 Ewald-Hartmann); [2] (f. 108) Super Cantica canticorum expositio usque ad v. *similem te attendi* (M. 79, 471-492, A, 2). Verba « angelus - effectus est creatoris » una cum folio, in quo scripta fuerunt, perierunt. Sequitur (f. 115) carmen, vulgo b. Alcuino adscriptum: *Hunc cecinit salomon* etc. (M. 100, 641-642).

11 (f. 115^{v}). **Origenis** In canticum canticorum homiliae I-II a s. Hieronymo in latinum translatae, praevio interpretis prologo (M. 23, 1174-1196).

12. S. **Caesarii** Arelatensis episcopi [1] (f. 125) homilia 20, quae in ms. s. Augustino adscribitur (M. 67, 1083-1085), [2] (f. 126) hom. 10 (M. ibid., 1067-1069), [3] (f. 127) sermo duabus constans partibus, quarum priorem (*Sanctus hac* (!) *uenerabilis pater uester. religiosa quidem humilitatem. sed prope indiscreta suggestione postulat - Quid autem dictum est illis qui ad dexterum erunt*) in libris typis impressis non repperi, altera autem (f. 129, lin. 3, *Venite benedicti - possidete regnum quod uobis paratum est ab origine mundi*) pluribus in locis consentit cum homilia 14 (cf. M. 67, 1076, A, 12 - 1077).

13 (f. 129^{v}). ⟨**Pseudo-**⟩**Augustini** sermo 46 Ad fratres in eremo (M. 40, 1323-1324).

14 (f. 130^{v}). ⟨**S. Caesarii** Arelatensis episcopi (?)⟩ homilia 18 (M. 67, 1081-1082).

15 (f. 139). **S. Ephraem Syri** Sermo asceticus (in ms. ... *de compunctione cordis,* manu saec. XIV) inde a v. *inhabitatur. et efficitur ut prędixi et qui laudem exhibet.* Des. *Gloria patri qui fecit nos et gloria filio qui saluauit nos et gloria spiritui sancto qui redemit nos. Amen* (cf. S. Ephraem Syri opera omnia, Romae 1732, 1, p. 60, lin. 4-70).

16 (f. 143). **S. Basilii M.** (?) Admonitio ad filium spiritualem (in ms. *Incipit Basilii ad monachos*). Inc. *Audi fili monitionem patris tui. et inclina aurem*

tuam ad verba mea. Commoda mihi libenter auditum. Des. *facie ad faciem uidebis. quę preparauit deus diligentibus se. Amen* (cf. M. 103, 683-700).

17 (f. 148ʳ). Vita s. Aegidii abbatis, manu saec. XII (Biblioth. hagiographica lat., S. Aegidius n. 1).

18 (f. 153.). **S. Petri Damiani** epistula 6 lib. IV usque ad v. *Quoniam spes impii* (M. 144, 298-304, D, 10).

F. IIIᵛ. Versus Italico idiomate n.° 13 manu saec. XV descripti, quorum primus *Prestai ad uno, unde io moito mi pento,* et ultimus *E sia uillano onde io li fui cortese.* Ff. 1-3. *Sequuntur autem Missae Sancti Augustini episcopi omnium feriarum quas quia non inter alias reperimus Seorsum posuimus,* manu saec. X exaratae. Feria prima. Inc. *Antiphona Fac mecum domine signum in bono.* Feria VII. Inc. *Salus populi ego sum dicit dominus.*

Codicem sex scripserunt librarii: *a*) saec. X ff. 5ᵛ-125, lin. 6; *b*) saec. X ff. 125, lin. 7-130. 143, lin. 22-148ʳ, *c*) similis primae manus ff. 139-143, lin. 21, *d*) saec. XII ff. 148ᵛ-153; *e*) saec. XI ff. 4. 153-154; *f*) saec. X ff. 1-3. Complura folia perierunt eorumque loco alia suffecta sunt ex antiphonario saec. XII avulsa, quae tamen nullam continent scripturam, praeter priorem erasam. Insiticia sunt folia -29-32. 47-48 (quae manus saec. XV supplevit). 70-71. 74-75. 78-79. 82-83. 100-108. 131-138. Insuper folium unum periit post 56. 114. 144. Ff. 148ᵛ-152, lin. 11 rescripta; 152, lin. 12-153, lin. 6 ab imo erasa. Litterae initiales minio plerumque depictae interdum flavo colore, pariter atque tituli, inluminatae sunt. In marginibus paucas notulas saec. XI. XII. XIV. XV exaratas invenies. Ff. I-II avulsa ex quodam libro expensarum saec. XIV conscripto. 4 index contentorum, ex quo eruitur codicem alia plura olim continuisse, quae deperdita fuerunt. In margine sup. folii 1, manu recentiore *Est ecclesie sancti andree.* 5 pars indicis, manu saec. XI. 108ʳ in marg. sup. nota *Iste liber est ecclesie sancti andree* aliquantum erasa, manu saec. XIV.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Aloysii Lambruschini card. bibliothecarii.

651. Saec. IX-X, membran., mm. 275 × 255, ff. 194 (+ f. 80 bis numerato et f. 121ᵃ librarii oscitatione omisso).

1 (f. 1). **B. Alcuini** Commentariorum in Apocalypsin libri I-V (ex hoc codice ed. Mai, Scriptorum veterum nova collectio, tom. IX, Romae 1837, p. 257-338).

2 (f. 31ᵛ). Expositio in evangelium s. Matthaei (in ms. litteris capitalibus et uncialibus *Incipit expositio Rabbani* [supra nomen Rabbani legitur *Aimonis*] *super Matheum*). Inc. *Inter omnes sacras scripturas sanctum praecellit euangelium quia quod lex et prophetę prędicunt futurum hoc euangelium denuntiat.* Mutila des. *qui in praesenti saeculo in hospitio sui cordis eum meruerunt habere mansorem.* Laudantur ss. Augustinus, Hieronymus, Gregorius.

3 (f. 129). Sacrarum Scripturarum interrogationes. Inc. *Quid est quod paulus ait alius iudicat diem inter diem. alius iudicat omnem diem? R. Alius*

quaedam nonnullis intermissis intellegit. Des. *ne dum amitto ordinem bene uiuendi rectitudinem perdam loquendi.*

4 (f. 150^{v}). Commentarius in Marci evangelium (in ms. *Homelie ven. bede presbiteri,* manu saec. XII; et in marg., manu A. Mai, titulus, quem supra rettulimus). Inc. *Initium euangelii ihesu christi filii dei; Dicit beatus augustinus. bene quem matheus filium dauid dicit in principio sui euangelii. marcus dicit filium dei.* Des. *et ad illud usque tempus narrando peruenit. quo apostoli eiusdem euangelii uerbum per totum mundum prędicando disseminauerunt. deo gratias Amen.* Praemittitur ⟨praefatio⟩, quae inc. *Marcus euangelista genere israhelita officio sacerdos fuit. unus scilicet eorum de quibus in actibus apostolorum legitur. Plurima turba* etc., et des. *secundum illud. super montem excelsum ascende tu qui euangelizas sion.* Laudantur ss. Augustinus, Hieronymus, Gregorius.

F. 31 (manu saec. XIII in.) notula de concessione ecclesiae s. Ioannis ad monasterium Cluniacense et Verziacense Lingonensis dioecesis. Inc. *Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris. quod rotbertus episcopus lingonensis.* Des. *et episcopus lingonensis de quo supradiximus transmisit aquam benedictam per suum decanum paganum nomine et precepit ibi cantare.* F. 150 (eadem manu saec. XIII in.) notula de restitutione ecclesiae de Ienliaco Verziacensi monasterio deque eiusdem ecclesiae nova concessione ab eodem monasterio facta. Inc. *Sciant omnes tam presentes quam futuri quod durannus presbiter de ienliaco.* Des. *Constancius famulus. et arbertus. Kal. Iulii.*

F. 173. Antiphona de s. Anna cum notis musicis, manu recentiore exscripta (ex hoc cod. ed. Vezzosi, Thomasii opera, IV, Romae 1749, p. 327-328).

Codicem partim duabus columnis (ff. 1-30. 150^{v} sqq.), partim lineis plenis (ff. 31-128. 150^{r}), partim denique tribus columnis (ff. 129-149^{r}) complures librarii sat diligenter descripserunt. Correctiones additionesque in textu ipso vel inter lineas passim adiectae sunt. Loci evangelii s. Matthaei in marginibus occurrunt. Voces evanidae hic illic retractatae. In marg. inf. folii 2^{r} *Io. Ioffridj* (Geoffroy). F. 194 dimidiatum. 194^{r}, manu recentiore, *Liber bedę In expositione Apocalipsin quem dedit Gislebertus sancto uiuentio pro remedio animę suę.* F. 194^{v} carmen quoddam, manu paulo recentiore exscriptum, adeo erasum ut multis in locis desperatae sit lectionis, et calami probationes saec. XII exaratae.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

652. Saec. XII, membran., mm. 250 × 170, ff. 58.

Ioannis Scoti Expositiones super Hierarchias s. Dionysii (M. 122, 125-266).

Tituli rubri; litterae autem initiales minio, aut rubro et viridi colore depictae. In margine sup. folii 1^{r}, manu recentiore, *Iste liber est* (sequitur nomen proprietarii erasum);

et in margine inf. quaedam erasa et nota numeralis codicis *652*. In summo folii 58v margine *61 .1.*

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX.

653. Saec. XI, membran., mm. 376 × 275, ff. III. 265.

⟨**Haymonis Halberstatensis** episc. Expositio in s. Pauli epistulas⟩.

1 (f. 1). ⟨In epistulam ad Romanos cum argumento et prologo⟩ (M. 117, 361-508). Praemittuntur [1] (f. I) ⟨praefatio⟩: *Primum queritur quemadmodum post euangelia* (M 111, 1275-1278); [2] (f. Iv) aliud argumentum in epistulam ad Romanos: *Romani ⟨sunt⟩ qui ex iudęis gentibus* (M. 153, 13-14); [3] (f. III) s. Damasi carmen I (Ihm, p. 1). **2** (f. 76v). In epistulam I ad Corinthios, praevio argumento (M. 117, 507-606). **3** (f. 123). In epistulam II ad Corinthios (M. ibid., 605-668). **4** (f. 153). In epistulam I ad Thessalonicenses (M. ibid., 765-778). **5** (f. 158v). In epistulam II ad Thessalonicenses (M. ibid., 777-784), **6** (f. 160v). In epistulam I ad Timotheum (M. ibid., 783-798). **7** (f. 167v). In epistulam II ad Timotheum (M. ibid., 797-810). **8** (f. 172v). In epistulam ad Galatas (M. ibid., 669-700). **9** (f. 186). In epistulam ad Ephesios (M. ibid., 699-734). **10** (f. 202). In epistulam ad Philippenses (M. ibid., 733-754). **11** (f. 210v). In epistulam ad Colossenses (M. ibid., 753-766). **12** (f. 210). In epistulam ad Hebraeos (M. ibid., 819-958).

Codex duabus columnis exaratus titulos habet rubros et litteras maximas pariter atque maiores uno, vel duobus, vel tribus coloribus depictas. Inter lineas et in marginibus duae praesertim manus recentiores additamenta apposuerunt. Fasciculi sunt numero quattuor et triginta, quorum novissimus quinque tantum foliis constat. Folium 5 post I venit. Foliorum enumeratio numeris Romanis signata est. F. 264 scriptum legimus: *Dilectissimi fratres. conuenientes ad huius diei annuam sollemnitatem. Jntentis auribus atque alacri mente nostriṣ sermonis uerba percipite, quibus nos ammonere curamus. Ut in hiṣ* (supra lin. *ac*) *sacra sollemnitate aduentus dei et hominis, relictis sęcularibus, soli omnipotenti domino seruire studeamus. Adiuuante summa et indiuiduae̤* (supra lin. *a*) *sancta* (corr. ex *sanctae*) *trinitatiṣ* (supra lin. *e*). *Simulque eṭ intercessione sanctę dei genitricis semperque uirginis marię et beati benedicti abbatis. Atque in honore eiusdem Sancti Benedicti et Sancte Scolastice, pro cuius amore istos libros exaratum est. atque facere decretum a domino iohanne Abbate. Quos alma uirgo precibusque beatis. protege famulos tempus in omne tuos* | . *Tu quoque uirgo maria nec non et alma* | *Quamuis indignus studui seruire libenter.* | *Te mihi deposco pro paruis reddere magna* | *Uos quoque per dominum supplex adiuro legentes.* | *Pro me culpabili* (correctum ex *culpabilem*) *dicite mente preces.* | *Johannes infelix abbas tu miserere deus.* | *Pro cuius amore magno compulsus est facere librum.* | *Hunc ex dei largitate super epistulas* (corr. ex *ępistolę*) *pauli facere iussit. Qui hos libros multis ac precipuis festis, et sanctorum sollemnitatibus, nec non et dominicis diebus anni circuli continentur. Istius monasterii beati Benedicti et Sancte Scolastice uirginis. Puro letoque optuli corde usque in sempiternum. Contestans ac coniu-*

Codex duabus columnis scriptus est, praeter folia 1-2. 226^{v}-238, quae a tribus diversis librariis lineis plenis exarata sunt. Litterae initiales a f. 3 ad f. 225 rubro et caeruleo colore distinctae sunt, inde a f. 226^{v} desiderantur; tituli minio depicti. Correctiones ipse librarius in marginibus non raro apposuit. Ff. 1-2 indicem continent primorum triginta et octo sermonum. In summo margine folii 2^{v} nota saec. XIV aliquantum evanida et erasa *Iste liber est sancte marie florentini conuentus ordinis minorum.* Folium 225^{v} maxima ex parte et folium 226^{r} prorsus vacuum. In calce codicis alia notula non parum evanida et sigillo Bibliothecae Vaticanae deturpata *Iste liber est deputatus ad usum....,* | *ordinis minorum* | .... In summo margine folii 238^{v} pauca nullius pretii et index non integer codicis.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

667. Saec. XIV, membran., mm. 331 × 234, ff. 172 (+ f. 161^{a} librarii neglegentia omisso).

1 (f. 1). **S. Bernardi Clarae-Vallensis** abbatis Sermones I-LXXXIV in Cantica canticorum (M. 183, 785-1184).

2 (f. 126^{v}). **Gilleberti** (in ms. *Gilberti*) **de Hoilandia** sermones I-XXVIII in Cantica canticorum. Primus inc. *Varij sunt amantum affectus* et des. *desiderij usum exercet ardentius.* Ultimus inc. *Qualis est dilectus tuus... Magno pro-*

fuse uidentur affectu, et des. *Qui approximat illi. approximat igni* (cf. M. 184, 11-252). Isti sermones ex locis quadraginta et octo sermonum, qui ap. Migne exstant impressi, contexti sunt.

3 (f. 148). **Gaufridi** abbatis Sermones I-XXVIII super Apocalypsin. Primus inc. *Apocalipsis ihesu christi et cetera. Cum beatus iheronimus asseueret. non modo;* des. *quam molestiarum prolixitas. et dilatio consolationis.* Ultimus inc. *Platee ierusalem sternuntur auro mundo...* et des. *alter alteri implacabiliter aduersetur* (cf. *Histoire littéraire de la France,* XIV, p. 447).

4 (f. 163ᵛ). **S. Bernardi** Super «Missus est» homiliae I-IV, praemissa praefatione et omissa excusatione in fine (M. 183, 55-86). Homilia I abrumpitur in v. *comitatur et humilitas* (M. ibid., 60, D, lin. 1 ab imo), quibus (f. 165, lin. 1) subnectitur homilia II inde a v. *Hiis nimirum* (M. ibid., 62, A, lin. 7).

Codex non ab uno librario duabus columnis scriptus est. Litterae initiales rubro et caeruleo colore distinctae, tituli minio depicti. Correctiones in marginibus et interdum etiam in textu ipsi librarii hic illic addiderunt. Singuli sexterniones usque ad f. 158 numeris Romanis signati sunt in imo ultimi folii margine; post f. 158 haud amplius numerati sunt. Folium 172 in parte inferiore nova membrana refectum, idemque in altera pagina scriptura vacat.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

668 (olim 2615, cf. Iʳ). Saec. XIV, membran., mm. 325 × 215, ff. I chart., 185.

S. Bernardi Clarae-Vallensis abbatis Sermones I-LXXXIII in Cantica canticorum (M. 183, 785-1184). Sermones I et IX in duas partes divisi sunt: sermo XXIV repetitus, prima vice inc. a v. *Recti diligunt* (cf. M. ibid., 893, nota 177).

Codex duabus columnis eleganter descriptus titulos habet minio depictos et litteras initiales caeruleo colore illitas. Initialem primi sermonis distinguit ornamentum, in quo tria monstra conspiciuntur. Folio Iʳ frustulum membranae adglutinatum est, quod exhibet titulum libri et n. *2615*. Postrema codicis folia a tineis perforata. 185ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

669. Saec. XIII, membran., mm. 188 × 133, ff. 62 (— f. 44 librarii oscitatione neglecto).

1. S. Bernardi Clarae-Vallensis abbatis opuscula. [1] (f. 1ᵛ). Sermo I in Psalmum XC (M. 183, 186-189). Praemittitur praefatio in breviorem formam contracta, quae inc. *Scio fratres scio in quanta afflictione sitis,* et des. *quia et de eo frequentius nunc auditis* (cf. M. ibid., 185-186). [2] (f. 2ᵛ). De consideratione libri I-V (M. 182, 727-808). Liber I prologo subnectitur.

2 (f. 34). **Guillelmi Autissiodorensis** Summa in quarto libro sententiarum (in ms. ... *liber quartus de sacramentis* et alia manu *magistri Guillelmi*). Inc. *⟨D⟩icto*

de preceptis et iudicijs. consequenter dicendum est de sacramentis. Des. *Illa gaudia nobis parare dignetur ihesus christus dominus noster. qui cum patre et filio et spiritu sancto uivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen. Explicit liber IIII Magistrj Guillelmi attisiodorensis De sacramentis* (de editionibus cf. *Histoire littéraire de la France,* XVIII, p. 121). Sequitur (f. 60) breve compendium de sacramentis. Inc. *Gerarchia ut dicit dionisius. est sacrarum rerum et rationalium ordinata potestas.* Des. *sed contra augustinus. de. ciuitate. dei. non uult deus sacramentum irrationalis pectoris.*

Volumen duobus parvis codicibus constat, quorum prior, saec. XIII in. exaratus, folia 1-33 complectitur, alter, binis columnis saec. XIII exscriptus, ex ceteris foliis coalescit. Folia 1-33 non ab uno librario descripta litteras maximas exhibent rubro et nigro, aut rubro et viridi colore, aut minio tantum depictas, et titulos rubros; cetera vero folia titulos ac litteras initiales rubro colore exarata praebent. Correctiones et notabilia perraro in marginibus occurrunt. F. 1 index prioris codicis a primo librario digestus. 33^{v} pauca nullius momenti et tabula synoptica in qua *Diabolus filias suas maritat diuersis.* 61^{v}-62 notis conspersa, quas recensere non iuvat.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

670. Saec. XIII, membran., mm. 192 × 135, ff. 168.

S. Bernardi Clarae-Vallensis abbatis sermones. [1-6] (f. 2) ⟨In adventu Domini⟩ sermones I-IV. VI. VII (M. 183, 35-50; 52-56). [7-12] (f. 17). ⟨In vigilia nativitatis Domini⟩ sermones I-VI (M. ibid., 87-116). [13-17] (f. 42). ⟨In nativitate Domini⟩ sermones I-V (M. ibid., 115-130). [18] (f. 55^{r}). ⟨In nativitate ss. Innocentium⟩ (M. ibid., 129-132). [19-21] (f. 57). ⟨In circumcisione Domini⟩ sermones I-III (M. ibid., 131-142). [22-24] (f. 65^{r}). ⟨In epiphania Domini⟩ sermones I-III (M. ibid., 141-152). [25] (f. 74). ⟨In octava epiphaniae⟩ (M. ibid., 153-154). [26-28] (f. 75^{r}). ⟨In purificatione B. Mariae⟩ sermones I-III (M. ibid., 365-372). [29] (f. 79^{r}). ⟨In septuagesima⟩ sermo I (M. ibid., 161-168). [30-45] (f. 81^{r}). ⟨In psalmum XC « Qui habitat » sermones I-XIV. XVI. XVII in quadragesima habiti⟩ (M. ibid., 185-254). Praefatio et sermones I-IV. V-VI simul connexi sunt. [46-48] (f. 144^{r}). ⟨In dominica Palmarum⟩ sermones I-III (M. ibid., 253-262). [49] (f. 151^{r}). ⟨In feria IV hebdomadae sanctae⟩ (M. ibid., 263-270). [50] (f. 159^{r}). In cena Domini⟩ (M. ibid., 271-274). [51] (f. 162^{r}). ⟨In festo annuntiationis beatae Mariae Virginis⟩ sermo I (M. ibid., 383-390).

F. I saec. XIII exaratum tres formulae complent, quarum prima initio mutila, altera, ad chartam venditionis pertinens, inc. *Anno ab incarnatione domini etc.... Consules de debitis et extimatores ex parte comunis brixie,* tertia de testamento per nuncupationem agit.

Litterae initiales minio depictae; tituli sermonum desiderantur. Correctiones et solutiones quorundam nexuum tum inter lineas tum in marginibus hic illic occurrunt. 2r in margine externo, recentiore manu *Sermones bernardi abbatis de tempore per anni circulum.* 167v litteris Hebraicis *Sermoni di s. Bernardo.* 168 avulsum ex alio codice duabus columnis exarato maxima ex parte erasum est.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

671. Saec. XIV-XV, membran., mm. 374 × 242, ff. 256 (— f. 22 librarii neglegentia omisso).

1. S. Bernardi Clarae-Vallensis abbatis opuscula. [1] (f. 1). De praecepto et dispensatione, adiecta in calce epistula ad abbatem Columbensem (M. 182, 859-894). [2] (f. 6v). Apologia ad Guillelmum, praefatiuncula omissa (M. ibid., 895-918). [3] (f. 10v). De gratia et libero arbitrio (M. ibid., 1001-1030). [4] (f. 16v). Sermones I-LXXXVI in Cantica canticorum (M. ibid., 785-1198). Sermo XXXIV iterum f. 92v invenies.

2 (f. 93). *Incipit liber arcis sapientie septem conplexus particulis. in quarum prima de materia huius operis agitur in genere et de arcem inpugnantibus ab extra. In secunda particula agitur de inpugnantibus arcem sapientie ab intra. scilicet de vitijs septemque cohortes ordinate septem conmendatas capitibus continet. In tertia agitur de gratia qua mediante a malo fit recessus. et ad bonum accessus. In quarta agitur de uirtutibus que per septem tractatus d⟨i⟩uissa* (!) *est. In quinta agitur de donis sancti spiritus. In sexta agitur de beatudinibus. et aditur* (!) *caput unum de quarta conscideratione* (!) *sapientie. In septima agitur de septem sacramentis ecclesie.* In hoc opere complures Patres laudantur et interdum etiam Ioannes Boccacci. Praemittuntur prologus ad totum opus, qui inc. *Dudum hostilifere conditionis cogitatione nimia, dum animus laxaretur* et des. *Ego qui dormiueram, fui a sopore reuelatus, laudes dicens domino,* et (f. 94) praeambulum, quod inc. *Huius studij si in partes fiat distinctio* et des. *letus triumphus victorie, melodia, iubillus* (!), *cantus, et chortee* (!). Pars prima (f. 94) inc. *Arcis sapientie ad cuius constructionem et preconceptam uisionem ymaginariam,* des. *Sicque extensa iam flama* (!), *pro uiribus erit intensior.* Secunda pars (f. 97) inc. *At cum ex his quibus ab extra obstacula,* des. *facilis transitus habeatur. amen.* Tertia pars (f. 141v) inc. *Testem instructorem meum uidelicet preciosissimum augustinum inuoco,* des. *uisio pretacta veros atulit diserctores* (!). Quarta pars (f. 144) inc. *Spiritus sancti gratia qui et paraclitus nuncupatur,* des. *quem supra promisimus exequemur ordinem.* Quinta pars (f. 216) inc. *Hic ad archis* (!) *sapientie constructionem respectu habito,* des. *oportunum tamen ad dei reuerentiam et honorem.* Sexta pars (f. 222v) inc. *Quasi ex quadam consequentia,* des. *ut munera largiatur. quorum munerum cum electis nos spiritus sancti gratia consortes faciat in*

secula seculorum. et in eternum. amen. Septima pars (f. 230ᵛ) inc. *Nouissime quia ecclesie sacramenta,* des. *a lectoribus etiam super pluribus huius operis defectibus humiliter veniam postulans et requirens. deo gratias. amen.*

Codex duabus columnis exscriptus, inde a f. 93 mendis scatet. Litterae maximae variis coloribus depictae, maiores rubro aut caeruleo colore caeruleis ac rubris lineolis alterna vice ornatae, tituli minio exarati. In marginibus foliorum 93-255 passim auctoritates et correctiones et interdum additamenta occurrunt. In margine inf. folii 255ʳ legitur *Iste liber est Monasterij sancti hieronymi de Castellacio prope Mediolanum. Concessus Rmo. d. Archiepiscopo d. Henrico de sancto Aloisio. et habuit Monasterium ipsum in scontro unam bibliam. sicut in eadem biblia patet manu eiusdem Rmi d. Archiepiscopi. frater Iacobus de uglono eiusdem monasterii vicarius indignus manu propria. MCCCC° XLV°. die XXIII.* Ff. 255ᵛ-256 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

672. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 288 × 200, ff. I. 104.

1. Flores ex s. Bernardi opusculis selecti et in decem libros distributi, quorum singulis capitula praemittuntur (in ms. *Incipit liber primus exceptionum collectarum de diuersis opusculis beati Bernardi....*). De edit. cf. Hain, Repertorium bibliographicum, n. 2925. Prologus in totum opus, praeviis versibus *Par est in uerbis id odoriferis opus herbis.* | *⟨N⟩empe gerit flores bernardi nobiliores,* inc. (f. 1) *Cum non essem alicui exercitio magno opere occupatus,* et des. *per annotationes. ibi iuxta se positas designaui.* Liber I (f. 1) inc. *Quid est deus. qui est merito quidem nil conpetentius eternitati,* et des. *qui es. super omnia benedictus deus in secula.* Capitulum I *De eo quid est deus,* XXIX *Quomodo cognoscit anima quod diligitur. a deo.* Sequuntur versus *Flagrat bernardus. sacer in dictis quoque nardus.* | *E quibus est tractus. liber hic in scripta redactus.* Liber II (f. 5) inc. *In principio nostre conditionis de limo terre plasmauit hominem deus,* et des. *sed pro hiis quoque que de illa adhuc oportet. fieri.* Capitulum I *De opere nostre conditionis,* XXVIII *Quod absque presenti ecclesia celestis gloria perfici. non potest.* Liber III (f. 8) inc. *Si rerum raritas precium facit,* et des. *quasi alter satanas subito arcieris* (!). Capitulum I *Quis sit dignus prelatione,* XXX *De iudicio prelatorum.* Liber IV (f. 11) inc. *Queritur in clero passim ab omni etate,* des. *a quibus si credas id tibi omnimodis accendendum* (!). Capitulum I *De infinita ambitione clericorum,* XXIV *De usurpatione appellationum.* Liber V (f. 14) inc. *Initium reuertendi ad dominum penitentia est,* des. *quem cernere non est finis.* Capitulum I *De penitencia,* XLIV *De premio eterne beatitudinis.* Liber VI (f. 20ʳ) inc. *Initium omnis peccati. et causa tocius perditionis superbia,* des. *qui negligit incidit.* Capitulum I *De superbia,* XXXVIII *⟨D⟩e penis inferni.* Liber VII (f. 25) inc. *Dominus et saluator noster ihesus christus uolens nos docere,* des. *nihil dubium est quin... pariter et in eo penetrant* (!) *uniuersa.* Capitulum I *De*

ascensione et de descensione domini, LXXV *De duplici glutino quo sibi coherent beati spiritus in celo.* Liber VIII (f. 32) inc. *Beata illa et sempiterna trinitas,* des. *sicut ipse non aliis fruitur set semetipso.* Capitulum I *De trinitate creata,* XLVII *De tribus que solent rationem impedire* etc. Capita 26. 27. 34-37 suis locis omissa foliis 51^{v}-52 transcripta sunt. Liber IX (f. 40) inc. *Quatuor hiis uirtutibus,* des. *profunditas propter sapientiam.* Capitulum I *De* IIII^{or} *uirtutibus quibus uestitus fuit primus homo,* XLII *De longitudine: latitudine. sublimitate et profunditate Dei.* Liber X (f. 44^{v}) inc. *Primum peccatum est factum in celo per superbiam,* des. *configuratum denique corpori claritatis sue.* Capitulum I inc. *De diversis generibus peccati,* XXVI *De diuersis implicationibus anime et corporis in futuro.* Index verborum foliis 50-51^{v} conscriptus.

2 (f. 48^{v}). Exceptiones quaedam collectae ex opusculis s. Bernardi continentes verba quaedam melliflua de beatissima Virgine Dei Maria. De edit. cf. Hain, n. 2925. Inc. *Non est quod me magis delectet.* Des. *te quoque intercedente participes faciat nos glorie et beatitudinis sue. Amen.* Praeeunt capitula, quorum I *De dignitate et excellentia beatissime dei genitricis Marie,* VI *De laude ipsius virginis.*

3 (f. 49^{v}). *Auctoritates quedam memoria digne excepte de opusculis beati Bernardi.* Inc. *Dolor uiuus non deliberat.* Des. *Cauendum est hoc et illud. quia utrobique periculum.*

4 (f. 61). ⟨Pseudo-⟩**Ignatii** epistulae. 1) Ad s. Ioannem apostolum et evangelistam (M. P. G, 5, 941-944). 2) Ad eundem (M. ibid., 943-944). 3) Ad s. Mariam Virginem, et **Mariae Virginis** ad hanc epistulam responsio (M. ibid., 943-946).

5 (f. 50). ⟨**Philippi de Grevia**⟩ Disputatio inter matrem Crucifixi et Crucem (in ms. *Conquestus beate Marie de Cruce.* Chevalier, Repertorium hymnologicum, n. 4014).

6 (f. 51^{r}). ⟨Pseudo-⟩**Pilati** epistula ad Claudium (Tischendorf, Evangelia apocrypha, Lipsiae 1876, p. 413-416).

7 (f. 53). Postillae super Cantica canticorum. Laudantur praesertim s. Hieronymus s. Ambrosius, ven. Beda, Remigius ⟨Autissiodorensis⟩ et Alexander ⟨de Halis⟩. Inc. *Osculetur me. Cogitanti michi canticum promere laudis.* Des. *sicut virgula fumi ex aromatibus mine et thuris.*

8 (f. 89). ⟨Glossarium⟩ ordine alphabetico digestum. Inc. *A nomen est indeclinabile et secundum hoc plures habet significationes.* Des. *vestibulumque domus.* Praemittitur prologus, qui inc. *Quia scire distinguere sophistarum ampullas,* et des. *ergo primum dicendum est de a.* In calce operis addita est significatio verbi « Industria ».

9 (f. 102ʳ). ⟨Brevis tractatus de decem praepositionibus Graecis⟩ Latine conscriptus. Inc. *Decem et octo sunt prepositiones grece quarum tredecim sunt dissillabe.* Des. *Hec quinque prepositiones monosillabe hoc versu continentur. En notat modo sin con ex extra pro pre ad pros.*

Ff. 101ᵛ-102ʳ manu saec. XIII ex. descripta haec continent carmina: 1) *Ad cognoscendum septuagesimam* (inc. *Clarebat bonitas affirmatur fabiane,* des. *Lugent. peccantes. letentur. saluificati*); 2) ⟨ad invenienda hebdomadas a nativitate Domini, quadragesimam et bissextum⟩ (inc. *Pre electa. Benigna. Christo. Salvatori,* des. *Benedicat. Saluator. Christus*); 3) ⟨ad inveniendum quando dicendum sit *Credo* et *Gloria*⟩ (inc. *Crux et virgo suis festis et apostolus omnis,* des. *Nunquam .te.* (scilicet *Te deum*) *sine. Gloria. set bis canitur sine .te. Gloria*); 4) ⟨de quibusdam rebus ad kalendarium spectantibus⟩ (inc. *Exultam dominica diuersis colimus benedictum,* des. *Flectitur electus dominatori comitatus*). F. 104 avulsum ex codice saec. XIV exarato casus quosdam continet de re morali.

Volumen tribus constat fasciculis a tribus librariis duabus columnis exaratis. Fasciculus primus ff. I. 1-52 complectitur; secundus, qui et rescriptus, ff. 53-88 comprehendit; tertius denique ex foliis 89-103 coalescit. Litterae initiales librorum primi et alterius fasciculi rubro et caeruleo colore depictae sunt; initiales capitum ff. 1-36ᵛ. 51ᵛ-52ʳ rubro et caeruleo colore alterna vice illitae, inde vero a f. 37 usque ad f. 51ᵛ rubro et caeruleo colore exornatae; tituli primi fasciculi, auctoritates in marginibus secundi fasciculi et litterae initiales ultimi fasciculi minio exscripta. F. Iᵛ scriptum legimus *V 164* | 672 manu saec. XVI ex. F. Iᵛ vacuum; 88 erasum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

673. Saec. XIV, membran., mm. 225 × 165, ff. 101.

1 (f. 1). Florum ex s. Bernardi operibus libri I-X, omnino ut in cod. praecedente. Singulis libris fere eadem capitula praemittuntur, quae in cod. laudato occurrunt. Index ordine alphabetico digestus in foliis 97-101ᵛ occurrit.

2 (f. 94). ⟨Excerpta quaedam in laudem b. Mariae Virginis ex s. Bernardi opusculis desumpta⟩ (in ms. ...*exceptiones*), praeviis capitulis, omnino ut in cod. laudato.

3 (f. 95ᵛ). ⟨Auctoritates, seu Sententiae ex opusculis s. Bernardi excerptae⟩, omnino ut in cod. laudato.

Codex duabus columnis diligenter scriptus titulos habet rubros et litteras initiales, paucis exceptis, rubro aut caeruleo colore illitas et lineis caeruleis et rubris alterne exornatas. Auctoritates in marginibus passim reperiuntur. F. 96ʳ *Finito libro sit laus et gratia christo.* | *Gloria sit christo. de cuius munere sisto.* F. 96ᵛ vacuum; ff. 91-101 aliquantum maculata.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

674. Saec. XIV, chart., mm. 211 × 141, ff. 153 (+ f. 90^a librarii neglegentia omisso).

1 (f. 1^v). De proprietatibus et virtutibus rosmarini (in ms. ...*incipiunt proprietates et virtutes rosismerini*). Inc. *Primo. dicemus de uino quod ex eo fit uinum rosmarini.* Des. *At si tissicus seu ethycus. biberet de aqua... in lacte caprino quod stet sub diuo per noctem curabitur.*

2 (f. 3). Florum ex s. Bernardi opusculis libri I-VI (in ms. ... *incipit opus eloquiorum melifluum* etc.). Hoc florilegium parvi est momenti; quam ob rem principium libri I et finem lib. VI dare sufficiat. Lib. I inc. *Non est. quod. me magis delectet nec est quod plus tereat* (!) *quam de gloriosa virginis* (!) *matris* (!) *habere sermonem.* Lib. VI des. *et quia sapit eis bonum cuius trahuntur affectu sapientes vocantur. Expliciunt flores dictorum sanctissimi et gloriosissimj Bernardi.* Praemittuntur: 1) versus *Par est in uerbis id odoriferis* (!). *opus erbis | nempe gerit flores bernardi nobiliores;* 2) prologus *Aymerico monacho careuallis,* qui inc. *mori uiuendi legendi solacium et saporem* et des. *et ultimo de deo et diuinis operibus prosequamur.* Sequitur (f. 50-51^r) index.

3 (f. 51^v). ⟨Excerpta quaedam ex opusculis ss. Augustini et Bernardi⟩. Inc. *Caro siue carnalitas. O. amens spurcicia. o carnis impudicicia.* Des. (f. 53^v) *Moderancia est. nimium ciborum rationis. imperio reuocare.*

4 (f. 110). Speculum puerorum sive terminus in quem. Inc. *Terminus est in quem resoluitur propositio.* Des. *cim... est cim... etc.*

5 (f. 114). Tractatus de veritate propositionum. Inc. *Circa tractatum de ueritate propositionum.* Des. *et hec de ueritate propositionum dicta sufficiant.*

6 (f. 115^v). ⟨Tractatus de insolubilibus⟩. Inc. *Circa tractatum de insolubilibus. tria sunt notanda per ordinem.* Des. *et sic sit finis de insolubilibus in ista materia. Expliciunt insolubilia noua et nouiter conpilata. 1368. Amen.*

7 (f. 117). ⟨De principio mediato in theologia⟩. Inc. *⟨P⟩rimum principium inter multa in theologia est. Quod deus potest facere omne quod fieri non includit contradictionem.* Des. *Secundum predicta ponit differentiam.*

8 (f. 117^v). ⟨De interrogatione et ratificatione propositionis per se notae⟩. Inc. *Multa requiruntur ad interrogacionem propositionis per se note.* Des. *quam ex notitia suorum terminorum.*

9 (ff. 122-135. 146. 148-152). Compendium Summae logicae Magistri Guillelmi Ockam. Inc. *Omnes logice tractatores. Capitulum istud continet quatuor conclusiones. Prima est quod secundum omnes sillogismus.* Des. *debet dicere sor est albus* (?) *et sor non est musicus etc. Explicit quarta pars tercie partis principalis loyce Magistri Guillelmi Ocham deo gratias Amen* (cf. Summa totius

logice Magistri Guielmi Occham, Venetiis per Lazarum de Soardis 1508, f. 1-101ʳ). Praemittitur eiusdem Ockae prooemium, quod inc. *Dudum me frater* et des. *perscrutatio subsequitur* (ed. cit., f. 1). In codice nostro compluribus foliis excisis multa desiderantur.

10 (f. 136ʳ). Conclusiones graduum formarum ⟨ex tractatu Gualteri Burlaei de gradibus formarum⟩. Inc. *Circa tractatum Burlej sunt notande multe conclusiones quarum prima est hec. Qalitas* (!) *in uirtute propria potest producere formam substantialem.* Des. *Nota igitur quod iste conclusiones inteliguntur de formis accidentalibus et non de formis substantialibus... sua parte formali cum non habeat partes formales. Explicit tractatus de gradibus formarum. burley...*

11 (f. 138). Tractatus de velocitate motus ratione causae et ratione effectus. Inc. *Queritur utrum velocitas in motibus sit atendenda penes proporcionem proporcionum potentiarum amotarum ad suas resistencias.* Des. *quod aristoleles. ibi male dixit. uel quod fuit defectus scriptoris aut translatoris. et sic terminatur questio val⟨d⟩e bona...*

12 (f. 140). ⟨De latitudinibus formarum⟩. Inc. *Quia. formarum. latitudines variantur.* Des. *et non sequitur primum. nec 2.ᵐ nec 3.ᵐ nec 4.ᵐ igitur 5.ᵐ A nobis satis probatum est.*

13 (f. 144ʳ). De scire et dubitare (in ms. *Explicit quedam compilacio. super tractatum de scire et dubitare...*). Inc. *Circa scire et dubitare. notande sunt iste conclusiones. Quarum prima hec est tu scis istam propositionem esse ueram quam nescis esse ueram.* Des. *Et hec de scire et dubitare sufficiant.*

14 (f. 145). De tractatu terminorum confundentium (in ms. *Explicit quedam conpilacio super tractatum terminorum confundencium*). Inc. *Circa tractatum terminorum confundencium. 3ª sunt notanda. Primo ponende sunt.* Des. *et de terminis confundentibus ista sufficiant.*

15 (f. 158ʳ). ⟨Gualteri⟩ **Burlaei** Quaestio de permanenti, successivo et instanti. Inc. *Primo ergo queritur utrum sit dare primum et ultimum.* Des. *et sicut est de... ita est de quolibet alio corruptibili et permanentj... eadem conclusio sic ponitur quod aliquis quiescat in gradu caritatis perfectissime per totum tempus...*

F. 159ʳ indicem continet logicae Magistri Guillelmi Ockam et fragmentum introductionis in logicam mendis refertum, quod inc. *Quia antinqui* (!) *modernique magistri.*

Codex currenti calamo non una manu lineis plenis descriptus est, praeter folia 50-51. 110-112 duabus columnis exarata. Litterae maximae et maiores, paucis exceptis, minio depictae. Ff. 54-90. 90ª-109. 113ᵛ. 118ᵛ-121 vacua. F. 136 parvum fragmentum exhibet de terminorum positione. 1ʳ, manu saec. XVI, *Ex X pluteo bibliothecae magnae secretae*

76, et manu saec. XVI ex. *v. 2863* | *n. 675*. F. 145^{v} *ssantus anthonius de padua ora pro nobis*, eadem saec. XIV manu quae in f. 147^{v} scripsit *ffrater antonius de ssanta ssophia de padua ordinis minorum.* 147 quaedam insunt parvi momenti; 147^{v} complures calami probationes et alia possessoris nota *Hic liber est fratris thome de reate prouincie romane.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

675. Saec. XIV, membran., mm. 311 × 226, ff. 146.

1 (f. 1). <Florum ex s. Bernardi operibus libri I-X>, omnino ut in cod. 673 (in ms. ... *Incipit liber primus exceptionum callectarum* (!) *de diuersis opusculis beati Bernardi...*). Singulis libris fere eadem capitula praemittuntur, quae in cod. laudato invenies. Index verborum et locutionum in foliis 89-90 scriptus est.

2 (f. 83). <Excerpta quaedam in laudem b. Mariae Virginis ex s. Bernardi opusculis> (in ms. *Capitula subscripta accepta sunt de quibusdam sermonibus uenerabilis patris beati Bernardi. in quibus* [alia manus addidit *continentur uerba quedam*] *melliflua de beatissima dei genitrice maria*), omnino ut in cod. laudato.

3 (f. 84^{v}). *Auctoritates quedam memorie digne collecte de dictis beati bernardi abbatis*, ut in cod. laudato.

4 (f. 85). <Instructio ad confitendum>. Inc. *Confessio culpe uerecundia spesque timorque.* Des. *Graticulam laurentij. et aliorum martirum passiones. amen.*

5 (f. 87^{v}). <Sermo de caritate>. Inc. *Vulnerata. ea. ego sum. urget caritas de caritate loqui.* Des. *et quot uoluerit deducit et inferios et reducit* (cf. M. 196, 1207 sqq.).

6 (f. 88). *Quomodo anima sitit deum ad* <d>*eum sitit in deum sitit propter deum.* Inc. *Iam enim dictum est quod anima sitit.* Des. *Hijs itaque ascensus gradibus anima peruenit ad caritatem perfectam ipso adiuuante qui docet hominem scienciam.*

7 (f. 91). <Pseudo->**Augustini** Liber soliloquiorum animae ad Deum (M. 40, 863-898). Subiciuntur (f. 101^{v}) capitula, quorum I *De miseria et fragilitate hominis*, XXXVII *Oratio ad beatissimam trinitatem.*

8 (f. 101^{v}). <Pseudo->**Bernardi** Formula honestae vitae (M. 184, 1167-1172).

9. Anonymi cuiusdam opera duo. [1] (f. 103). Flores ex dictis patrum de vita et laudibus b. Mariae Virginis (in ms. *liber de excelenciis beate marie uirginis siue de cuius* (!) *laudibus*). Inc. *Si deum ore pro-*

phetico iubemur in sanctis suis laudare. Des. *Quod tua sit pietas nec littera nec dabit etas*. Patres ex quibus flores excerpti hi sunt: Alcuinus, Fulbertus, Bernardus, Augustinus, Ambrosius, Hugo, Beda, Petrus episcopus, Origenes, Gregorius M., Gregorius Turonensis, Ioan. Nyssenus, Anselmus, Petrus Comestor et alii. Praemittuntur: [a]) prologus, qui inc. *Quoniam de gestis beatissime virginis dei* et des. *de facili totum opus per capitula subiecta distinxi;* [b]) capitula, quorum I *De laudibus uirginis matris*, CXLII *Oratio ad filium pariter. et ad matrem.* [2] (f. 140). Flores ex dictis eorundem patrum de vita et laudibus s. Ioannis evangelistae (in ms. *Incipit prologus in tractatum de sancto iohanne euangelista*). Inc. *Beatus iohannes euuangelista uirgo est a domino electus*. Des. *Et quia per caritatem dei filius descendit in uirginem per nos exaltet ad paterne glorie claritatem*. Praemittuntur: [a]) prologus, qui inc. *Completo diligenter ex dictis sanctorum patrum* et des. *Habet autem capitula .XXV.*; [b]) capitula, quorum I *De origine sancti iohannis euangeliste*, XXV *De ipso apostolo á nobis interpellando et mirando.*

F. 146ᵛ ab alio librario prioris aequali exaratum continet fragmentum sermonis s. Ioannis Chrysostomi (?) De annuntiatione. Inc. *Veni o gabriel minister efficere terribilis sacramenti absconditi a seculis*. Des. *Et tu dum ibi apparuisti patriarche.*

Codex duabus columnis diligenter descriptus litteras maiores pariter ac maximas rubro et caeruleo colore habet depictas et titulos minio. Ff. 89-90 tribus columnis exarata. Correctiones et additamenta manu praesertim alius librarii prioris aequalis hic illic in marginibus occurrunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

676 (olim 708). Saec. XV, membran., mm. 258 × 180, ff. 100.

S. Bernardi vita et res gestae libris quinque comprehensae (M. 185, 225-368). [1] (f. 1). Liber I, auctore Guillelmo abbate. Capita praefationi subiciuntur, quorum I *De pueritia et laudibus parentum sancti Bernardi*, L *Subscriptio domini brocardi ualernensis abbatis.* [2] (f. 31ᵛ). Liber II, auctore Ernaldo. Praefationi capita subiciuntur, quorum I *Describit scisma petri leonis contra eugenium papam*, XXVII *Comes thebaldus deuote sancto uiro adheret. cuius innumera beneficia in fine libri conmendantur.* [3] (f. 56). Liber III, auctore Gaufrido. Capitula praefationi subiciuntur, quorum I *Qualis sanctus bernardus estiterit in moribus in corpore. in fugienda singularitate. in cibo potuque sumendo. et in oratione uel meditatione*, XV *Quod uirtutes eius in suismet libris luce clarius innotescant.* [4] (f. 71). Liber IV, eodem Gaufrido auctore. Praemittuntur (f. 69) capitula, quorum I *Quam facile sanctus Bernardus tulerit*

dentem sancti cesarij. quem alij mouere non poterant, LXXXXII *Senex claudus mendicans in uia. dum stipem postulat. recipit sanitatem.* [5] (f. 89ᵛ). Liber V, eodem Gaufrido auctore. Praeeunt (f. 88ᵛ) capitula, quorum I *Quod cognoscens beatus Bernardus prope esse iam brauium suum solito currebat alacrius. et lectulo decubans non cessabat meditari. uel dictare. uel exortari,* XXIII *De quodam abbate qui orans ad sepulcra abbatis et sancti malachie plenam salutem meruit optinere.*

Codicem charactere Gothico rotundo diligenter descriptum commendant litterae maximae auro et coloribus distinctae et ornamenta ad quattuor margines foliorum 1ʳ. 3ʳ. 33ʳ. 56ʳ. 57ʳ. 71. 89ᵛ deducta, auro coloribus figuris conspicua. In littera initiali praefationis libri I imago pontificis depicta est, fortasse Eugenii IV, cuius stemma in parte inferiore ornamenti folii 1ʳ conspicitur. Litterae maiores aeque atque initiales capitulorum rubro et caeruleo colore alterne illitae, caeruleis et rubris lineolis alterna vice ornatae sunt; tituli minio exarati. F. 100 vacuum. Priori integumenti tabulae frustulum menbranae adglutinatum, in quo scriptum legimus *Bernardi abbatis | vita | 708.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

677. Saec. XIII, membran., mm. 347 × 255, ff. 163.

1. **Hugonis de s. Victore** opera. [1] (f. 1). De sacramentis christianae fidei libri I-II (M. 176, 173-618). Index contentorum atque capitula libri I praefatiunculae subiciuntur; capitula autem libri II per singulas partes distincta singulis partibus praemittuntur. [2] (f. 134ᵛ). Eruditionis didascalicae libri I-VI usque ad cap. 14 exclusive (in ms.... *didascalicon...* M. ibid., 739-809, B, 12). Capitula librorum eadem fere sunt atque ap. Migne, et non solum capiti primo libri I, quod in codice ut prologus habetur, subiciuntur, sed etiam singulis capitibus praefiguntur. [3] (f. 156). De sapientia animae Christi, praefatione omissa (in ms. ... *de anima christi.* M. ibid., 847, C, 6 - 856).

2 (f. 159). ⟨Tractatus de triplici labore, carnis, compunctionis et caritatis⟩. Inc. *Labor alius carnis. alius conpunctionis. alius caritatis. Labor carnis est honerosus.* Mutilus des. *unusquisque animas uestras.*

Codex duabus columnis sat diligenter exscriptus litteras maximas praebet rubro et caeruleo colore depictas, maiores rubro aut caeruleo illitas et non raro caeruleo et rubro exornatas, titulos minio. Correctiones variaeque lectiones tum inter lineas tum in marginibus hic illic occurrunt. Librorum capitulis numeros foliorum, in quibus eorundem argumentum exponitur, librarius saec. XVII apposuit. F. 101 suppletum et alia manu recentiore descriptum. Ff. 101. 163 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

678 (olim 281). Saec. XIII, membran., mm. 381 × 260, ff. 192 (+ ff. 126ᵃ. 126ᵃ. 177ᵃ librarii oscitatione omissis).

Hugonis de s. Victore De sacramentis christianae fidei libri I-II (M. 176, 173-618). Contentorum index et capitula libri I praefationi subiciuntur; capitula autem libri II per singulas partes distincta singulis partibus, ultima excepta, praemittuntur.

Codex duabus columnis accurate descriptus. Litterae maiores et maximae rubro caeruloque colore alterna vice illitae, excepta littera prima libri I, quae auro variisque coloribus distincta est; tituli minio depicti. Textus innumeris correctionibus auctus, quarum partem maiorem quidam vir doctus in marginibus notavit et librarius alter prioris aequalis textui inseruit. Chartula priori integumenti tabulae adglutinata titulum praebet *Hugonis liber de sacramentis* et veterem codicis enumerationem *281* manu saec. XVI conscripta. In summo folii 1ʳ margine, prioris librarii manu *Sancti spiritus assit nobis gratia* et alia manu, ut videtur, saec. XV *318 carte CLXXXXVI.* F. 192 vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

INDICES

I.

INDEX AUCTORUM ET RERUM [1].

[1] Numeri maiores indicant codices, minores folia; stellulae opera dubia aut spuria.

II.

Codices temporum notis instructi.

An.	1265	Cod.	151.
»	1329	»	162.
»	1366	»	275.
»	1374	»	281.
»	1385	»	165.
»	1400	»	563.
»	1408	»	238.
»	1431	»	350.
»	1435	»	243. 258.
»	1436	»	521. 522.
»	1439	»	269. 314. 413. 431.
»	1441	»	226. 245. 430.
»	1447	»	559.
»	1449	»	198. 348.
»	1450	»	169.
»	1451	»	231. 541.
»	1451-1452	»	658. 658.
»	1452	»	358. 501. 640.
»	1453	»	257. 441.
»	1454	»	1. 199. 223. 396.
An.	1456	Cod.	200.
»	1459	»	362. 392.
»	1460	»	335.
»	1462	»	222. 440.
»	1466	»	232.
»	1467	»	244.
»	1468	»	349. 415. 427
»	1469	»	40.
»	1470	»	287.
»	1478	»	263.
»	1479	»	180.
»	1480	»	182.
»	1481	»	181.
»	1481-1482	»	183.
»	1482	»	167. 298.
»	1483-1484	»	184.
»	1514	»	524.
»	1554	»	317.
»	1558	»	569.

III.

Codices temporum notis carentes.

Saec. VIII. Cod. 491.

Saec. VIII-IX. Codd. 41. 583.

Saec. IX. Codd. 43. 248 I; 266. 286. 340. 474. 515. 553. 585. 637. 645.

Saec. IX-X. Codd. 267. 293. 316. 326. 355. 356. 426. 552. 621. 651.

Saec. X. Codd. 82. 271. 296. 306. 321. 378. 512. 571. 593. 622. 624. 630. 635. 644. 646. 650.

Saec. X-XI. Cod. 341.

Saec. XI. Codd. 83. 84. 85. 139 I; 178 60; 202. 204. 213. 341 II^r; 251. 282. 283. 285. 297 (partim). 306. 315. 354. 371. 420. 455. 483. 492. 505. 509. 520. 556. 575. 576. 586. 599. 607. 615. 634. 638. 641. 644. 648. 650. 653. 654.

Saec. XI-XII. Codd. 264. 270. 325. 425. 459. 484. 639.

Saec. XII. Codd. 44. 53. 64. 75. 80. 81. 85. 86-88. 98. 103. 110. 114. 125. 126. 128. 129. 130-135. 139-144. 178. 179. 204-206. 209. 211. 212. 248. 254. 265. 268. 273. 276. 277. 278. 288. 289. 319. 326. 329. 331. 334. 338. 360. 361. 366. 377. 384. 417. 420 132; 421. 422. 435. 438. 439. 448. 453. 461. 466. 470. 471. 472. 475. 476. 478. 482. 485. 486. 494. 503. 504. 506. 510. 514. 538. 543. 544. 551. 558. 561. 566. 567. 579. 580. 584. 594. 595. 602-605. 608. 609. 612. 613. 619. 620. 621 146; 625. 627. 629. 632. 633. 642. 643. 647. 649. 650. 652. 659. 662.

Saec. XII-XIII. Codd. 89. 90-91. 104. 136. 485 128; 591. 596. 634. 636.

Saec. XIII. Codd. 24. 25. 27. 39. 52. 57-60. 69. 73. 74. 97. 105. 106. 108. 113. 115. 117. 152. 279. 309. 313. 414. 496. 504 70^v; 581. 582. 587. 598. 626. 631. 651 31. 150; 665. 669. 670. 677. 678.

Saec. XIII-XIV. Codd. 21. 28. 32. 33. 45. 47. 54. 55. 56. 61. 62. 66-68. 70-72. 76. 78. 93. 99. 100. 101. 102. 111. 112. 116. 119. 121. 177. 207. 310. 449. 458. 623. 655. 657. 672.

Saec. XIV. Codd. 38. 370. 380. 381. 382. 386. 416. 419. 423. 428. 438 I. II. 243. 244; 452. 473. 477. 497. 518. 519. 539. 560. 562. 564. 565. 568. 570. 574. 578. 592. 597. 600. 611. 614. 618. 660. 663. 664. 666-668. 673-675.

Saec. XIV-XV. Codd. 375. 424. 511. 517. 610. 616. 656. 671.

Saec. XV. Codd. 351. 352. 353. 357. 359. 363. 364. 365. 367. 368. 369. 372. 373. 374. 376. 379. 384. 385. 387. 388. 389. 390. 391. 393. 394. 395. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 418. 429. 432. 434. 436. 437. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 450. 451. 454. 456. 457. 460. 462. 463. 464. 465. 467. 468. 469. 479. 480. 481. 487. 488. 489. 490. 493. 495. 498. 499. 500. 502. 507. 508. 513. 516. 523. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 540. 542. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 554. 555. 557. 572. 573. 577. 588-590. 601. 606. 617. 628. 650 III^v^; 661. 676.

Saec. XVI. Cod. 237.

IV.

Codicum Graecorum fragmenta.

Saec. IX. Cod. 128 I-II. 115.
Saec. XI. Cod. 125 II.

V.

Codices rescripti.

178 60; 265 I. 146. 147; 326 40v; 378 109v-128; 505 1-54; 534. 633. 672 53-88.

VI.

Scribae.

VII.

Correctores.

VIII.

Pictores.

IX.

Possessores.

X.

Stemmata.

XI.

Codices pretii notam exhibentes.

XII.

Nomina virorum et locorum.

Addenda et emendanda.

Pag. 4, 8 (Bibl. cit., 6, f. 2-2^{v})	l. (Bibl. cit., 6, f. 2-2^{v}; M. 153, 13-14)
» 4, 11 (Bibl. cit., 6, f. 33)	» (Bibl. cit., 6, f. 33; M. 153, 121-122)
» 6, 3 *ab imo* (Bibl. cum glossa, 6, f. 61^{v}).	» (Bibl. cum glossa, 6, f. 61^{v}; M. 153, 217-218).
» 13, 23 conscriptus.	» conscriptus. Vid. fac-simile in *Mittheilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung*, VI, Innsbruck 1901, p. 799.
» 23, 27-28 ⟨Sermo ... de martyrio Eleazari et matris Machabaeorum cum ipsius septem filiis⟩.	» ⟨**Flavii Iosephi** Passio septem fratrum Machabaeorum in Latinum translata⟩ (cf. Flavii Iosephi opera, ed. Dindorf, Parisiis 1865, II, p. 392-411; Biblioth. hagiographica Latina, Machabaei n. 6).
» 24, 26 1688,	» 1688, 3,
» 24, 7 *ab imo* indicatione	» distinctione
» 26, 22 F. 695^{v}	» F. 665^{v}
» 47, 18 *ab imo* Saec. XIII,	» Saec. XIV,
» 48, 26 saec. XIV-XV	» saec. XIV
» 54, 3-4 ⟨Narratiuncula de imagine s. Mariae a cingulo⟩ alia manu saec. XII exarata.	» ⟨Miraculum de imagine B. Mariae de Sardenay⟩, alia manu saec. XII descriptum (cf. Biblioth. hagiographica Latina, Maria virgo n. 60).
» 54, 28 *anno VI.^{to}*	» *anno VI.^{to}* Vid. fac-simile ap. Goyau-Pératé-Fabre, *Le Vatican, les papes et la civilisation..*, Parisiis 1895, p. 667).
» 64, 19 interiectum	» interiecto
» 69, 3 compactum	» conflatum

Pag. 71, 11 odinaria	l. ordinaria
» 76, 2 *ab imo* post psalmos	» post singulos psalmos
» 78, 25 » »	» » » »
» 80, 3 posponitur	» postponitur
» 81, 8 quibus	» quorum singulis
» 83, 9 *ab imo* Ioannes.	» Ioannes. Codicem recensuit Ehrensberger, 20-22.
» 84, 6 idus	» antc idus
» 86, 16 Domine	» Domini
» 88, 12 rhytmici	» rhythmici
» 91, 14 presbiteri	» presbyteri
» 91, 5 *ab imo* aliquando	» interdum
» 92, 15 ab imo *filium*	» *filius*
» 96, 10 ab imo *oris sui.*	» *oris sui* (est pars sermonis 87 De diversis s. Bernardi. M. 183, 703-704, B, 8).
» 103, 14 *ab imo* odinaria	» ordinaria.
» 112, 4 sqq.).	» sqq.). Haec folia cum aliis aliunde corrasis in proprium codicem Vat. Gr. 503 reposita sunt.
» 146, 16 **Benedicti ab. Anianensis**	» **Pseudo-Basilii**
» 146, 21 (M. 21, 385-386)	» (M. 21, 335-386).
» 155, 25 11	» 63
» 156, 2 64	» 19
» 159, 7 *dionisii* (?)	» *Vianesii*
» 166, 23 Saec. XII	» Saec. XI
» 167, 7 p. 279).	» p. 279; M. 122, 283-296).
» 175, 20 nescio), quo	»), nescio quo
» 177, 5 *Dimensuratio prouinciarum.*	» Dimensuratio provinciarum (Mai, Classici auctores, 3, p. 410-415).
» 181, 28-29 4 (in *Studi e Testi*, 4, Roma 1900)	» 6 (in *Studi e Testi*, 5, Roma 1901, p. 76-79).
» 183, 17 Praemtittiur	» Praemittitur
» 187, *ult.* Praemittuntur	» Praemittitur
» 196, 13 *Munus*	» *Mundus*
» 199, 9 ab imo *de serazonihus*	» *de serazonibus*
» 218, 26 **Benedicti** ab. Anianensis	» **Pseudo-Basilii**
» 221, 16 Phalari	» Phalaridi
» 226, 7 *ab imo* **S. Bernardi**	» **Pseudo-Bernardi**
» 232, 6 quin-|to	» quin-|to (cod. descripsit G. Morin, *Quatorze nouveaux discours inédits de*

	saint Jérôme sur les Psaumes in *Revue Bénédictine, XIX année*, n.° 2, 1902, p. 114-117).
Pag. 234, 18 866).	l. 866; cf. *Studi e Testi*, 5, p. 137-140).
» 234, 24 insigna	» insignia
» 237, 10 (M. ibid., 1402-1405)	» (Florilegium Casinense, II, p. 39-45).
» 237, 13 (M. ibid., 1455-1484)	» (Florilegium Casinense, II, p. 45-51).
» 238, 23 (cod. *Simphonia!*)	» (cod. *Simphonia!* Florilegium Casinense, II, p. 39-45).
» 238, 25. In Aggaeum	» In Aggaeum (Florilegium Casinense, II, p. 45-51).
» 248, 2 notris	» nostris
» 253, 23 [1] (f. 393^v)	» [1] (f. 363^v).
» 254, 24 **Eusebii**	» **Pseudo-Eusebii**
» 256, 4 Sofronium	» Sophronium
» 267, I (**355**).	» I (**355**, olim 2357).
» 272, 7 *ab imo* Anonimi	» Anonymi
» 276, 19 metrice	» rhythmice
» 281, 12 *sine peccato;*	» *sine peccato* (est locus excerptus ex epist. IX, 147 s. Gregorii M. ed. Ewald-Hartmann, M. G. H., II, p. 147, 13-148, 17);
» 290, 11 Opusculi I	» Opusculi L
» 292, 3 *ab imo* atque litterae	» atque litterae initiales
» 295, 8 *ab imo* Integumenti dorso	» In tegumenti dorso
» 295, 6 *ab imo* De situ et nominum	» De situ et nominibus
» 297, 7 *ab imo* 45).	» 45). Initio codicis reposita fuerunt duo folia olim avulsa, quorum alterum lacerum continet capitula commentarii s. Ioan. Chrysostomi in Matthaeum, alterum fragmentum Operis imperfecti in Matth. I, 1 sqq. (M. P. G., 56, 613, 3 sqq.).
» 312, 13 **Gazaeli**	» **Gazaei**
» 331, 9 *cappellani*	» *cappellanum*
» 339, 2 exspressas.	» expressas.
» 342, 9 ab imo *cijs brayssinanensis.*	» *cys brayssinam.*
» 342, 2 *ab imo* **S. Bernardi**	» **Pseudo-Bernardi**
» 342, *ult.* cognitionis	» conditionis
» 343, 1-2 *Ut magnum uerbis-qui* etc.	» *Ut magistri uerbis-qui* etc. (cf. M. 183, 867-872).

Pag. 348, 18 1445	l. 1455
» 349, 25 S. **Bernardi**	» **Pseudo-Bernardi**
» 356, 10-9 *ab imo* correctione-sque	» correctio-nesque
» 382, 7 *ab imo* Vicentianas	» Vincentianas
» 384, 9 vacua.	» vacua. Vid. fac-simile ap. Goyau-Pératé-Fabre, *Le Vatican, les papes et la civilisation......*, Parisiis 1895, p. 681.
» 385, 9 *ab imo* delineatae.	» delineatae (cf. M. 176, 1007-1010).
» 391, 6 *ab imo* tributum	» tributus
» 392, 2 555...).	» 555).
» 394, 11 940);	» 940, append.);
» 396, 5 *ab imo* Scholastici	» Scholasticus
» 398, 11-10 *ab imo* ex Hyerone	» ex Herone
» 416, 2 Symboli Romani	» Symboli
» 500, 6 coniurationem quandam	» adiurationem quandam
» 554, 17 Hermanus	» Hermannus

Nota ad cod. 443.

Folium quod olim priori integumenti tabulae adglutinatum erat nunc tantum repertum est statimque initio codicis repositum. Idem continet inter alia codicis pretium (*precij duarum unciarum cum dimidio*) et partem priorem quaestionis de paradiso.